Digitized by Google

IANI GRVTERI

BIBLIOTHECA EXVLVM:

Seu

ENCHIRIDION DIVINÆ HVMAnæque prudentiæ.



FRANCOFVRTI
Sumptibus hæredum Laz. Zetzneri.

Anno M.DC.XXV.

SVMMÆ EXPECTATIONIS, *hoc est, Reipublicæ bono natis,*

DOMINO EBERHARDO, DOMINO FRIDERICO, DOMINO VLRICO, Sereniss. Principis ac Dn. Dn. IOANNIS FRIDERICI, Dei Gratia WIRTENBERGIÆ & TECCII &c. DVCIS eximij liberis suauissimis.

Hiliades istæ vltro ad manus vestræ osculum, festinant, Wirtenbergicæ iuuentutis Ocelli, frustraque eas iam sublatas inaltum reuocem, quin voto potius plausuque iter ipsarum prosequor: ne, paullo post migraturus à vobis, differar fama, hospitis ingrati. *Iam enim labuntur menses & anni, quod eiectus tempestate naufragantis Palatinatus, vestrum aerem haurio, vestrum solum calco; non prohibitus hospitio arenæ, sed magis, ante totas preces, ipsa fere benignissima Celsissimi Domini Parentis vestri manu, deductus ad matrem studiorum Tubingam, in cuius gremio dum à iactationibus respiro dum animum recolligo, dum mentem erigo; talis fuit interim Serenissimi*

)(3 illius



illius Sideris erga me indulgentia, vt tanti ferme
rit, eiectum littore egentem. Sane mãsuetudi
eius diffusam ditione tota cunctáq; formasse in sim
tudinem sui, recens præbeo exemplum. Quippe &
demia, & Professores, & Præfecti Collegio, & no
tas eius, totaque adeo studiosa Iuuentus publice pr
timque hoc vnum hactenus videntur certare certam
quinam ex ipsis maxime sibi me demereatur, ac de
ciat. Nemo est è Theologis, è Iureconsultis, è Med
è Philosophis, quin peculiariter pro se quisq; hunc
ulem, perenni quasi pietatis, humanitatis, fauer
Fauonio, aliter atque aliter recreet, demulceat, veg
Quos inter eminet omnino Thomas Lansius vester:
ius æde ac mensa exceptus fui integro semestri, ea lub
tia, ea comitate, ea dignatione, ac si quotidie ei
peruenissem hospes ab itinere recens. Certe tota illa
me, tali fuit in me meosque & sermonis, & vultus,
pectoris prothymia, qualis vix esse posset erga frat
frater, erga parentem filius, eademq; propensione eti
num priorem illum obseruantiæ cultusque ignem stu
sissime souet atque exerit. Tales ergo ad vnum om
literarum Senatores: neque ab eis latum recedunt
guem cuiuscunque ætatis aut ordinis iuniores: sed ita
domis forisque prosequuntur, honore, prærogatiua ve
ratione, vt vbiuis obruar immerita illorum & incli
tionis & obsequij, & admirationis reuerentia, ta

m

magis quod etiam nemo fere ab Aula dignitatis celsiori pedem in hanc vrbem ponat, quin vndiquaque benignitatis suæ sympathiæque nepenthes nobis profuse propinet; non sine luculenta votorum meliorum copia. Vnde etiam accidit; vt me patria, agnatis, necessitudinibus, amicisque abesse v x sentiam; suppeditante dulcia ea ac desiderata vniuersa ac singula, Tubinga Sueuica. Quæ omnia profecto tanto iucundius profundiusque huic animo influunt atque insident, quam magis abeunt à sæculi istius infami fumo ac fuco; quo amicitia & fides vix nomine superant; quo erga felices, palam exercetur inuidia, clam calumnia; erga miseros, aut obliuiosa ignorantia, aut vultuosior contemptus. Itaque quocunque me verto, occurrunt mihi exempla sine exemplo; adeoque experior veteris ætatis mores aureos, vt arbitrer Phæacas vel translatos in Sueuiam, vel renatos. Præsertim cum ita sint proni, ita profusi, erga hominem nunquam antea visum, nunquam vllo rerum verborumue officio cognitum: meroque solummodo simplicium literarum colore commendabilem.

Interim ego quid? quam minus me dignum sentio censeoque hac incredibili Bonorum Doctorumque gratia atque affectione, à quibus, tanquam Aquilis, exilis iste Regulus sustollitur in altum: tanto maiore iisdem obligor animi mentisque nexu: nec rationem reperio qua luxem, nedum expediam, beneficiorum istam cate-

nam mere adamantinam. Quia potius verba vocesque requiro ac desidero, quibus merita non huius æui, non horum hominum, nouis item inscribam indigitemque vocabulis. Vnum quod possum facio: corde ac pectore toto dirigo, amplector, venerorque melioris cordis ac pectoris viros: corde præterea ac pectore eorum virtutes doctrinam, gratiasque vbicunque me fatum tulerit, circumferam, oreque ac sermone obuiis quibusque, notis ignotis producam, iactabo extendam.

Hæc eo spectanto Iuuentutis Sueuicæ Principes, Domine Eberharde, Domine Friderice, Domine Vlrice, vt intelligatis, si tantum debeo proceribus ac candidatis Academiæ vestræ, infinitis modis plura debere horum omnium bonorum auctori ac principi, Domino Ioanni Friderico, Ducum celsissimo. Qui quamuis ea sit genij ingeniique maiestate, vt perennis instar fontis, quacunque transeat, obuia irriget, commune, sine alia spe, solamen, eoque nulla requirat gratitudinis acroamata: mei tamen esse sentio muneris obsequiique, nihil non agere ac conari, ne hæc eius hospitalitas, vel in indignum, vel in parum memorem collata videatur. Et vero, quamuis norim laudatum pictorem qui quod colorum fuco exprimere desperabat, velo obumbrare maluit; sciamque vel supremo suo numini satisfecisse sacerdotes Ægyptios religioso silentio: tamen sic quoque imparem me video sustinendo conscientiæ oneri, nisi qualicunque præco-

præconii imagine Orbi toti testificer pietatem meam erga Principem benignissimum: Videorque inuenisse minimum quo tale quid fiat. Nimirum *vt primores Græcorum* Romanorumque *numismata, aurea argentea, ærea* Regum Imperatorumue *suorum hinc exquisita effigie, inde insigni emblemate spectabilia, nunc in vulgus spargebant per theatra, pro missilibus; nunc prouincialibus ad se commeantibus, cimeliorum loco communicabant; futura gratitudinis suæ per totum imperium, non tam muta, quam omni tympano, omni tuba vocaliora encomia: sic & ego has binas sententiarum aurearum myriades, insignitas honestatasque gratiosissimi* Nominis *vestri imagine, committo* Chalcographiæ *ingenio: quæ ipsæ in mille minimum propagatæ exemplaria, dissem inentur per* Europam *cultiorem, totidemque quasi linguis, omnium insinuent auribus, tum, Serenissimi* Principis Wirtenbergici, *tum* Academiæ *ipsius, hinc summa erga hunc* Exulem *promerita; inde vero* Exulis *extremam in referenda gratia infelicitatem.* Pergite *igitur, ô* Myriades *pergite, felici* Gratitudinis *ac* Reuerentiæ *ala! sic tamen vt postquam arbitrabimini nullum superesse toto orbe literato vel eruditione vel probitate insignem, cui non innotuerit hæc nostra fortuna; redeatis statim, obsequij eisdem pennis, ad terna illa* VVirtenbergicæ Aulæ *Sidera,* Dn. Eberharde, Dn. Friderice; Dn. Vlrice.

Vos vero contra, o Germaniæ corcula, Pygmæorum istorum phalanges excipite & voce & fronte hilari: neque palatio solum vestro admittite, sed & contubernio, sed & cubili. Reperietis n. in eis veteres illos Germanorum Soldurios; *qui noctu diuque pro salute vestra semper vigiles agant excubias, hoc est, vos manibus sustineant, oculis obseruent, cordibus curent: atque hæc omnia, veluti Silenis Alcibiadis, vtque illi, mel, saccharum, aliaque bellaria sinu suo promebant, sic hi exhibebunt vobis ipsissimam diuinæ humanæque sapientiæ ac prudentiæ medullam, quæ, vt bene natis, bene educatis ingrata esse non potest, ita eis præterea necessaria est, quos & maiorum antiquiora stemmata, & sua altior indoles, & publica expectatio, iam vel nunc destinat laboroso Patriæ clauo: hac præcipue tempestate sæculi, qua nauis illa misere circumagitur à decumanis belli ciuilis fluctibus. Extant quidem in tanta vbertate Satellitum, nonnulli historiæ remotioris, inuentionis acutioris, enunciationis denique sublimioris, haud tamen tales, ex quibus commode non explicemini, id est, quorum animi mentesque non pandantur vobis, vel hac ætatula, adminiculo Librorum ac Præceptorum; quorum vobis copia deesse non potest, tam vicina Tubinga. Et alioqui, diu est quod exiistis annos quibus publico Seniorum contubernio adsignabantur pueri veteris Persiæ, quandoquidem, ab anni statim quinti exor-*

dio ad.

dio ad plenam vsq; pubertatem, initiabantur, non tam mathematum artibus; etsi etiam ipsis, quam Iustitiæ ac veritatis indagationi. quæ binæ virtutes, ita iam tunc iisdem puerulis allubescebant; vt & horis subcisiuis cum iam impetrassent animi laxandi recreandique licentiam, nihil lubentius luderent sub oculos eorundem magistrorum, quam ea vbi ingenium suum industriamque exercerent circa iusti illius ac veri scientiam. Quod idem nescio an etiam obtinuerit apud pueritiam Græcam aut Romanam. Impuberes eorum, ludere solitos: imperia, ducatus, tribunatus, atque episcopatus, plurimi quidem meminerunt; sed non etiam, iisdem pueris additos moderatores, sub quorum disciplina exactius instituerentur. Qui ipsi tamen agonothetæ, si hodie adhiberentur, per ludum ac iocum, infantibus aut prosapiæ, aut fortunæ conspectioris; iidem sane, & distinctius addiscerent, & perfectius callerent, Ethicam, Politicam, Iurisprudentiamque, vel ante ætatem plene puberem, quam eam nunc callent redeuntes domum ad suos à scholis publicis. Quid quod eadem opera, imbiberent sensim ac sine sensu, Græcorum ac Latinorum, antiquitates, ritus, leges, mores, instituta, disciplinam quo ipso, hoc item assequeremur, vt iam paullo adultiores, non refugerent à libris Poetarum, Philosophorum historicorumque; sed cum voluptate eosdem euoluerent. Vbi hodie fere, omnis ætas, omnis ordo, ita abhorrent

horret à Græcis, ac si quid Gorgoneum in eis lateret. Romanis hactenus accedit, vt tribus quatuorve paginis libatis, imitetur canes qui bibunt Nilum, longissimeque ab ipsis resiliat. Paucissimos profecto reperire est, qui vnum alterumque auctorem classicum à capite perlegant ad calcem, nedum bis ter ita perlegant, tanquam redigendum sibi in succum & sanguinem. Id autem fit, quia ignari antiquitatis, rituum morumque illius gentis, vix tertium verbum intelligāt, neq; facile inueniāt, obuium à quibus talia doceantur. Sed nimis exorbito, neq; enim publici suffragii ago censorem: tantumque abest, vt sperem isto rerum statu, quo nulla sperat Musarum aura, introducendum morem illum Persiæ *exoletum; vt iam nunc arbitrer Præficas quærendas quæ lugeant Doctrinæ humanioris vicem; tanquā ab non vno sordidæ Barbariæ turbine mox strangulandam aut eijciendam in loca sola.*

Vos autem interea hoc agite Iuuentutis Principes, neque quidquam prius ducite, quam multa scire, quam paucissima ignorare, bono Orbis publico: memores Themistoclis illius celeberrimi, qui obiturus centesimo demum ac septimo ætatis anno, nullius magis accusabat Naturam, quam quod ipsum priuaret vita, cum iam aliquid didicisset sapere. Nouerat scilicet prudens senex, tantos esse scientiarum gurgites, tantum Sapientiæ Oceanum, vt quamuis à prima pueritia ad extremum vltimæ senectutis diem, eis ipsis assidue incumberemus,

antea

antea tamen dissoluendos, quam vel earum prima miracula ac mysteria delibassemus, nedum penetrassemus ad fundum vsque, vbi veritas latet. quam ego Diuam vobis innocentibus Animabus, iam nunc animitus opto ac voueo, vnaque, sororem eius indiuiduam, Iustitiam: cum optima spe talium pedisequio paullo post peruenturos ad templum Bonæ Mentis; ab ea deducendos, regia Pietatis ac Virtutis via, ad Honorem, ad Famam, ad Gloriam, ad Æternitatem. quod iter tanto facietis maturius, si hinc cogitationem permiseritis ad sæculum futurum, vbi posteri sunt, & qui nascuntur ab illis, inde vero subinde respexeritis, non dico longam illam seriem Maiorum vestrorum, tota Germania & toga & sago nullis Principibus postponendam, anteponendam autem plurimis; sed vel genitores vestros proximos, Auum ac Patrem: quorum ille adhuc totam habet Europam laudum suarum theatrum celeberrimum; hic, alta hac morte humanaque temporum, incomparabili probitate, circumspectaque prouidentia, solus fere agit inter suos, mediis tranquillus in vndis. *disciplinas certe liberales, illos omnium bonorum viuos fontes, tanta animi alacritate complectitur, tanta auctoritate tuetur, tanta beneficentia fouet; vt eiectæ, tota pene Germania, Musæ ac Gratiæ, huc proprie confugiant, quasi ad sua Alcedonia, quasi ad Herculem suum Musagetam, quam felicitatem vt perpetuo etiam*

obtineant, vota facio ad Deum Opt. Max. vt & Dn. Parenti, & vobis, & Dn. Patruis Illustrißimis, totiqu familiæ VVirtenbergicæ, anni huius auspicium feli. sit ac faustum, multasque idem longo ordine sequenti um annorum decades, de suo clementer addere digne tur: ad nominis sui gloriam, ad incolumitatem Eccle siæ, ad emolumentum Germaniæ; ad vestram denique vestrorum decus, lumen columenque immortale.

AD LE-

AD LECTOREM EXVLANTEM, S. P.

EX quo me ſubduxi feralibus illis Palatinatus flammis, in Sueuia latui, lector. Verum quod & ibidem ſubinde illuni nocte per aerem oculis meis incurreret lugubris incendii ſplendor: expertus pridem quantum vſtio doleat; ideoq; veritus vt hic quoq; mox ſuperueniret ſcintillarũ volantium ignis; ſemper habui hunc animum in procinctu; paratus longius fugere ſub perſona vel Vlyſſis naufragi vel Telephi mendicantis. ſic tamen, vt nihilominus ſubiret etiam cura, qua huic menti ſuum ſubminiſtraretur pabulum, ſuæ dapes. Aſſuetus n. à puero epulis leuioribus Calliopes, epulis ſolidioribus Pallados; recensq; adeo ſpoliatus vbere illo penu Bibliothecarum, ſiue meæ, ſiue Palatinæ: ac certus non vbiq; huic famelico occurſurũ forum, vnde ei ſuppeteret victus lautior; aſſiduus fui noctes atq; dies in cogendo ac congerendo iſto, quod heic vides. Id cum ſit eius generis, vt quamuis quisq; inde ſumat quantum velit, nihil tamẽ ipſi pereat; libuit tecum cõmunicare: pluribus proculdubio, hac caritate annonæ librariæ, ſi non neceſſarium, at iucundum ſane, ob multiplicem ſuam varietatẽ; illis profecto

fecto cani capitis ſenibus, quibus eadem lucēt ſidera quæ mihi; hoc eſt, quibus vis maior imperat, valedictis raris ac caris omnibus, exulare poſt magnum climactericum. Plane aut omnia me fallunt, aut inuenient heic quibus famem ſitimq; egregie leniant: præſertim cum & huc quoq; deriuarim poculū Helenæ quod Telemacho mærorum omnes maculas eluit. Quodſi forte etiam iunioribus apparatus hic noſter allubeſcit; accedāt licet. reperient enim, cuiuſcunq; fuerint vel ętatis, vel ordinis; ad guſtum quidem, & cupedias, & offam pipere ac melle Pietatis probe ſaporata; ad cœnam vero, tum ſolidam Philoſophiæ ambroſiam, tum merum Hiſtoriarū nectar: ne quid promittam de bellariis aut adeo apophoretis. Id tantum admonitos velim impuberes, vt oculos potius paſcant ferculis appoſitis quam palátum: aut ſi manus abſtinere nequeunt; prius conſulant adultiores. nam ſunt patellæ aliquot quæ fructibus ſanis immixtos habēt etiam aliquot minus ſalubres: non quod ſub ipſis lateat anguis aliquis frigidus, multo minus Cleopatræ aſpis: nō poma quædam intercurrunt, Sodomiticis ſimilia, colore quidem aſpectuq; oculis blādientia, ſed quæ manu tractata in fumum eant ac cineres.

neres. Imo, ne quid omnino dissimulem, sunt & ibi aliquod fungorũ genera, parum differentia à boletis, quibus cœlum aperuit Imperatori marito Agrippina, vt taceam, poculis nõnullis liquorem effusum, si nõ parem, eo quo in filiæ nuptiis Carthaginis Senatum tollere volebat Hanno, at non abeuntem nimium à venenis, quibus fontes vel amnes aduersariorum inficiunt obsidentes. Nempe in excutiendis vtriusq; linguæ scriptoribus, sacris, profanis, non tantum excerpsi omnia quæ putabam huic Exuli sola iam suffectura in via hac vitaq; solitaria, id est, quæ spe eius ac metui modum ponerent, nec paterentur circumagi qualibet cupiditatum aura, quæ abduceret à mundi pompa ac phaleris ad æquabilem ac trãquillam bonæ mentis stationem: etiam assumpsi nonnulla alendæ sagiinandæq; memoriæ: secutus Floræ candidatos, quorum hortis multa visuntur specie sola lenocinanda. Cui tamen, vel Parnasus vel Hippocrene nomine auditus est, à fucatis istis nihil erit periculi: per laruam n. ipsam videbit quę & qualia sint discernetq; illico succi nocentis flores ac vina, ab innoxiis: & animaduertet hæc quidem nata in paradiso rectæ Rationis; illa vero in latifundiis vagæ Opinionis.

Quare,

Quare, quisquis es tyro, adhuc à matris pa
recentior, vtere alterius dextra inter edẽdi
aut si pudet profiteri ignorantiam; adisis P
antheæ nostræ partem tertiam ac quartan
am vix percurreris, quin aderit tibi Merc
virgula, quæ separet falsa isthæc à veris, fu
à puris, salubria à virosis. neque id tantum:
eademq; opera patefient etiam elementa
uersa ac singula, ex quibus Bibliotheca hæc
ac nata. Quæ libraria, num & eandem co
moditatem præbitura sit hominibus vno
viuentibus loco, & quasi adscriptitiis gleba
nescio: ita suspicor. Regum, Principũ, Rerum
pub. Oratoribus, quoties libuerit insititio c
interpolare occupationes, occursura quor
meminisse nunquam pænitebit. Nam si Pa
miæ, nec non Apophthegmata, Positiones
phorismi, Chriæ, Axiomata; si Apologi, Co
parationes, Imagines, Symbola, Emblema
si clausulæ, Epiphonemata, Sententiæ, Effa
Gnomæ, æuorum priscorum, eam consecu
sunt auctoritatem ne an maiestatem, vt ple
que voluerint, vel cælo delapsa, vel prodita
raculis, si septem Græciæ Sapientes, nulla
magis immortalitatem memoriæ suæ suste
tant, quam pauculis Prouerbiorum versibu
iisq

iisque ipsis eam adepti sunt venerationem ac dignationem apud Philosophos Oratores, aliosque, vt certatim monumentis ingenii suipostremis eadem inseruerint, ceu vniones, ceu carbunculos; si denique ad persuadendum nec non ad decus & venustatē orationis, id potuerunt quod Mineruæ calculus, quod cerebrum Iouis; Myriades sane & istę gratiam quoque ac pretium aliquod inuenient apud *mentes discendi cupidas*: vtpote quæ Sophorum superiorum dicta complectantur vniuersa & singula, sacrarioque præterea suo admiserint quidquid vspiam extat in hactenus publicatis Auctoribus antiquis, vel inuentione acutum, vel enunciatione eximiū, vel venere gratiosum. Intercurrunt quidem centeria aliquot, quæ & vitam suam & vestem proprie debent huius superiorisque sæculi ingeniis illustribus, eaque propter potuissent insigniri ipsorum nomine: sed cum & opera eorum publica sint, & ipsi ea famæ fruantur excellentia qua merentur; verear vt notam hanc nostram dedecori potius sibi ducerent quam honori. Cæterum, quanti huius seminis scintillas, duxerit Iosephus Scaliger; nemini ignotum esse poterit, qui vidit Dionysij Catonis disticha de moribus, qui P. Syri selectas.

ctas sententias; ab illo ipso ante viginti aliquot annos publicatos. neq; enim satis habuit tantus ac talis vir anno suo fere septuagesimo has exprimere versibus Græcis; illa vero emendatiora reddere quam fecerat Planudes: sed non semel in notis suis ibidem profitetur, talia nunquam deponenda de manibus, non puerorum tãtum, sed & Doctiorum; miraturque cur non frequententur in scholis; ac subiicit: *Nostro exemplo excitentur nobiliora ingenia ad bene de puerorum studiis & moribus promerendum; quorum vtrimque magnus neglectus.* Non mentiris, vir maxime: tecumque sentit Iustus Lipsius, cuius, in Epistolis tale est vaticinium: *Si sic pergitur, doctrinæ melioris nomen Europæ subducetur, & barbaries & sordes erunt, quæ Aui nostri viderunt.* Fit, Lipsi, quod detestabaris; neq; gradu sed expassis velis suo mari ad nos ruit, non vna Harpyia: cui si vt ego Remoræ more esse potero impedimentũ non parcã huic operæ meæ; si non; at feci quod potui. Porro scias lector, comparere etiam vnam alteramq; Myriadem versuum in Polyantheę nostræ parte prima ac secunda ante semestre publicata, sed diuersa tamen est ab ista vtraque. Prioris enim illa Monosticha, talia fere sunt, qualia inueniuntur in libris, certe paucissimis

cissimis eorum addidi manum, vt speciem aliquam præferrẽt carminis. At hoc libello nullum exstat Trochaicum, nullum Iambicũ, cui non sint pedes sui legitimi: nisi quod aliquando, antiquioribus suam reliqui figuram. Vnde occurrit: *Noster esto, dum te poteris defensare iniuria*, è Plauto; item: *fictile vulgus ad fortunam simul offendit frangitur*, è Phædro scil. Verum talia heic oppido sunt pauciora; ideoque potissimum à me relicta, quod arbitrabar, mutilandum potius versum, quam dictum rotundius.

At de concinnitate Carminum nostrorum quid tibi pollicear lector. Præterquam n. quod opellam plane agnosces tumultuariam; iam audiisti natam mihi tempore nõ meo; cum videlicet sagena quasi, circumcingerer vel ferro vel igne stratiotarum, & alioqui quidnam expectari queat egregii, ab homine extorre, sine lare, sine foco; quæro qui me doceat. In id præcipue incubui, vt ab adstricta hac sex septem verborum breuitate, abesset tamen & nox & nebula.

Ad titulos quod attinet; secutus quidẽ sum ordinem Alphabeticum: sed tantum abest vt omnia cellis suis incluserim quæ poteram; sæpius ea sparsi per totum opus, tãquam si in huiusce

iuſcemodi maxime ſeruaretur ordo, cum minime appareret. Hinc videbis, lemmata *Auroræ, Diei, Horarum, Lucis, Veſperi*, quæ non inſulſe intuliſſem horreo Temporis: ſed nolui: haud quod eo ipſo viderer aliquid habere commune cum ingeniis pædagogicis; ſed quia in copia tam grandi metuerem tuum faſtidium: ſciremque gemmas multas in vnum coactas angulum, minus ſpargere lucis. Similes captaui hallucinationes, titulis *Capitis, Cordis, Manus, Oculi, Frontis, Oris, &c.* Item *Florum, Solis, Fontis, Fructus, Radicis, Agriculturæ, Nauigationis, Gubernationis &c.* quibus ſingulis adſignare potuiſſem peculiarius domicilium. Sed malui ſtellas ſimilitudinum tam inſignes ſplēdere per totū Theatri noſtri cælum; ne vlla ſcilicet extaret plaga, ſine aſtro primæ magnitudinis: imo etiam ne ignauior aliquis, contentus legere capitis vnius flores ac fructus, à ceteris abſtineret, tanquam ſterilibus. Hinc etiam factum eſt, vt eis quæ ad Deum, *ad Principem*, pertinebant, primorem quidem locum dederim verſibus Trochaicis, ſed non etiam Iambicis. In ſumma, lector, vbicunque proieceris hamum tuum, inde etiam illico extrahes piſcem minime exſpectatum.

Occur-

Occurrunt frequenter dicta dentis satyrici: sed eis nihil dedi, nisi suos pedes, nemine mortalium tangere volui. *Omnibus idem.* Neque est quod quis moueatur vocula *nunc*, vel *hodie* subinde obuia, & eam sumpsi à veteribus; quemadmodum notum erit omnibus qui vel à limine ludum salutarunt literarium. Exempli gratia; dictum: *Ecquis isto maior æuo nascitur parentibus?* quis nescit vsurpatum & Homero, & mille aliis? vt & illud *Iam Dei omnes segregantur rebus à mortalibus*, ab Hesiodo, ab Catullo, ab nullo nõ prolatum haud minus quam; *Dedecus iam nemo curat integra pecunia.* de quo videatur Suetonius in Iulio cap. 42. nam illud, *Quis pius nunc, quis fidelis? quis fauet menti bonæ?* vel Seneca sibi asseret, questus alicubi, menti bonæ si venalis foret de futurum emptorem. At istud: *Iam sedent panem petentes diuitum ad fores Sophi*, minus verum: nisi *Sophum*, sumamus pro *Sophista*, aut *Poetastro*, nam tales, vt olim, ita & nunc quoque, parasitantur vbique ditioribus, quamuis nolentibus, aut vere Philosophus, tantum abest, opes quærat aut dignitatem: paupertatem vltro appetit, manuque facit, tales Homerus, Heraclitus, Empedocles, Anaxagoras, Diogenes, Crates, alii: quorum quidam si panis petendus erat,

it,eos adibant qui viuebant ostio vel de no-
te aperto:certe nunquã conspiciebantur ante
uras magnatum fores.:quidam præoptabant
bstructa quasi gula mortem sibi potius accer
re inedja,quam à regiæ dignitatis discipulis
erbulo vno supplicare vitæ necessaria. Quare
aliis forte aliisque locis,voces aliquot longi-
s vero abierint, quam aut ratio fert, aut de-
orum; habeat eas,lector, pro figurate dictis;
el prolatas ab eis quibus imperabat siue affe-
us siue opinio.Sancte namque affirmo,nihil
nihi dictum in quemquam mortalium: quin
ontra,data opera, ita maxima minimaq; heic
ormata volui;vt ire possent per quascunque
& regiones & religiones. Tu lector crede,
atque abi,satis dixi æquis;iniquis
nunquam dixerim
satis.

οθήκιον Monostichorum
ANI GRVTERI, &c.

I.

& Charitum GRVTERVS idonea
rofert
æi, viuus APOLLO chori.
ibus HIC contingit APOLLO,
sæ tale terisma canunt!
niam GRVTERVS Dulce Seuero
nnigenæ laudis agalma tulit.

II.

HECA liber multus solet esse, sed
est
TERI Bibliotheca LIBER.
LIBER HIC quam scrinia mille So-

um, mellis & artis habet.

ni honoris
enuiss. Symbol.
LIB. MER. Q. relinqueb. Ty-
bingæ

GOTFRID HEGENITIVS,

INBI-

IN BIBLIOTHECAM Exulum.

NOn liber eſt, licet eſſe liber videatur; at ingens
Heic peregrinantum Bibliotheca micat.
Hanc ſtatuit Sueuo dum viueret exul in orbe
Gruterus; toto qui tamen Orbi domi eſt.
Huc tulit Heidelberga ſuos, quos perdidit omnes,
Totaque quos habuit Bibliotheca, libros,
Indica terra licet te nũc alat, has modo chartas
Fer tecum, & totum fers Helicona ſinu.
Si tamen hæc forſan te ſarcina parua grauabit,
Aut metues paruum perdere poſſe Librum
Hunc modo diſce, breui potes hunc quia diſcere, & ipſe
Viua videnſque tibi Bibliotheca manes.

Fecit præceptori ſuo

M. Fridericus Hartmannus Flayder
Profeſſor L.L.

INDEX BIBLIOTHECÆ Exulum.

X)(Amo-

Calami.

Depo-

Latro-

Obe.

Precii

Simili-

Atque his quidem titulis constat Bibliotheca Exulum

Poterant adhuc adscribi plures: sed ii ultrò se prodent, & à quolibet deprehendentur, qui vel semel Libellum percurrerint. Et alioquin quis est qui ignoret illud, *Caci sumus ad mala nostra, Lyncei ad aliena*, latere vel sub titulo Censuræ, vel Amoris sui, vel Reprehensionis? item *Ansam dextram apprehendendam, non sinistram*, inveniendum lemmate Æquanimitatis, aut Dexteritatis. ut & *Anser inter olores*, area Æstimationis. *Accendere lumen de lumine*, titulo Prodesse. *Alteri quemq; natum*, eodem nido, vel etiam sub Nativitate? *Calcar addere currenti*, classe Admonitionis? *Dies qualis, talis vita*, cella Aëris? *Faber est quisq; fortuna sua*, sigillo Auctoris? *Gravissima cuiq; sunt sua mala*, cubili Privati? *Hora una aufert ornamenta seculorum*, capsula Imbecillitatis? cui etiam inseritur, *Arbores nihil possunt contra securim*. Nam; *Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris*, requirere Talionem: *Oleum addunt quibus opus lucerna*, adscribi Alimento: *Non omnia possumus omnes*, refugere ad Perfectionem: *Leo non venatur muscas*, ad Prædam: *Moribus verba honestāda*, ad Actionem: *Sic vos non vobis vellera fertis oves*, ad communitatem, aut præmium: *Scelera sine magistro discimus*, ad Doctorem: *Navis sine saburra ludibrium debet ventis*, ad fundamen-

mentum. *Simia amplexu strangulat*, ad Nimium aut ad Parentes indulgentes, seu Philautiam: *Vestis pulcriora foras vertenda*, ad Aequanimitatem: *Vasa inania magis tinniunt quàm repleta*, ad Iactantiam aut Humilitatem: *Via non una, sed uno proposito currendum ad metam*, ad Gubernationem: *Virtutem præsentem temnimus; ereptam suspiramus*, ad Absentiam, ad Damnum, ad Amissionem, nemo non videt cui cor paululum sapit. Itaq; ista & alia his similia nolui collocare sede peculiari: tanto minus, quod aliquid relinquendum putarem cujusque industriæ, quæ profectò unicuique serio excutienda erit circa lectionem horum versuum. nam Typothetæ infinitis locis adhibuere characteres adeo tritos evanidosq;, ut conjectura mera velificandū sit ad verū ne dicā accētibus virgulisq; aut abusos, aut non usos. Planè æ & a nunquam invicem distinxere. ? interrogationē adhibuerunt infinitis locis qui eā respuebant: aliis non adhibuerunt ubi maxime requirebatur. Sed nec usquam bene usi sunt illo? Imo & ubiq; fere *absq;, usq;, quisq;, cuiq;* conspicitur cū nodula quā omninò abominatur ratio. Quid nunc dicam, de vocibus inter se cohęrentibus, quæ spatiolo saltem qualicumque distinguenda erant? Quid querar de Iambicis admixtis Trochaico, ut & de Trochaicis Iambico? Ad illa & alia Lector, acumen tuum explices necesse est. Aliter hodie non vivitur. Typographia laborat operis idoneis, nemine non pręferente Marti Minervam. Vtere igitur ac fruere libello sic ut potes. Sed tamen ante lectionem ejus, prius emendato, quę retardare cursum tuum poterant vel incitatissimum.

Errata

ERRATA GRANDIORA,

OPERARUM INSCITIA AUT FEstinatione invecta, sic tolle Lector.

E Dedicatoria)(3. linea ultima: *laxem.* pagina adversa lin. 1. *Quin.* lin 5. *diligo.* lin [illegible] *spectat.* [illegible]o. lin. 18. *ideoq; nulla.*)(4. lin. ulti[illegible] *Dn. Eberhardum, Dn. Fridericũ, Dn. Vlricum.* pag. aversa. lin. 8. *Sileni.* lin. penultima. *Perssa. quãdoq.*)(6. lin. ultima. *Musageten, quam.* pag. aversa lin. antepenult: *Vestrum deniq; ac Vestr.*

E præfatione pag. 2. lin. à fine quarta. *non. poma.* pag. 3 lin. 4 *pina: ut taceã.* lin. 5. *affusum.* lin. 12. *solatium suff.* lin. 20. *lenocinantia.* pag. 5. lin. 3. *certatim mon.* lin 4. *postumis.* lin. 8. *& ista.* pag. aversa. lin. 18. *cui si Vel.* pag. 9. lin. 5. *obVia. Et* l. 21. *nolentibus. Verè.* pag. 12. parte aversa versu quarto: *Orbe.*

E textu Bibliothecę, pag. 1. versu. sec. *si mihi unc abes.* pag 3. versus 10. totus est corruptus: neq; emendare possum de conjectura; destiturus exemplari, quod periit in Typographia Francfurti. pag. 4. v. 8. *pœna metu.* v. 13. *erit, fuit.* ver. antepenult. *memor quis est modi.* pag. 5 v. 10. *piper.* pag. 6. v. 7. *Vertas.* pag. 7. v. 13. *sunt scholæ sacraria.* v. 20. *Fumum.* pag. 8. v. 17. *excusare. t. V. p. accusa.* v. 21. *reus luit.* pag. 9. v 6 *absolVitur reus.* v. 20. *Fraude primò comp.* Ibid. *dilabitur.* pag. 10. v. 7. *comparas.* v. 19. *facis.* v. 20. *omnis.* pag. 12. v. 19. *Moribus plus e mag.* v. 27. *qualis est res.* pag. 13. v. 5.

Verus.

Versus. 14. v. 3. valet. pag. 15. v. 11. deviat. v. 15. regius. v. 16. administri. p. 16. v. 3. miratur. v. 4. miratur. pag. 17. v. 3. carior q;. pag 18. v. 7. auferet palmam. pag. 19. v. 7. iumentum. v. 20. iuris adolesc. pag. 21. v. 9. Rex sine. pag. 23. v. 2. sæpe; sæpius. v. 11. aperta. pag. 25. v. 16 foro passim can. v. 19. nunquam. pag. 26. v. 8. meris inanis. pag. 27. v. 19. nuspiam. v. 23. quos damus. pag. 31. v. 4. nec timen[illegible] malis. v. 17 quidem æquus esse possit ipsus omnibus. v. 21. regum. pag. 32. v. 6. Dele vocem mera. v. 8. pietas q;, bina. v. 16. cuiq; nato. v. 18. quisq; hoc agit? pag 34. v. 12. atris. v. 19. transit statim. pag. 35. versu penult. sed id omne. pag. 38. v. 6. quei queant. v. 17 censu. pag. 39. v. 6. fugacis. v. 16. præterivit. pag. 42. v. 12. severus educat pater quem amat. v. 13. Exagita. pag 43. v. 12 Absq; agrorum vita cultu nem. v. antepenult. pinguiori. v. ult. Est opus satu. pag. 44. v. 3. non libera. pag. 45. v. 7. Fax mera est alac. pag. 46. v. 1. Non sum rex qui cup. v. 16. sapiat. pag. 48. v. 11. unguen: antiquè, pro unguentum. pag. 49. v. 3. spiremus; hostis v. 19. sero. pag. 50. v. 11. suprema quæq;. pag. 51. v. 11. sine alis. v. 21. utitur trux amb. pag. 53. v. 9. Comparet. pag. 54. v. 21. habes. pag. 55. v. 17. fit idem am. v. 22. alveis qui rivus exit plurimis, scatet. pag. 56. v. penult. quos. pag. 57. v. 2. gnatus est cura. v. 6. digni item mort. v. 19. amaberis minus. v. ultimo: certa. pag. 58. v. 7. indicat. v. antepenult. est; ignis, unda, æstas, hyems. pag. 59. v. 10. Amore. pag. 62. v. 4. à fine, Amores. pag 63. v. 3. unquam. v. 6. tollatur. mancus enim est; neque habeo quo redintegrem. v. 20. bona. pag. 64. v. 8. æstimatio.

matio. pag. 65. v. 24. *hoc minus sibi est bonus*. pag. 66. v. 3. *Numini*; item, *studet*. v. 4. *sint*. v. 19. *satullat*. v. 22. *anima*. pap. 67. v. 1. *statu senente*. v. 3. *usq; in orbe*. v. penult. *est animus vivax imago*. pag. 68. v. 16. *annis*. pag. 70. v. 10. *avi*. v. 20. *rex qui Deo*. pag. 71 v. 7. *propritim*. v. 10. *fide*. v. 14. *honores: an & apt*. v. 15. *quos*. v. 23. *Nemini*. pag. 72. v. 8. *fores bene*. v. 9. *Delphin valet*. v. 12. *Herculis*. v. 16. Dele voculam, *vir*. v. 21. *absq;*. v. 22. *Exuli*. pag. 73. v. 16. *suas ornet*. p. 74. v. 9. *iudex iustus*. v. antepen. *Pene factum*. v. ult. *publice fere exerc*. pag. 76. v. 5. *domant*. v. 9 *muta*. pag. 77. *tyranna*. v. antepen. *sibi*. pag. 78. v. 23. *virtutium*. v. 24. *virtutium*. v. 25. *est*, *inque hon*. pag. 81. v. 20. *Quastui*. v. 22 principe. pag. 82. v. 17. *opus*. v. 29. *eamq;*. pag. 83. v. penult. *civium turris fides*; deleto, *amor bonus*. pag. 85. v. 3. *aula*. item, *glutine*. v 9. *pennulis*. v. 16. *pestis est senum ass*. v. 17. *assentantibus*. pag. 86. v. 19. *assuetudine*. pag. 87. v. 1. *cum minantur astra regi*. v. 19. *avarus*, *est hirudo*. v. 23. *pejus &*. v. ult. *cura*. *pag*. 88. v. 23. *crux ei est*. pag. 91. v. 12. *Flamma ut imbre*. pag. 92. v. 20. *aurium*. pag 93. v. 15. *lauda*. v. 21. dele alterum *opus* pag. 95. v. 6. *Veronensem*. pag 96. v. penult. *nullus*. pag. 97. v. ultimo. *veritatis*. pag. 98. v. 4 *munia*. v. 25. *scito*. pag. 99. v. 12 *secunda* . pag 100. v. 6. *aurum ubi arg*. v. 23. *illecebra*. v 24. *atque lutum*. v. 25. *habet quoq;*, *aurum*. pag. 101. v. 3. *a via*. v. 12. Nescio quid duę priores sibi velint voces, procul dubio hęrent in mendo. v. 17. *aurum at omne*, v. 26. *argentum est & aurum, non*. pag. 102. v. 14. *auro sole non minor* pag. 107. v. 15. *nemo tam est beatus*. v. antepen. *orbitas*

bita. pag. 108. v. 11. Aliquid deest, an fuit? *Quisquis est semel beatus*. v. 27. *ferat benè*. pag. 109 v. 2. *necesse & esse* v. 8 *quieta est, est beata*. pag. 110. v. 20. *sub nutu suo*. v. penult. *quavis minister*. pag. 111. v. 18. *se gerit*. pag. 112. v. 13. *& aquum*. v. antepen. *bello*. v. penult. *inter jacent*. pag. 113. v. 4. *naufraga*; deleto sequente, *belli*. v. 16. *transilire*. pag. 115. v. 14. *ales profana*. v. 28. *Bellumq; tandem*. p. 116. v. 10. *bella*. v. antep. *est egentibus*. pag. 117. v. 2. *mara*. v. 7. *civibus jam subvenit*. v. 17. *benigno aquarum*. pag. 118. v. 13. *regi injuria*. v. 16. *bene usq; nam*. v. 24. *amulari vult rex*. pag. 122. v. 7. *Quisquis manus*. v. antepenult. *est qui amicus*. pag. 124. v. 1. *regem bonum optes*. v. 4. *rege floret sub bono*. v. 5. *unica*. v. 6. *munerari*. v. 19. *pluresi labor*. p. 125. v. 5. *sis prior rex*. v. 17. *publica*. pag. 126. v. 15. *pejor*. pag. 127. v. 2. *prava*. v. 7. aufer dictionem ultimam, *bonum*. v. ult. dele vocem penult. *se*. pag. 128. v. 22. *propritim*. pag. 130. v. 2. *pol, cacitas*. v. 8. *luce cruda*. v. 13. *nacta*. pag. 132. v. 11. *compotimur*. v. 12. *pramium est Deus*. pag. 133. v. 6. *humus*. v. 9. aufer syllabā, *est*. v. 13. *calamitosis*. pag. 135. v. 15. *pectus est cui*. v. 17. *candidam*. v. 18. *somniū est*. v. 20. aufer, *est* pag. 137. v. 14. *vincire*. v. 25. *stilum licentiorem*. pag. 139. v. 14. *ulcerosis*. pag. 141. v. 8. *opinio*. v. 10. *tractu*. pag. 142. v. 4. & 5. nihil mutandum. Tale acumen est quale Albutii Silii apud Senecam patrem, lib. 3. controv. 1. *caussam malam habeo, ut inter fratres*. quem locum interpretatus sum contra eos qui habebant pro vitioso. in notis meis politicis, tertia Livii nostri editione, ad librum XL. cap. 8. fine. pag. 143. v. 24. *moriri*. v. 25. *in malam*. pag. 144.

v. 22.

v. 22. abjice verbum versus ultimum. pag. 345. v. 10. *rimacui form.* v. 20. *provide:latere.* v. 23. *praca-vet.* pag. 146. v. 2. *bifrontis.* pag. 148. v. 1. *regens.* v. 6. *prosatis gigantibus.* v. 13. *est & improb.* pag. 149. v. 4. *omnes usq; usq; plebes.* v. 5. *anceps absq; vi.* v. 7. *carens certatio.* v. 9. *cadas.* v. 16. *vincat etsi. par.* pag. 150. v. 20. *charitatis imbecill.* pag. 151. v. 8. *atram ad necem est.* v. 18. *vox latus.* v. 25. *Christi tota tota, quod.* pag. 152. v. 20. *temnit Dei.* pag. 123. v. 13. *Exterum.* v. 18. Excidit syllaba, vel vox una alterave vitiata est, quam sine exemplari hoc ictu, non emendo. v. 21. *Prandium mensa absq;.* v. penult. *mane.* pag. 155. v. 5. *universi.* pag. 156. v. 8. *civibus pares suis.* pag. 157. v. 3. *lingua.* pag. 159. v. 12. *noctu diuq;.* v. 26. *penetrat per loca.* v. antepen. *vives.* pag. 161. v. 5. *grande quin.* pag. 162. v. 15. *suos.* v. 25. *merumq; nihil.* pag. 164. v. 3. *sibi est.* pag. 165. v. 8. *tinctus.* pag. 167. v. 1. *atterit.* pag. 168. v. 22. *tantus est.* pag. 169. v. 20. *ut sit.* v. penult *quin.* pag. 170. v. 18. *ad unam.* pag. 171. v. 4. *cui tua.* v. 7. *adstat.* v. 13. *industria.* v. 19. *dementia est.* v. 21. *potest.* pag. 172. v. 4. *rara sibi est.* v. 25. *extet orbis unus.* pag. 173. v. 13. *est peritia.* v. 15. hæret vitium in voce penultima; quod non tollo sine libro. pag. 175. v. 4. *quod merent.* v. 22. *tumet.* v. 28. *conscientia.* pag. 176. v. 24. *Tuta sit, secura.* v. 29. *conscientia stude.* pag. 177. v. antepenult. *regunt.* pag. 178. v. 4. *suades si tibi?* pag. 178. v. 16. *æquum est usq; quaq; proprio.* pag. 179. v. 9. *tractet.* v. 24. *esse quibit.* pag. 180. v. 15. *stultus solet.* v. 16 *senectam.* v 27. *ne quis clam at.* v. 29. *Spes avara.* pag. 182. v 16. *ab uno.* pag. 183. v. 5. à fine: *vicinum.* pag. 186. v. 6. junge con.

v. 16.

v. 16. *libenter contumelias*. v. penult. *redit*. pag. 187. v. 14. *quærere in conv*. v. 24. *tectis* pag. 188. v. 21. *contemnito*. pag. 189. v. 7. *cana fit soph*. v. 14. *æqualitas*. v. 15 *serisve*. pag. 190. v. quarto a fine: *impudente lingua major*. pag. 191. v. 2. *inermi membra inepte miles armat cetera*. v. 23. funt fe, ç. pag. 192. v. 3. dele *in*. v. 4. à fine, *corona est om*. pag. 193. v. 3. *E metu, eque*. v. 7. *ac lab*. v. 14. *unquam*. v. 23. *purpura est silentii*. v. 26. *qui timet*. pag. 194. v. 2. *corona flores omne non habet*. pag. 195. v. 5. *corpus, animus*. v. 6 gulç. v. 18. *est suimet corporis*. pag. 198. v. 3. aufer *in*. v. 7. *fidem suis*. pag. 199. v. 22. *ultor ensis*. v. 25. *semet*. pag. 201. v. quarto ante finem, *mille mille*. pag 202. v. 6. *Grandior vero*. v. 13. *culpa*. v. 20. *prærogativa emin*. v. 24. *exuit*. v. 26. *parte qui*. pag. 203. v. 6. *templa*. v. 13. *at casta*. pag 204. v. ultimo. *amictu*. pag. 205. v. 4. *pavomi*. v. 7. *animusve*. pag. 206. v. 8. *aqua intercus*. v. 21. *loco omni*. pag. 207. v. 10. *carpitur*. v. 19. *partum* v. 27. tolle *ut*. pag. 208. v. 21. expungatur *ut*, pag. 209. v. 2. *cujus*. v. 14. dele voculam *locus*. pag. 210. v. 5. *falli*. v. 14. *gnava*. pag. 211. v. 21. *Princicipem*. pag. 212. v. 6. *crediti*. v. 15. *at*. pag. 213. v. 8. *cuipiam*. pag. 215 v. 8. *unicum*. v. antepen. *agit, sapit*. pag. 216. v. *item*. pag. 217. v. 9. *audet*. pag. 218. v. 19 *patris*. v. antepenult. *nimis*. pag. 219. v. antep. *longius deliberat*. pag. 221. v. *Regum in indole*. v. penult. *quisquis*. pag. 222. v. 6. *a Deo haud*. v. 14 *sese*. pag. 223. v. 11. *clauso necesse est*. pag 224. v. 20. *expedit*. pag. 226. v. penult. *nil ait*. *pag*. 228. v. 10. *vitas*. v. 12 *orbe*. v. 15. *jam tibi illum*. v. 21. *fere salubre*. v. 23. *segnis*. pag. 229. v. 9. *pallens*.

v. 23.

v. 23. *Quilibet quo.* pag. 232. v. 11. *Deum arcte.* v. 17. *qui suos.* pag. 233. v. 12. *se suosq.* pag. 234. v. 16. *sese doceri qui doc.* pag. 236 ante versum quartum, ponatur titulus, DOCTORIS. v. 18. *cui sua erud.* v. 22. *orbis ut scelus.* v. 27. *quod satis facit.* v. 29. *parentium.* v. ult. *qui docet lingua.* pag. 237. v. 14. *habet.* v. 21. *vel doceto.* p. 238. v. 9. *prima vita est.* v. 16. *Disciplina militaris negligens, semper perit.* pag. 239. v. 5. *Si bonum absit.* v. 8. *juventam.* v. 20. *orbi queas?* v. 25. *pessimis.* p. 240. v. 2. *malis non displicent.* v. 14. *quis ipsi.* pag. 241. v. 3. *sinu.* pag. 243. v. 15. *rei deficit.* pag. 244. v. 21. *cuncti volunt.* pag. 245. v. 5. *hydropici.* v. 13. *qui domi forisq.* pag. 246. v. 6. *cui bono.* pag 247. v. 13. *Quisq. pro se gaudet, at.* v. 20. *misero?.* pag. 248. v. 3. *fit furor.* v. 4. *Haud moram.* pag. 249. v. 1. *mage abstrudis dolores.* pag. 250. v. 3. *dolor gravat.* v. 18. *quoq.* p. 251. v. 6. *proxi.* pag. 252. v. 1. *quilibet princeps.* v. 12. *ultimus.* pag. 253. v. 22. *domi, pol, plura.* pag. 254. v. penult. *hera est, tales.* pag. 255. v. 14. *namq. ei ac.* pag. 256. v. 18. *fruendo.* pag. 259. v. 9. *vita tota.* v. 13. *est longè.* pag. 260. v. 11. *calces.* pag. 261. v. antepen. *temulentia.* pag. 262. v. 6. *ubi est situs.* v. 24. *inter ampla.* pag 264. v. 1. *pessima.* v. 9. *priores.* v. 13. *vita item est teterrima.* v. 15. *geni.* v. 18. *malus vel ortus.* v. 24. *ortos.* v. ult. *minimum mal.* pag. 265. v. 8. *aufert apis.* v. 10. *de flore m. fingit, haud ab.* v. 18. *legit rosas.* pag. 266. v. 14. *dant.* v. 16. *Tuta, salva.* v. 18. *dona egentibus.* v. penult. *emas: prece emptum* pag. 268. v. 14. *terram.* pag. 270. v. 5. *Loquentes* pag. 273. v. 11. *hominum ferè errat.* v. 23. *erroris uncta.* v. antepenult. *quiquis.* pag. 274. v. 5. *rari-*

XXX *umq.*

usq;. v. 6. *adultus*. v. 10. *deerrantibus*. v. 20. I
re ab. v. 28. *haberi*. pag. 275. v. 1. *Vbi error est*.
Dignitatem. pag. 276. v. 5. *pars*. v. 20. *extrem*
nex. pag. 277. v. 1. *carne nostra mortui*. v. 17. *it*
v. 18. *infortuniis*. v. 19. *Deo malis*. pag. 278.
totus odit sed tamen. pag. 277. v. 5. *Gloria*. v.
quarto: *plura quo quis*. v. à fine tertio, *item*,
281. v. antepen. *purgitat*. pag. 282. v. 18. *Quei*
nu. pag. 283. v. 16. *exemplo suo*. pag. 284. v. 12.
metur exemplo. v. 21. *res*. pag. 285. v. 14. *du*
v. 22. *armituum fecit*. pag. 287. v. 22. est ma
ult. *esse qui nequit*. pag. 288. v. 7. *Exul occup*
nes. v. 13. *savus est*. v. 15. *mentis at*. v. antepen
exul. pag. 289. v. 11. *optime uti*. v. 20. *Nulla*.
exitu. pag. 290. v. 11. *fini*. v. 21. *fuit malum*.
nult. *constitutis*. pag. 291. v. 1. *vices*. v. 2. *an*
exp. v. 21. *edoctus*. pag. 293. v. 8. *in involucris*.
absq; hebescit omnis fabula. p. 295. v. 7. *clau*
13. *fallitur*. v. 17. *dulce est*. v. penult. *proditio*.
v. 5. *fallas*. v. 6. *trecentos*. v. 14. *planta falsi mo*
18. *Induunt*. v. 20. *ipsi falsitas*. v. 21. *imbellia*.
v. 6. *probis*. v. 19. *magna*. v. 24. abjice verbum *lat*
25. *qui secūdā*. v. penult. *haud male audies*. p
v. 8. *seu sequiorem cuiq;*. v. 12. *sanitati*. v. 21. *N*
ne, & voce ultima, *approba*. v. ult. *viri*. p. 300.
res. p. 301. v. 4. *unquā*. p. 303. v. 2. *vi irruunt*.
compes quē. v. 21. *cupit*. v. 25. *Non reos*. p. 304. v
jice vocē *fati*. v. 18. *Fato*. v. 29. *fugat*. p. 305. v
v. 25 *viva*. p. 307. v. 2. *tremit*. v. 18. *suevit prox*
v. 28. *quari*. v. ult. *invenit adversarium*. p. 307
nuda. p. 308. v. 6. *usq; vis regnare felix?* v. 20.
tur. p. 309. v. 11. *labores*. v. 24. *at esse vult miser*.

v. 2. *quempiam.* v. 5. promptius. v.23. omnes. v. 28. mater fovet. v 29. *sis probus.* p. 315 v. 8. *cui foris.* v. 17. *Nemo postremis.* p. 317. v.12. *est ipsi nisi.* v. antepenult. *fidas nimis.* p. 318. v. 12. *labori.* p. 319. v. 4. *mutuo se vix.* p. 320. v.10. *corpus macet.* v. 11. *splen ubi.* v. penult. *quid hoc telluris.* p. 321. v. 23. *prata.* pag. 325. l. ult. *Nulla.* pag. 326. v. 11. *stantes.* v. 13. *annos vel senex.* v. 26. *fortitudo dat manum.* pag. 327. v. 14. *servientem.* pag. 328. v. 8. *indoli.* pag. 329. v. 19 *flamma tollitur.* pag. 331. v. 16. *cacat.* v. à fine quarto. *fraterna.* pag. 333. v. 3. *fraus operta.* v. 10. *fraus operta.* pag. 334. v. 7. *servit fraudibus.* v. ult. *amicitiamq;* pag. 335. v. 9. *volutat quam scelus.* pag. 336. v. 14. *unicuiq;.* pag. 337. v. sexto à fine, deleatur *constat.* pag. 338. v. 4. *cor ac doli.* v. 18. *ast.* v. 19. *Quæ sibi formam.* v. 20. *minus.* v. 26. *bono.* pag. 340. v. 8. *celsior.* v. 16. *vespillo tectum.* pag. 341. v. 19. *Quod per.* pag. 342. v. 11. *Fur duplex.* pag. 343. v. 14. *futuro.* pag. 345. v. 4. *lingua garrulo.* v. 6. *Absq; Christo gaudia, haud sunt.* pag. 346. l. 1. *avaro.* v. 13. *gaudium.* v. 22. *stultis.* pag. 348. v. 6. *sudor.* v. 7. *perire Cura quod parit.* v. 12. *à servulis.* pag. 349. v. 21. *Et periculo.* pag. 350. v. ultimo. *summe.* pag. 351. v. 19. *inertis.* v. 28. *gloria.* p. 352. v. 4. *Auram fuga omni à re proba.* v. 6. *vana.* v. 17. *decet.* v. 23. *est, at secundas.* v. 24. *asellos anteit.* p. 354. v. 2. *omnes.* p. 355. v. 3. *non inane.* v. 11. *queat Deo esse.* p. 356. v. 12. *portũ.* v. 18. trabs mari. v. ult. *clavũ arte.* p. 357. v. 3. trabs. p. 356. v. 5. dolet. v. 15. *Turbido.* v. 20. *Ingloria ars maris malacia.* v. penult. *directe.* v. ult. *directo.* p. 359. v. 14. *rector.* v. 20. *crapula.* v. 22. *gula.* v. 25. *freqens.* p. 360. v. 6. *principis germen probi.* v. 7.

)( )( )(2 *here-*

heredem suum. pag. 361. v. 6. *corpori quod ossa, id:* v. 8. *historia.* v. 13. *qui.* v. 14. *Fœda adaq;* v. 18. *cuncta amplectitur.* v. ult. *est mera.* pag. 363. v. 8. *catu.* v. 19. *natis.* v. 22. *Tempore omni humana quaq; res in orbem volvitur.* v. antep. *somnii est.* pag. 365. v. 11. *relictum.* pag. 366. v. 18. *honorem def.* pag. 367. v. 11. *imbecillis, corde firmus.* pag. 369. v. 10. *diu vis vis.* v. 15. *hora concidit.* v. penult. *multis.* pag. 370. v. 1. *vix vel horam.* v. 13. *gaudio est.* v. 14. *est meris Deus.* v. 25. *auxit ingens h. angustum.* pag. 371. v. 10. *constituto.* v. 11. *hospes ante.* v. 22. *hospes; quin.* pag. 373. v. 9. *homini.* v. à fine quarto. *Sæpe in a. a. desinit.* pag. 374. v. 17. *longius.* v. 18. *hosti.* v. 24. *hostis, hostis &.* pag. 375. v. 4. *Clius.* v. 9. *Nullus.* v. 10. *quod hortis.* pag. 376. v. ult. *quieta.* pag. 377. v. à fine quarto: *ingentem.* pag. 378. v. 3. *velit malus.* v. 21. *fert vulpeculam.* pag. 379. v. 13. *pompa induunt.* pag. 380. v. 2. *regia.* v. 5. *rei.* v. 7. *maximè.* v. 11. *Ubi magna sunt opes.* pag. 382. v. 11. *pinguis ignorantia est.* v. 12. *mali.* v. 19. *ast.* pag. 383. v. 7. *imaginem.* v. 13. *læsa cujus.* v. 20. *imago.* pag. 384. v. 2. *semper est imb.* v. 8. *vix heri natam.* v. 10. *securis.* v. 13. *trabe.* v. 13. *nationi pumila.* v. ultimo. *securim.* pag. 385. v. 1. *imbellia.* v. 2. *pisci apta est.* v. 3. *Quei regat Liburnicam.* v. 6. *minutam.* v. 10. *maris cælive,* ejecto *timet.* v. 12. *devocas.* p. 386. v. 7. *paratur.* v. 9. *quisq; literis.* v. 18. *spiritus.* p. 387. v. 2. *morti.* v. 12. *recalcitrant.* pag. 390. v. 2. *imperet.* v. 8. *nil magis.* v. penult. *Imperant multi.* pag. 391. v. 9. *nolentibus.* v. 25. *imperanti.* pag. 392. v. 5. *probi.* pa. 393. v. 1. *impes.* v. 4. *immodestia.* v. 13. *jam scelus nullum impio.* v. 25. *tristis instar.* pag. 394. v. 4. *libidine.*

dine. v. 5. *In potente.* v. 15. *abundant.* v. 16. *ullum.* pag 395. v. 2. *morsu.* v. 3. *malisve.* v. 11. *à fato quietem.* v. 17. *improbo.* v. antep. *desinit*, pag 397. v. 7. *scelerum omnium.* v. 12. *est, ibi est.* v. 20. *punis sceliss.* v. 25. *impune atque amanti.* pag. 398. v. 13. *bella, lex est temporis.* pag 399. v. 6. *incepisse* p. ? v. 11. *inchoat quævis.* v. 19. *assequi dextrè.* v. 24. *est & alteri.* pag. 400. v. 12. *metu.* v. 19. *indulge minus.* v. 20. *minusq; ind.* p. 401. v. 2. *industriorum.* v. 5. *industria.* v. 18. *alienam*, v. ult. *inertia.* pag. 402. v. 4. *valles iners.* v. 5. *ipsa magnam.* v. 6. *ipsemet vivum sui est.* v. 8. *morte*, v. 13. *freta atq; montes.* v. 16. *raros dedecus.* v. 24. *Infamia si arrogantia.* p. 403. v. 2. *senecta.* v. 9. *spirat & senex sub ipsam.* v. 18. *Nemo patere vult sua.* inf. v. 20. *virtute.* pag. 404. v. 3. *sponte proficit.* v. 5. *segnis.* v. 6. *solo.* v. 12. *Multis*, pag. 406. v. 11. *posse fieri ut dein putes.* v. 12. *ut dein putes.* v. penult. *scelus sua.* pag. 407. v. 4. *se numen; omnia.* v. antepen. *grande fit.* pag. 408. v. antep. *Regi item optimo.* pag. 409. v. 3. *Ctesipho.* v. 11. *ferunt.* v. 22. *Non diu durat.* pag. 410. v. 15. *insolens.* pag. 412. v. 14. *Putet.* pag. 415. v. 10. *natura, at ipsi.* pag. 416. v. 9. *malumve nullis* 1. *vircog.* p. 417. v. 10. *utraq;* v. 11. *ipsa lingua.* pag. 418. v. 4. *malove.* v. 7. *sub maligno.* v. à fine quarto; *omne* v. antepen. *mallem.* pag. 419. v. 7. *bellaria.* v. 15. *ipse.* v. 21. *triste.* pag. 421. v. 7. *invident.* pag. 422. v. 3. *cassi laboris d.* p. 423. v. 3. *criminis lætatur.* v. 18. *culpa.* v. 21. *regium.* p. 424. v. 9. *judicia.* v. 15. *pusilla.* pag. 426. v. 10. *Nulla in soph.* v. 16. *Poeta res est oppidò.* v. 25. *absint.* v. ult. *severa item ira.* pag. 427. v. à fine octavo; male, & deinde, pag. 428. v. 9. *dignus ipso judice.* v. 19.

 eximen-

eximendus. pag. 429. v. 12. *acquiescens*. v. 18. *moras*. v. 22. placabili. v. 23. *ei c. obl. alterum quo judicas*. v. 24. quo refrenat alterum? v. antepen. *antesre*. pag. 430. v. 14. *tenetur alterum quo judicat*. v. 22. *plebis ex*. v. 30. *judex perplacet*. pag. 431. v. 8. *nam*. v. 14. *res sacra est*. v. 20. *furoris*. pag. 432. v. 18. *Vetat*. verf. 22. *scelus, facis scelus*. pag. 433. v. à fine quinto, *rex hoc mage*. pag. 434. verf. à fine sexto, *quod possvit*. verf. sequenti. *Iuris ex aquo bonoque*. pag. 435. verf. 13. *sape prastat jus &* verf. à fine quarto. *id est injuria*. p. v. 7. 437. *existit*. pag. 438. verf. 9. *pusilla*. verf. 14. *laborum, ne senescet*. verf. 15. *nomine absque*. verf. 23. non est sanus; neque me expedio medicum. v. 24. *non deviat*. v. penult. *Iuventas*. pag. 439. v. 9. *est juventus talis agri*. v. 10. *Nulla tam mala est juventa*. v. 11. *Turpe nil aude*. pag. 440. v. 9. & 10. *acre*. v. 18. *nuces*. v. 19. *Dextera molam rotabat*. v. penult. *hymnifer*. pag. 441. v. 18. *assat ostream*. v. 23. *labori*. v. antepenult. *sollito*. v. ultimo. *malum*. pag. 443 v. 9. *Et caussa morbi est*. v. 11. *malis pius favor*. v. 22. *criminum in lasos*. v. 23. *bis turpe; stultum tertio*. v. 25. *Vultum infidelem*. v. 26. *capti sape, fr*. v. ult. *hamulos*. pag. 444. v. 1. *sapius quam*. v. 4. *pennas visco*. v. 10. *fidem marina nunquam*. v. 13. sed stultior. pag. 446. v. 1. *Deus malo est malus*. v. 15. *Largitate non*. v. 22. *unda non fit b. q. fluit*. v. ult. *fonte sumis*. p. 447. v. 5. *Quo magis*. v. 15. *prurit*. p. 448. v. a fine 8 *coruscas*. p. 449. v. 13. *secli*. v. 15. major est. v. ult. *blanda inescat*. ab inescando. p. 450 v. 1. neglectui est. v. 2. *grande calcar*. v. 7. sempiterna circuit. pag. 451. v. 8. *optimo*. pag. 452. v. 4. *praparcus*. v. 13. *opus*. pag. 452. v. 10.

lega-

Quicunque laudat gratus est, non qui monet.
Rarissimi sunt admonentes libere.

ADOLESCENTIAE.

Cerea est aetas ephebi, fingitur quo vis modo.
Cura sit pueritiae ingens; maior adolescentiae.
Dulcedo ephebos laudis ad decus trahit.
Fit suimet ipse adolescens, cum sui esse desinit.
Flexus aetatis tenellae nusquam tenet modum.
Floream aetatem voluptas vel terit, vel obterit.
Freno eget tum summe ephebus, frenum ei cum tollitur.
Laus bonisque nimia ephebos vertit in dementiam.
Malim adolescens rubores induat quam palleat.
Nemo non aetate florea desipit, licet Sophus.
Nulli est adhuc rursus datum pubescere.

Pro-

Præceps ephebis esse sueuit impetus.
Properus honos, onus est ephebis, haud honos.

ADORATIONIS.

Ad Deum accessurus idem purus esto vt & Deus.
Corporis flexu saluta numen, at cordis mage.
Est Deus multis in ore, rarus idem in pectore.
Impie preces homullo deferas, pie Deo.
Improbi est ambire Diuos per preces trunca manu.
In suum vocant cor, ipsum qui Deum caste inuocant.
Indoles bona hoc adorat omne quod non d. im capit.
Inuoca Deum & labora; prosperabit omnia.
Inuoca Deum, simulque vna ipse operi admoue manus.
Mens Dei rite aduocata spes secundat sobrias.
Mente adorandum omne numen est magis quam corpore.
Nemo corde, nemo mente; quisque adit Deum labris.
Nemo non Deum ore adorat, cordi vix millesimus.
Nemo non Deum ore adorat, rarus est præcordiis.
Nil sine inuocatione Numinis durabile est.
Numen orandum & scelesti pro salute principis.
Numen ore dexteraque quære, mente sed magis.
Qui Deum inuocat, fauentem credit hunc certe sibi.
Qui Deum orat, qui laborat, cuncta ei cedunt bene.
Qui Deum pro rege, pro se supplicat quoque & suis.
Quisque numen lingua adorat, nemo mente aut pectore.
Si Deus non est, in altum tollimus cur nam manus?
Voce quod nequis, honore consecres silentii.
Est deferenda vni Deo adoratio.
Manus mouenda est inuocata Pallade.
Ora & labora, & impetrabis omnia.

ADVER-

ADVERSITATIS.

A Deo aura flat Fauonij, à D o aura flat Noti.
A Deo proc lla ponti st: à D o est tranquillitas.
A Deo sunt v am amara: à Deo sunt dulcia.
Quid tim e? aduersitatis temperat clauum Deus.
Ne nimis fidas Duci, vnquam cui nihil mali acc dit.
Regium est aduersa mente ferre constanti mala.
Principem effert è tenebris ad diem alma aduersitas.
Rex malam rem ferre ineptus, turpius feret bonam.
Rex nisi aura aduersitatis, mortuum, pudor! mare est.
Absq; pertinace virtus marcet aduersario.
Altius radice humum vrget arbor acta vi Iouis.
Approbat virtutis œstrum singulare aduersitas.
Arbore fœcundiores esse v s probe puta.
Corrigunt aduersa: ferme prosperis corrumpimur.
Curuat ætas sera corpus, spiritusq; aduersitas.
Cum iacet mare, obsolescit & magistri gloria.
Dulce poculum, saluti nil facit, sed tristius.
Dura sors torpere mentem prohibet ignaui o si u.
Ecquis est qui aduersitatum fiat igne purior?
Eluit medens amaram bilem amaro pharmaco.
Excitat gallum, mouetq; plaga gallinaceum.
Experitur ignis aurum, fortiorem aduersitas.
Ignis aurum, aduersitates Christianos arguunt.
Ne geras viro minora corda rebus in malis.
Nestoris mel stulto amarum est, dulce sed prudentibus.
Nemo non aduersitates vult habere alium suas.
Nullum habent aduersa fidum: prospera infidos tegunt.
O miserrimum carentem quopiam aduersario!
Pharmacum quoq; ad salutem est ipsa sæpe aduersitas.

Plura



Plura quisq; aduersa perfert, quam secunda perferet.
Pondus imponas columnæ grandius firmes magis.
Plus sapit tunc quisq; nobis, re sumus quando in mala.
Quæ nocent, ingrata quamuis sint homini, ipsummet docent.
Rebus aduersis iuuandus est amicus maxime.
Rebus aduersis potissime est amicitiæ locus.
Se domant aduersa, facto quidq; opus sit perdocent.
Semper in fletu inq; questu tristis est aduersitas.
Sub iugum qui aduersa mittit, proprie est vir maximus.
Tolle fluctus æquori altos, & iacet Tiphy ars tua.
Aduersa stultus publicat, tegit Sophus.
Aduersitas mortalibus gymnasium est.
Aduersitas vbi est, ibi modestia est.
Aduersitatis quilibet faber suæ est.
Aduersitatis sæpe pharmacum mora est.
Aduersitatis temperat clauum Deus.
Deo probatur asperis, dignus Deo.
Examinatur iustus, haud pœnas luit.
Malacia marinauclerus absq; nomine est.
Marcet bonus si illi auferas pugnam mali.
Quantum nocent res asperæ, tantum docent.

ADVLATIONIS.

Absq; adulatore nudum regis omne sit latus.
Est Gnatho auceps, voce regum qui insidiatur auribus.
Nunquam adulator saluti, sæpe regi noxia est.
Nunquam adulator sinescit regem apud mentis bonæ.
Qui placet mendace palpo Principi, haud placet diu.
Quo magis palparis o rex, hoc tuis credas minus.

Regi

Regi adulantes placere non queunt, cum ad se redit.
Regum opes euertit hostis saepe, saepius, Gnatho.
Rex adulantum procellis nemo non libens patet.
Saepe opes regum vssit hostis, saepius tamen Gnatho.
Tolle adulatorem, & omne Principis tollis malum.
Tolle adulatorem, & omnis pompa Principum iacet.
Vis adulatrix tyranno iuge contubernium est.
Aeuo amicitia ipsa crescit, aeuo adulator cadit.
Alterius non omnis, omnis ast adulator sui est.
Ars adulatoria annos ferre plures non potest.
Bella adulatorum aperto malo, clanculariis.
Cauda adulantum ad fauores, pauus explicat rotam.
Deuorat corax cadauera; deuorat viuos colax.
Est adulator procella; qualibet flatu obruit.
Est adulator sibi ipsi quilibet vel maximus.
Est amicus ore adulans, pectore hostis est merus.
Est speculum Gnatho, exhibetq; quam obijcis imaginem.
Ludere ac ridere summus est labor Gnathonibus.
Nemo adulatore gaudet cana cui sunt tempora.
Nemo eosdem habere amicos atq; adulantes potest.
Nulla adulatore peior orbe toto bestia est.
Nulli adulator videndum se dat in rebus malis.
Nullum adulatur, lupinis esse qui satur potest.
Quas adulator tibi alas indit, ijs nunquam voles.
Qui Gnathoni cunq; amicus, haud amicus est sibi.
Quilibet profecto summus est adulator sui.
Quisq; adulator felices percolit, viles fugit.
Quisq; adulator sibi ipsi est omnium vel maximus.
Quisq; adulator sibi ipsi est, quisq; leno maximus.
Quisq; adulator sibi ipsi, quisq; mirio sui est.
Quisq; adulatur sibi ipsi fortius quam caeteris.
Quisq; iam sibi ipse leno, quisq; iam sibi est Gnatho.

Saeculi

Saeculi malum omne ab atris est adulatoribus.
Tolle adulatorem, & omne concidet vitae malum.
Turpia aequa mente quaevis fert adulator suus.
Ad gratiam loqui mere Gnathonicum est.
A quo cibum vult, illi adulatur canis.
Est pro maligno parce adulans regibus.
Formica nunquam inane quaerit horreum.
Noli patere rex adulatoribus.
Non alteri omnis, omnis at colax sibi est.
Teterrima omnis est adulator fera.

ADVLTERII.

Feminae Troiam beatam pulchra perdidit gena.
Nuptiali Helenae cremata Troia funditus face est.
Rex adulter, publicum orbis quid nisi infortunium?
Rex adulter se suumq; peste regnum polluit.
Rex adulter vniuersis attrahit suis malum.
Tolle adulteros, & omnis deficit tragoedia?
Vna Helena Europamq; Asiamq; paribus adflixit malis.
Arceas fortasse felem, haud arceas adulterum.
Feli adulterove frustra limen omne clauditur.
Felis excludi aut adulter aedibus nullis queunt.
Fortasse felem, at non adulterum arceas.
Inuenire rure non est; vrbe adulter pascitur.
Nil ita est firmum vel altum quin adulter occupet.
Nemo felem adulterumve clausit aede vnquam è sua.
Omne peruium feli, omne peruium est adultero.
Polluit totam vrbem adulter vnus impunitior.
Adulterare coniugem noli alteri.
Aufer lupanar, auferes adulteros.

AD-

ADVOCATI.

Aduocati viperina lingua perdit omnia.
Aduocatis hercle auaris lingua mercenaria est.
Aduocatus dulce mœstis præsidium præstat reis.
Aduocatus est pupillis ac viduis perpes Deus.
Est latrocinantis, auri præmio du[illegible]s.
Inuenire in aduocato quolibet tricerberum est.
Non opus probo aduocatis; aduocata est æquitas.
Nulla frons est aduocatis; sin qua, prorsus ænea est.
Nulla non foro canina iam latrat loquacitas.
Pro tribunali canina se exerit facundia.
Promptius nequam aduocatum est inuenire quam probum.
Publicæ rei atra tabes omnis aduocatio est.
Qui nocentem vltro tuetur, bis facit sese reum.
Qui reo patrocinatur noxio, bis fit reus.
Si qua lingua est aduocatis, est profecto viperæ.
In foro canina perlatrat loquacitas.
In aduocato repperire Cerberum est.
Negare nummis aduocatus quid queat?
Peccet necesse est sæpe qui vnquam negat.
Quot heu vbique sunt togati vultures?
Venale vbique est aduocatorum genus.

ÆGRITVDINIS.

Corpori ægris mens triumphat plena gaudiis Dei.
Inuehit cœli ira terris plurimam ægritudinem.
Ægritudine à perenni mens laborat regia.

Corporis mentisue reg s perpes ægror occup at.
Non decet regem ægritudo multiformis masculum.
Non fuit, non est, erit ue rex sine ægritudine.
Rex sine ægritudine ulla mentis, ipsi par Deo est.
Abiicit sese ægritudo: nec caput solo erigit.
Abstinet Galenus ægris queis mederi non potest.
Admouet nemo manum ægris ars quibus tota est iners.
Æger haud fert detineri se meris nænijs.
Ægritudines periclo, qui cadunt in ver, carent.
Delicatus luxus auctor omnium ægritudinum est.
Feminarum est molliter nimium ægritudinem pati.
Grandior quæq; ægritudo, mortis est apparitor.
Libero malum omne tollas tristis ægrimonia.
Mentis ægrori Sophorum vox mera incantatio est.
Molliter nimis fere omnes patimur ægritudinem.
Non potest succumbere ulli fortis ægritudini.
Nulla mentis ægritudo est quam medendo haud auferas.
Nulla non longo domatur ægritudo tempore.
Pharmacis eget ducentis æger abstinens minus.
Pharmaco sermonis omnem tollere ægrimoniam est.
Nulla non mœ or ministrat semina ægritudinum.
Plurium plerumq; cura mater ægritudinum est.
Quis suarum audire nomen quærit ægritudinum.
Quo minus licet quid ægro, conualescit promptius.
Sanitas quid sit, carendo discit æger, cum male est.
Animum dolenti reddit allocutio.
Animi ægritudo oratione tollitur.
Conducit ægris plurimum allocutio.
Edulcat omnem tempus ægritudinem.
Haud est viri Sophi affici ægritudine.
Morbus iugatur multus ægritudini.
Nihil pati mens ægra durum sustinet.

Tanc

Tu-c optimus quisque est vbi est infirmior.
Vbi Voluptas, agmen ægritudinum est.

ÆMVLATIONIS.

Plus satis Deum æmulatur, qui bona fide colit.
Qui Deum cunq; æmulatur nobilis vel maxime est.
Vis Deum æmulari? in hostes sis benignus & tuos.
Ciuium quisq; æmulatur Principis mores sui.
Principi quid ni resistant, qui æmulantur Principes?
Subditi regem æmulantur in bonis æque ac mali.
Vita regis æmulanda est ciuibus pro r g ula.
Acri ab æmulatione splendor artium omnium est.
Æmulatio in gulosos non cadit, sed sobrios.
Æmulatione, mundi constat vniuersitas:
Æmulatione quasvis illico artes subleues.
Artis est cuiusq; magna portio æmulatio.
Cuilibet mens ardet inter eminere compares.
Distat à riualitate cand.da æmulatio.
Filius grato æmulatu surgit in laudes patris.
Gloria famaq; præstans calcar æmulatio est.
Inter inuidos stupidosq; vspiam æmulatio est.
In tuam rem verte quidquid vspiam æmulatio est.
Inuenire æqualem vbiq; est æmulumue cuilibet.
L ius vbi est virtutis, illic est & æmulatio.
Moribus præstent oportet æmulandos quos datur.
Mutua æmulatione proficit vicinia.
Mutua æmulatione promouentur literæ.
Nemini vera absq; sensu laudis æmulatio est.
Nemo non id æmulatur quod videt cum laurea.

Nemini non animus ardet præterire compares.
Optimæ cuiq; indoli ardor æmulandi nascitur.
Optimos sibi æmulari qui legit, fit optimus.
Pascitur liuore virtus, dapsq; ei æmulatio est.
Qui malos non æmulatur, h stis ijs fit tristi r.
Qui malos Vita æmulatu , fine item illorum perit.
Qui sibi bonum æmulandum sumi , æmul bitur.
Saltem honores, æmulando quis negatum est assequi.
Absq; æmulis & literæ frigent bona.
Est certa vincere æmulos largitio.
Inter pares perennis est discordia.
Inter pares quis eminere non amat?
Figulusq; figulo ac faber fabro inuidet.
Nemo æmulatur, quæ reprendit crimina.
Nunquam æmulo carent ingenia spl ndida.
Par e [illegible] potentioribus.
Pot [illegible] s artis [illegible] io.
E [illegible] m tu [illegible] .

[illegible] TATIS.

[illegible] pot [illegible] psa Vbi est [illegible] as.
[illegible] sine vllo [illegible]
[illegible] emine [illegible]
Reg [illegible] na, e [illegible] alitas.
A [illegible] li cu [illegible] as.
[illegible] fulc [illegible]
[illegible] men [illegible]
[illegible] itatu [illegible] alitas.
[illegible] ges [illegible] alitas.
[illegible] Vrb [illegible] æqualitas.

E

Et quietis luminisq; mater est æqualitas.
Exterum & ciuile bellum est nulla vbi est æqualitas.
Iustitiæ concordiæq; mater est æqualitas.
Iustitiæ nutrix parensq; est gratiosa æqualitas.
Luminum omnium supremum lumen est æqualitas.
Lux ibi tranquillitasq; est, est vbi ipsa æqualitas.
Multitudinis perenne gluten est æqualitas.
Nominare æqualitatem promptius quam inducere.
Non parit bellum, imo tollit bella cuncta æqualitas.
Non potest vrbs libera esse nulla vbi est æqualitas.
Nullus est æqualitatis ordo: par hic alteri.
Omnis est tranquillitatis auctor alma æqualitas.
Ordo vbi est, ibi esse læta non potest æqualitas.
Vir bonus gaudet doletq; mente virtuq; æqualiter.
A sole, sol homini alter est æqualitas.
Ab impari omne fluxit in mundo malum.
Æqualis est cunctis ager Laconibus.
[illegible]abilis sodalitas adamantina est.
[illegible]litas concordiæ coagulum est.
[illegible]tas vrbes tuetur v[illegible] parit[illegible]
[illegible]ate gaudet excellens amor.
[illegible]atis iure quid ciuilius?
[illegible]ionis mater est æqualitas.
[illegible] nunquam causa belli æqualitas.
[illegible]num orbis vinculum est æqualitas.
[illegible]orsum est ordinis æqualitas.
[illegible]bis gluten est æqualitas.
[illegible]a, est ibi vtiq; æqualitas,

B
vtiq; æqualitas

ÆQVANIMITATIS.

Da Deus mentem modo æquam: cætera à me sumpsero.
Fiat vt visum supremo Numini est: ipsi obsequar.
Pro bonis æquam vniuersis da mihi mentem, ó Deus?
Absq; mente principum æqua, bellat vniuersitas.
Ferre mente æqua potestas nil quit ensis cui domi est.
Mentem ob imperantem iniquã bella sunt mundi omnia.
Mentis æquæ rex, beate viuit ipsus & sui.
Nil æque facit benigne pestilens potentia.
Nulla eis mens æqua, sceptra quæ tenent læua manu.
Principum sub mente iniqua Mars Eryq; imperant.
Æqua mens ansam sinistram non capit pro dextera.
Æqua mens est absq; cura, æqua mens ditissima est.
Æqua mens in re mala, omne triste vertit in bonum.
Æqua mens res quasq; lenit commodis incommodas.
Cui datum est seruare mentem sorte in omni æquabilem.
Cuilibet sibi medetur æqua mens incommodo.
Cuncta vincit, æqua iniqua sustinere qui potest.
Dextere vtaris secundis, scæua fer viriliter.
Est labor immensa dona sortis æquiter pati.
Ferre mente æqua necesse est à Deo quidquid venit.
Impetrat mens æqua quoduis à fauore numinis.
Imputa lucro bonum omne, dura prouisu læua.
In bonis malisq; mente quisquis est æqua, sapit.
In malis bonisq; eodem qui gradu manet, sapit.
In bonis malisq; semper vnus atq; idem est probus.
In malis quicunq; rebus mente es æqua, haud es malus.
Mactus esto io obuenire quod tibi dedit Deus.
Mens vbi æqua, ibi perennis viuit & tranquillitas.

Mente

Mente in æqua sunt honores, mente in æqua sunt opes.
Nec timendum sorte tristi, nec tumendum prospera.
Nec timet fato sinistro, nec tumet læto Sophus.
Nec tume nimis secundis, nec time nimis malis.
Nemo mente æqua repentem fert beatitudinem.
Nil ita est graue ac molestū̃ ens quod æqua haud leniat.
Si quid est in veste spurcum id abde, produc quod nitet.
Qui potest paruo esse paruus, magnus ac magno, vivet.
Qui secunda fert modeste, dura item scite feret.
Sorte nec bona efferantur, nec mala ruunt Sophi.
Sortem vtramq; feta, tenore temperato æquabili.
In æquitate mentis insunt omnia
Quæcunq; fiunt, velle discit vir probus.
Quæcunq; pulchra habent probi, obuertunt foras.
Qui fert iugum libenter, id leue efficit.
Si non potis quod vis, velis id quod potes.

ÆQVITATIS.

Ne Deus quidem possit ipsus omnibus æquus esse.
Quæ Deus dicit facitq; norma sunt æqui ac pij.
Quisquis est Deo æquus, æquus ceteris mortalium est.
Vis honesti æquiq; cultor? cogita te vna & Deum.
Æqua ferre, regum esse qui putat, semper regit.
Æquitas regium reposta est in manus valentia.
Deuiare ab æquitatis turpe regi tramite.
Est bonum est æquum dynastis, regia quod expedit.
Ne quidem absq; æquo bonoq; Iupiter recte imperet.
Regibus bonum est & æquum quidquid est potentius.
Rex bonus, rex æquus orbis est perennis Lucifer.
Rex bonus, rex æquus, orbis totius miraculum est.

Rex sit æquus, æquitatem ciuis omnis percolat.
Vis agat vulgus quod æquum est? illud ipsum rex agat.
Vix queunt ferre æqua regis; non ferunt sane infima.
Absq; iure æquoque mundus arx latrocinantium est.
Absq; iusto æqueq; nil est quispiam laudabile.
Æquitas benignitate destituta est sanitas mera.
Æquitas multa est in vrbe cui sua est æqualitas.
Æquitas pietasq; haud sunt columnæ publici.
Æquitas vbi est pietasq; nulla virtus deficit.
Æquus est quicunq; iniquum, nec facit nec approbat.
Arduum est immensa dona fortis æquiter pati.
Arx latronum est vrbs vbi æquum non habet statum locum.
Ciuitas furum ac latronum est, exul est vnde æquitas.
Ciuitati hostile tam nihil quam boni atq; æqui fuga.
Cui sua vnquam æquo bonoq; defuere præmia?
Est bono cuiq; nota, nemini at malo æquitas.
Finis omnium actionum nil nisi æquum est ac bonum.
Ius & æquum omnes probamus, sed quotus quisque id agit?
Neminem grauat quod æque quilibet facit modo.
Non modo probus vir æquus est, sed vrget cæteros.
Plebs mage exemplis ad æquum ducitur quam legibus.
Pondus vnum, par & vlna, continet regnum diu.
Posita virtus vniuersa est æquitatis in bono.
Publicæ est rei vniformis prima custos æquitas.
Pulchre item seruatur in re ludicra omnis æquitas.
Qui pium seruant & æquum, vsque obtinent æquum ac pium.
Qui vel vnũ abscedit vnguem iure ab æquo est improbus.
Vrbs beata est absque iure, vbi æquitas regnum tenet.
Vrbs sine æquitate nil est quam latronum concio.

Vt

Vt labor suus cuiq; prosit, æquum ac ius iubet.
Ab æquitate digredi, est iniquitas.
Æquo bonoq; heic constat vrbis machina.
Æquum bonumq; inest quoq; ipsis bestijs.
Æquum omnibus putatur id quod vtile est.
Affictus æquitatis est regni decus.
Erga Deum æquus, æquus est & cæteris.
Legum soluta vinculis est æquitas.
Necesse vt æquus omnibus, vir sit bonus.
Pares facit gradu æquitas sortis paris.
Potentius quod est, vbiq; est æquius.
Seruat suum cuiq; semper æquitas.

AERIS.

Aeris Deo potestas credita est, non Dæmoni.
Aeris cæliq; rector est Deus, non Lucifer.
Aerem censere vellet posse, rex auarior.
Aeri imponat tributum si queat Princeps tenax.
Absq; respiratione viuere, ô homo, ne quis.
Aeri ne crede verno: non habet statam fidem.
Aeris pro qualitate quisq; gaudet aut dolet.
Ales est vir fortis; aer omnis ipsi est patrius.
Multa in autumno inq; vere est aeris mutatio.
Nunc dies nobis nouerca, nunc dies nobis parens.
Pro statu cuiusq; lucis quisq; ridet aut dolet.
Quale cælum, talis est gens; aut ferox, aut mollior.
Qualis aer est diei, vita talis omnium est.
Qualis est status diei, talis & mortalium.
Quicquid est cauum ac palustre, aeris minus boni est.
Sensus ijs subtilis aer cui serenus ducitur.

Talis est mens cuiq; qualem dat die quauis Deus.
Talis est mens cuiq; qualem Iupiter diem induit.
Talis est mens quaq; homullis, qualis est eis dies.
Corruptioni nusspiam aer subiacet.

ÆRVMNÆ.

Aufer ærumnam, auferesq; numen omne Numini.
Ni fores ærumna, cœlo nullus efferret manus.
Tolle ærumnam, omnis negabit & Deum mortalitas.
Debitum ærumnæ est, quod esse rex homullum se sciat.
Magna vbi est ærumna, ibidem regia est tragedia.
Ni fores ærumna, quiuis rex putaret se Deum.
Regias ærumna grandis semper eligit domus.
Acer æris in tenebris ardet & carbunculus.
Alma laus fructu beato pensat ærumnas graues.
An quis est, ærumna cuius non notet tandem domum?
De die splendet pyropus, nocte sed tamen magis.
Dulce nil iuuat: amarum poculum ægris est bono.
Et pyropus in tenebris obtinet lucem suam.
Ignis aurum, fidum amicum prodit ærumnositas.
Magna tempestas diu esse non potest; statim transit.
Nulla non ærumna cordis, rore vini tabesit.
Plurima ærumnæ est satelles, plurima ærumnæ est soror.
Poculum bono est amarum sæpe, dulce item malo.
Pressa virtus enitescit lætiorq; prouenit.
Quod iuuat quod est salute, torquis est, haud vinculum.
Vix licet virtutis ædem scandere ærumna graui.
Sæpe margarita digno se minus iacet loco.
Vna vbi est ærumna, ibidem multa mox subit soror.

Vnis

Vnice ærumnis medetur gratiosa oratio.
Ærumna eodem degit ac virtus loco.
Ærumna mater aut nutrix Deûm omnium est.
AErumna morbos procreat mortalibus.
AErumna multa, multa purgat crimina.
AErumna paruas magna non intrat domos.
AErumna primas intulit mundo preces.
AErumna quæuis cedit in bonum pio.
AErumna sola rarius superuenit.
AErumna vbi est, ibi esse gaudium nequit.
Arbor putata redditur fœcundior.
Durare toto non potest turbo die.
Est rara fortis mens in ærumnas suas.
Fellis medetur gustui gustus malo.
Nocent quidem res asperæ, sed & docent.
Præstat mori quam viuere ærumnaliter.
Omne aurum ab igne purius reddi solet.

ÆSTATIS.

Adducit æstus ac sites canicula.
Dum cicada carduusq; floret æstas florida est.
Et priorem edulcat æstum subsequens Autumnitas.
Fructibus rependit æstas omne quod nepá nocet.
Mater æstas est laboris? mater est & gaudij.
Nemo non æstatem adorat, nemo non brumam impetit.
Quidquid æstas vrit, almus id resarcit frugibus.
Quidquid exurit calore, sarcit æstas fructibus.
Torret æstas; sed & omne tollit Autumni penu.
Vrit æstas arida, id sed fructuum edulcat strue.

Nemini non animus ardet præterire compares.
Optimæ cuiq; indoli ardor æmulandi nascitur.
Optimos sibi æmulari qui legit, fit optimus.
Pascitur liuore virtus, dapsq; ei æmulatio est.
Qui malos non æmulatur, hostis ijs fit tristior.
Qui malos vita æmulatur, fine item illorum perit.
Qui sibi bonum æmulandum sumit, æmulabitur.
Saltem honores, æmulando quis negatum est assequi.
Absq; æmulis & literæ frigent bonæ.
Est certa vincere æmulos largitio.
Inter pares perennis est discordia.
Inter pares quis eminere non amat?
Figulusq; figulo ac faber fabro inuidet.
Nemo æmulatur, quæ reprendit crimina.
Nunquam æmulo carent ingenia splendida.
Par esse noli te potentioribus.
Potissima est pars artis æmulatio.
Rerum malarum turpis æmulatio.

ÆQVALITATIS.

Non potest ibi esse princeps, ipsa vbi est æqualitas.
Principes regesq; nescit non sine vllo æqualitas.
Pestis est æqualitatis regia eminentia.
Regna quamquam summa, seruat æquitas, æqualitas.
Administrat cuncta cœli cuncta terræ æqualitas.
Æquitas æqualitasq; fulcra sunt orbis duo.
Ciuibus perenne lumen Solis est, æqualitas,
Ciuium, imo ciuitatum vinculum est æqualitas.
Condit vrbes, auget vrbes, continetq; æqualitas.
Cuncta sunt in vrbe serua nulla vbi est æqualitas.

Et quietis luminisq; mater est æqualitas.
Exterum & ciuile bellum est nulla vbi est æqualitas.
Iustitiæ concordiæq; mater est æqualitas.
Iustitiæ nutrix parensq; est gratiosa æqualitas.
Luminum omnium supremum lumen est æqualitas.
Lux ibi tranquillitasq; est, est vbi ipsa æqualitas.
Multitudinis perenne gluten est æqualitas.
Nominare æqualitatem promptius quam inducere.
Non parit bellum, imo tollit bella cuncta æqualitas.
Non potest vrbs libera esse nulla vbi est æqualitas.
Nullus est æqualitatis ordo: par hic alteri.
Omnis est tranquillitatis auctor alma æqualitas
Ordo vbi est, ibi esse lata non potest æqualitas.
Vir bonus gaudet doletq; mente viris æqualiter.
A sole, sol homini alter est æqualitas.
Ab impari omne fluxit in mundo malum.
Æqualis est cunctis ager Laconibus.
Æquabilis sodalitas adamantina est.
Æqualitas concordiæ coagulum est.
Æqualitas vrbes tuetur vt parit.
Æqualitate gaudet excellens amor.
Æqualitatis iure quid ciuilius?
Coniunctionis mater est æqualitas.
Est facta nunquam causa belli æqualitas.
Firmissimum orbis vinculum est æqualitas.
Ignara prorsum est ordinis æqualitas.
Totius orbis gluten est æqualitas.
Vbi est amicitia, est ibi vtiq; æqualitas,

ÆQVANIMITATIS.

Da Deus mentem modo æquam: cætera à me sumpsero.
Fiat vt visum supremo Numini est: ipsi obsequar.
Pro bonis æquam vniuersis da mihi mentem, ô Deus?
Absq; mente principum æqua, bellat vniuersitas.
Ferre mente æqua potestas nil quit ensis cui domi est.
Mentem ob imperantem iniquã bella sunt mundi omnia.
Mentis æquæ rex, beate viuit ipsus & sui.
Nil æque facit benigne pestilens potentia.
Nulla eis mens æqua, sceptra quæ tenent læua manu.
Principum sub mente iniqua Mars Eris q; imperant.
Æqua mens ansam sinistram non capit pro dextera.
Æqua mens est absq; cura, æqua mens ditissima est.
Æqua mens in re mala, omne triste vertit in bonum.
Æqua mens res quasq; lenit commodis incommodas.
Cui datum est seruare mentem sorte in omni æquabilem.
Cuilibet sibi medetur æqua mens incommodo.
Cuncta vincit, æqua iniqua sustinere qui potest.
Dextere vtaris secundis, scæua fer viriliter.
Est labor immensa dona sortis æquiter pati.
Ferre mente æqua necesse est à Deo quidquid venit.
Impetrat mens æqua quoduis à fauore numinis.
Imputa lucro bonum omne, dura prouisu læua.
In bonis malisq; mente quisquis est æqua, sapit.
In malis bonisq; eodem qui gradu manet, sapit.
In bonis malisq; semper vnus atq; idem est probus.
In malis quicunq; rebus mente es æqua, haud es malus.
Mactus esto eo obuenire quod tibi dedit Deus.
Mens vbi æqua, ibi perennis viuit & tranquillitas.

Mente

Mente in æqua sunt honores, mente in æqua sunt opes.
Nec timendum sorte tristi, nec tumendum prospera.
Nec timet fato sinistro, nec tumet læto Sophus.
Nec tume nimis secundis, nec time nimis malis.
Nemo mente æqua repentem fert beatitudinem.
Nil tam est graue ac molestum ens quod æqua haud leniat.
Si quid est in veste spurium id abde, produc quod nitet.
Qui potest paruo esse paruus, magnus ac magno, viget.
Qui secunda fert modeste, dura item scite feret.
Sorte nec bona efferantur, nec mala ruunt Sophi.
Sortem vtramq; eam, tenore temperato æquabili.
In æquitate mentis insunt omnia
Quæcunq; fiunt, velle discit vir probus.
Quæcunq; pulchra habent probi, obuertunt foras.
Qui fert iugum libenter, id leue efficit.
Si non potis quod vis, velis id quod potes.

ÆQVITATIS.

Ne Deus quidem possit ipsus omnibus æquus esse.
Quæ Deus dicit facitq; norma sunt æqui ac pij.
Quisquis est Deo æquus, æquus cæteris mortalium est.
Vis honesti æquiq; cultor? cogita te vna & Deum.
Æqua ferre, regum esse qui putat, semper regit.
Æquitas regium reposta est in manus valentia.
Deuiare ab æquitatis turpe regi tramite.
Est bonum est æquum dynastis, regiæ quod expedit.
Ne quidem absq; æquo bonoq; Iupiter recte imperet.
Regibus bonum est & æquum quidquid est potentibus.
Rex bonus, rex æquus orbis est perennis Lucifer.
Rex bonus, rex æquus, orbis totius miraculum est.

Rex sit æquus, æquitatem ciuis omnis percolit.
Vis agat vulgus quod æquum est? illud ipsum rex agat.
Vix queunt ferre æqua regis; non ferunt sane infima.
Absque iure æquoque mundus arx latrocinantium est.
Absque iusto æqueque nil est prorsum laudabile.
Æquitas benignitate destituta est sæuitas mera.
Æquitas multa est in vrbe cui sua est æqualitas.
Æquitas pietasque haud sunt columnæ publici.
Æquitas vbi est pietasque nulla virtus deficit.
Æquus est quicunque iniquum, nec facit nec approbat.
Arduum est immensa dona fortis æquiter pati.
Arx latronum est vrbs vbi æquum non habet statum locum.
Ciuitas furum ac latronum est exul est vnde æquitas.
Ciuitati hostile tam nihil quam boni atque æqui fuga.
Cui sua vnquam æquo bonoque defuere præmia?
Est bono cuique nota, nemini at malo æquitas.
Finis omnium actionum nil nisi æquum est ac bonum.
Ius & æquum omnes probamus, sed quotus quisque id agit?
Neminem grauat quod æque quilibet facit modo.
Non modo probus vir æquus est, sed vrget cæteros.
Plebs mage exemplis ad æquum ducitur quam legibus.
Pondus vnum, par & vlna, continet regnum diu.
Posita virtus vniuersa est æquitatis in bono.
Publicæ est rei vniformis prima custos æquitas.
Pulchre item seruatur in re ludicra omnis æquitas.
Qui pium seruant & æquum, vsque obtinent æquum ac pium.
Qui vel vnũ abscedit vnguem iure ab æquo est improbus.
Vrbs beata est absque iure, vbi æquitas regnum tenet.
Vrbs sine æquitate nil est quam latronum concio.

Vt

Vt labor suus cuiq; prosit, æquum ac ius iubet.
Ab æquitate digredi, est iniquitas.
Æquo bonoq; heic constat vrbis machina.
Æquum bonumq; inest quoq; ipsis bestijs.
Æquum omnibus putatur id quod vtile est.
Affictus æquitatis est regni decus.
Erga Deum æquus, æquus est & cæteris.
Legum soluta vinculis est æquitas.
Necesse vt æquus omnibus, vir sit bonus.
Pares facit gradu æquitas sortis paris.
Potentius quod est, vbiq; est æquius.
Seruat suum cuiq; semper æquitas.

AERIS.

Aeris Deo potestas credita est, non Dæmoni.
Aeris cæliq; rector est Deus, non Lucifer.
Aerem censere vellet posse, rex auarior.
Aeri imponat tributum si queat Princeps tenax.
Absq; respiratione viuere, ò homo, nequis.
Aeri ne crede verno: non habet statam fidem.
Aeris pro qualitate quisq; gaudet aut dolet.
Ales est vir fortis; aer omnis ipsi est patrius.
Multa in autumno inq; vere est aeris mutatio.
Nunc dies nobis nouerca, nunc dies nobis parens.
Pro statu cuiusq; lucis quisq; ridet aut dolet.
Quale cælum, talis est gens; aut ferox, aut mollior.
Qualis aer est diei, vita talis omnium est.
Qualis est status diei, talis & mortalium.
Quicquid est cauum ac palustre, aeris minus boni est.
Sensus ijs subtilis aer cui serenus ducitur.

AERIS.

Talis est mens cuiq; qualem dat die quauis Deus.
Talis est mens cuiq; qualem Iupiter diem induit.
Talis est mens quaq; homullis, qualis est eis dies,
Corruptioni nuspiam aer subiacet.

ÆRVMNÆ.

Aufer ærumnam, auferes q; numen omne Numinis.
Ni fores ærum na, cœlo nullus efferret manus.
Tolle ærumnam, omnis negabit & Deum mortalitas.
Debitum ærumnæ est, quod esse rex homullum se sciat.
Magna vbi est ærumna, ibidem regia est tragedia.
Ni fores ærumna, quiuis rex putaret se Deum.
Regias ærumna grandis semper eligit domus.
Acer aris in tenebris ardet & carbunculus.
Alma laus fructu beato pensat ærumnas graues.
An quis est, ærumna cuius non notet tandem domum?
De die splendet pyropus, nocte sed tamen magis.
Dulce nil iuuat: amarum poculum ægris est bono.
Et pyropus in tenebris obtinet lucem suam.
Ignis aurum, fidum amicum prodit ærumnositas.
Magna tempestas diu esse non potest; statim transit.
Nulla non ærumna cordis, rore vini tabesit.
Plurima ærumnæ est satelles, plurima ærumnæ est soror.
Poculum bono est amarum sæpe, dulce item malo.
Pressa virtus enitescit latiorq; prouenit.
Quod iuuat, quod est salutí, torquis est, haud vinculum.
Vix licet virtutis ædem scandere ærumna graui.
Sæpe margarita digno se minus iacet loco.
Vna vbi est ærumna, ibidem multa mox subit soror.

Vnis

Vnice ærumnis medetur gratiosa oratio.
Ærumna eodem degit ac virtus loco.
Ærumna mater aut nutrix Deûm omnium est.
AErumna morbos procreat mortalibus.
AErumna multa, multa purgat crimina.
AErumna paruas magna non intrat domos.
AErumna primas intulit mundo preces.
AErumna queuis cedit in bonum pio.
AErumna sola rarius superuenit.
AErumna vbi est, ibi esse gaudium nequit.
Arbor putata redditur fœcundior.
Durare toto non potest turbo die.
Est rara fortis mens in ærumnas suas.
Fellis medetur gustui gustus malo.
Nocent quidem res asperæ, sed & docent.
Præstat mori quam viuere ærumnaliter.
Omne aurum ab igne purius reddi solet.

ÆSTATIS.

Adducit æstus ac sites canicula.
Dum cicada carduusq; floret æstas florida est.
Et priorem edulcat æstum subsequens Autumnitas.
Fructibus rependit æstas omne quod nepá nocet.
Mater æstas est laboris, mater est & gaudij.
Nemo non æstatem adorat, nemo non brumam impetit.
Quidquid æstas vrit, almis id resarcit frugibus.
Quidquid exurit calore, sarcit æstas fructibus.
Torret æstas; sed & omne tollit Autumni penu.
Vrit æstas arida, id sed fructuum edulcat strue.

ÆSTIMATIONIS.

Ædium sacrarum adorant & pij ruinulas.
Æstimat digne Deum, est cui plane inæstimabilis,
Numini leue æstimandum est quo Deus contemnitur.
Numen est quod lance iusta pendit humanum nefas,
Æstimari cuncta magno Principes volunt sua.
Æstimatione nimia quisq; rex tumet sui.
Asse vix te censenda, reges esse thesaurum putant.
Æstimamus cuncta nostro commodo aut incommodo.
Æstimanda res supra omnes vna libertas viro est.
Æstimanda vita non est temporum, ast laudum modo.
Æstimat qui accepta paruo, idem æstimat magno data.
Alteri sit nemo tanti quisq; quanti se æstimat.
Conditione metiendus nullus est, ast moribus.
Cum facultas est fruendi, nullus æstimat bonum,
De sacerdote æstimatur quilibet Deus suo.
Est homo rerum æstimator non bonus cœlestium.
Et vitrum smaragdus, & concha vnio, imperitiæ est.
Gemmam & aurum, ceu lapillos censet ac plumbum Sophus,
Grana puri mauelim auri quinq;, quam æris quindecim.
Improbus rerum æstimator vulgus est cælestium.
Ingeniorum extrema pestis æstimatio sui est.
Inter anseres olorum quis requirat carmina?
Inter oscines olores anser est derisui.
Liberum seruumq; solis æstima de moribus.
Maxima æstimationis duc id emptum quod prece est.
Maximi id fere æstimare quisq; sueuit quo caret.
Maximi inter nos habentur æstimanda nummulo.
Mente quemuis æstimato, commodisq; moribus.

Mentis

Mentis à censu æstimari nobiles animas decet.
Miles à duce æstimandus, duxq; non à milite.
Mille picæ ne quidem vni sunt pares aëdoni.
Mille picis an æ onas vnum aëdonis mel s.
Montibus saxa æqua mille vincat vnus vnio.
Mos n alus, censere censu, haud innocentia bonos.
N minem censu æstimato, nem nem natalibus.
N mi em forma probato, q em libet sed moribus.
Nemo id æstimat pusillo quod labore colligit.
Nemo non suum malum etsi sit leue, æstimat graue.
Nulla res . st æstimari quin pecunia queat.
Nullus æstimare nouit quali abundet commodo.
Omne maximo æstimandum quod mera est emptũ prece.
Patria est quidem æstima da sed tamen virtus magis.
Pectoris censere cen u nob les ver s decet.
Plebs co it quidquid profana, v x pili æstimat Sophus.
Pluribus desiderata vendi amant carissime.
Plurin o repleta vento est æstimatio sua.
Pluris æst manda virtus quam genus, quam prædia.
Pluris est quanto æs & aurum hoc minus virtus valet.
Pondus æris grande, ab auri granulo pretium accipit.
Quæ prece es cunq; assecut s æstime car ssime.
Quidquid æstim tur ære, liberale ni habet.
Quidquid æstimatur ære, vile dic, non nobile.
Qu libet suos reatus æstimat leu ssime.
Quis Dei nuid nda dona pendit æquo exam ne.
Quis gruum malit crepatum quam cygni canum melos?
Quisnam olorinum re uirat ore ab anseris tonum?
Quisque æstimator pessimus m li sui est.
Rebus in malis amicum qui fouet fidem æstimat.
Saxa vicerit mola um mille simplex vnio.
Stultus est qui se Gnathonum voce adulanti æstimat.

Tota talis æstimatur vita qualis exitus est.
Turpe opum censere censu, haud innocentia viros.
Verus est sui æstimator, esse qui se scit nihil.
Vna margarita mille vicerit petras mola.
Vnius pili æstimanda, quæ profana plebs colit.
Constare paruo queis queant res maxima?
Digne minus de se æstimat humillimus.
Fit quisq; tanti quantam habet pecuniam.
Iacent vbiq; quæ improbantur omnibus.
Emptum omne carum est per preces quod obti. es.
In orbe nil est cuique se ipso vilius.
Malum est perinde quodq;, tute vt æstimas.
Nil æstimes quo læditur Deus leue.
Persæpe amicus pondus addit friuolis.
Pretij est minoris omne quod nulli placet.
Quisq; æstimat magni illud ipsum quo caret.
Res nulla censum pensior mortalibus.
Se quisque pluris æstimabit quam alterum.
Se quisque pluris quam meretur æstimat.
Vbique tanti quisq; quantum habuit fuit.
Vnius haud manet rei æstimatio.

ÆTATVM ET ÆVI.

Cui laboriosa prima, postera ætas aurea est.
Heu quot æui mos scelestus regia auorat via.
Natus est paucis sui vsum qui vnico æuo accommodat.
Non tuo natum esse te æuo cogita, ast & sæculis.
Nemini non optima æui primitus fugit dies.
Nemo non accedit æui moribus libens sui.
N... suo æuo, ast & futuris consulit vita probus.

Non

Nos vetat sperare magnum seculi velocitas.
Nostra fert ætas decore vel pares maioribus.
Omnis ætas maxime illud quod vetatur appetit.
Optima fuga heu diei nemini est notabilis.
Qualis ætas, tale id omne est quidquid inde prouenit.
Quisq; amat fugacis æui prorogare terminos.
Quisq; partem maximam æui nil agendo transilit.
Quo dies magè optima æui est, hoc fugit velocior.
Sæculi finis, futuri primus est æui gradus.
Sæculis argentum & aurum non erat Saturnijs.
Subruit cito omnia ætas præter vnas literas.
AEtatem auorum quilibet iactat senex.
Ætas auorum peior isto sæculo est.
Cunctas honore honestat ætates pudor.
Nil sic fugit vitæ dies quam quæ optima est.
Quod præterit quisq; pluris æstimat.
Volumen æui fluminum ritu fugit.

ÆTERNITATIS.

Paucus est Æternitatis cui Deus pandat decus.
A Camænis, à Poëtis *principum est æternitas.*
A malis bonisq; factis Principum est æternitas.
Neminem fecit potestas æuiternum regia.
Absq; morte æternitatis ingenij est compos decus.
Cogitare æternitatem qui potest, non occidit.
Cogitare æternitatem qui solet, victor sui est.
Cogitare æternitatem si quis audet, rex sui est.
Comparatum æternitati sæculum, vix est dies.
Legitimum curæ Genijq; germen, æternum viret.

Lita-

Literarum æternitate mortis exarmes manum.
Nemo amore æternitatis angitur quam perprobus.
Nemo non æternitatem nominis sperat sui.
Nitimur virtutis alis ad domos Olympicas.
Quidquid exornat Moneta pignora æternum manet.
Quilibet sibi parare nomen æternum potest.
Quis poeta æternitatis arduam sedem colit.
Quis suum albo Æternitatis nomen inscribi abnuat.
Sola charta æternitatis ala, vitaq; omnium est.
Solius virtutis ala visitur æternitas.
Temporum supra tenores omnis est æternitas.
Vna mens æternitatis incitam affectat viam.
Æternitatem cogita; reges bene.
Æternitatis quisq; sit memor sui.
Pro patria mori mera est æternitas.
Semper fuit, fuit quod omni tempore.

AFFECTVVM.

ADeo mens est, gubernet vt tumorem affectuum.
Ad Deum nequit venire quem mali affectus ligant.
Est Deus qui non mouetur; proximus certe est Deo.
Principum mos est perennis subiacere affectibus.
Seu Sophus, seu rex, patere cogeris affectibus.
Sub potestate est perenni rex ouans affectuum.
Calculo damnatur omni verum vbi est affectio.
Comprime affectus tumorem; sin minus, te comprimant.
Cum vigent affectiones veritas humi iacet.
Ducere affectum in triumphos omnium arduissimum.
Imparem effectum integrabis pauper affectu pari.
Inscientibus fere omnis induit se affectio.
Iudicante affectione Veritas expungitur.

Iudi-

Iudicium ratioq; non est, vis vbi est affectuum.
Liber est affectus omnis, neminiq; seruiet.
Mens ab affectu occupata iuris haud manet sui.
Neminem mens recta ducit, quemq; at affectus trahit.
Nemo non affectuum arcto subdidit sese iugo.
Nemo non se peior ipso est obsequens affectibus.
Nil agit quod debet animus fluctuans affectibus.
Nil agit recte animus vndis innatans affectuum.
Non queunt sibi vacare qui vacant affectibus.
Nullus est affectus in quo sapiens excidat sibi.
Obtenebratur omne verum, regnum vbi est affectuum.
Peior est affectione corporum animae affectio.
Prouidere vera non est vis vbi est affectuum.
Regnum vbi est affectuum, omnis occidit prudentia.
Robur ab affectione sumit & infirmitas.
Seruitute affectus omnis maior est mortalium.
Veritas honore nullo est imperat cum affectio.
Veritas omnis sepulta est regnum vbi affectus tenet.
Verus affectus supremis vix supremis proditur.
Affectio fortes facit vel debiles.
Affectio verum valere non sinit.
Affectionum quemlibet vexat tumor.
Affectus ex dolore natus est ferox.
Affectus omnis imperat mortalibus.
Affectus omnis plurimum vero officit.
Affectuum frenum acre, conscientia est.
Affectuum triumphus arduissimus.
Fuco carent affectio quae dictitat.
Nec lumen est nec auris est Affectibus.
Vero officit nimius nimiusq; affectio.
Veri obtenebrat lumen omne affectio.

AF-

AFFLICTIONIS.

Mens Deo confisa temnit sortis aspera minas.
Vix Deo vltimis patemus in necessitatibus.
A Deo parente venit Principum afflictatio.
Igne rex afflictionis tostus, est heres Dei.
Rex bonus felix fauens q; rebus angustis adest.
Rex malè afflictus, probatur à Deo; non vapulat.
Vstus igne afflictionis rex, suis dein fit Deus.
Arcta tradenda flammis testa, vt exuat lutum.
Commoue cœnum, mephitis; commoue vnguentũ, rosa est.
Condolent omnes, iuuare nullus afflictos studet.
Delicata afflictionis sentiunt quod vis onus.
Durius gnatum seueri educant patres quem amant.
Exagito vnguentum, fragrat bene; exagita cœnum hircũ olet.
Gemma vires in latrina ne quidem amittit suas.
Hoc mage vnguentum omnis fragrat quam mage illud commoues.
Ignis aurum explorat, at sors trux amicorum fidem.
In mala re nemo amicus; quiuq; amicus in bona est.
Nemo non afflictionis auctor ipsemet sua est.
Nemo non prompte Deum audit in necessitatibus.
Nil ita æque corda amica iungit vt afflictio.
Quem malo seuera virtus durat, æternum manet.
Quisquis aduersis amicum præstat, est prisca fide.
Testa ni tradatur igni post rotam, nulli vsui est.
Testa si non cocta ab igne est, vile permanet lutum.
Vsui est tunc testa in igne perdidit suum vt lutum.
Absin hiatum poculum morbos fugat.
Depressa vbi est sepes, ibi omnium via est.

Multis

Multis amarum poculum fuit bono.
Quod ignis auro, id est bonis afflictio.
Transire sepem quisq; depressam solet.
Turpi saluti praeferenda afflictio.
Virtutis omnis disciplina afflictio est.
Virtutis omnis est parens afflictio.

AGRICVLTVRÆ.

Agricolores Deorum dicito vicarios.
Agri vbi coluntur, illic fama regum florida est.
Agri vbi stant sente multo, rex ibi regnat ferus.
Nil laborat gens Cyclopum: cuncta sponte ijs fert ager.
A triumpho olim ad aratrum dux redibat Martius.
Absq; agricultura vita nemini duci queat.
Absq; cultura iuuare neminem solent agri.
Absq; riuo absq; imbre frustra est omnis agricultio.
Ampla lauda rura, verum quae pusilla sunt cole.
Ante sudorem agricultor nemo fructus percipit.
Artium nutrix parensq; est omnium agricultio.
Arua quam magis coluntur, fructuum plus proferunt.
Arua quam minus coluntur, fructuum minus ferunt.
Cornu Amalthea est agellus: inde prome quae cupis.
Cultui sunt apta parua, vasta pompae seruiunt.
Cum metendum est, si minus absit non tibi sed & tuis.
Cura agrorum gnaua totum postulat sibi virum.
Cura agresti, cura quauis in re cedit optimo.
Cura vbi est laborq;, ibi agris est opimior seges.
Dextra mollis, apta arando pigniori haud est solo.
Est sat u opus atq; cultu laeta surgat vt seges.

Est omnis terra aëre, vnda, cura, agricultoribus.
Fruge multa diues annus agricultorem beat.
Haud bene est agricolo, conqueritur qui manu non liba.
Imbre opus vel amne cui res profutura rustica est.
Innocens nemo est aeque quam soli cultor sui.
Lac quod est infanti, id agri quibus sunt vbera.
Magna non satis coluntur, parua turgent fructibus.
Maximam sese colenti terra reddit gratiam.
Nemo agricultore viuit aequius vel suauius.
Nil agricultore viuit vspiam innocentius.
Nil agricultura differt à mera innocentia.
Non facit terra colenda diuitum mollis manus.
Non potest non esse frugi, cultor est quisquis soli.
Nulli agricolator hostis est, amicus omnibus.
Parui agri optime coluntur, maximi sentes ferunt.
Plus adorea arua parua proferunt quam grandia.
Proxima à vita Deorum est, vita agros colentium.
Promptius minora rura quam perampla percolas.
Qui sapit cordate arabit, vt minus dein erat.
Quod satum est, cures oportet, inde fructum si cupis.
Quod seris Deo fauente, sic seris, tanquam metas.
Quod seris Deo haud fauente, sic seris vt non metas.
Rem domesticam innocenter auget agricultio.
Rura vasta agre domantur: parua fructibus scatent.
Terram ara, expectaq; fructus inde vel centesimos.
Vixse amare sueuit ipsum, quisquis agrum diligit.
Vtilissima est grauisq; nemini agricultio.
Cultura agri quid vspiam innocentius?
Exhaurit agrum fertilem qui ei imperat.
Frugalis omnis vita agricultoribus.
Laudanda cuncta vincit agricultio.
Noli imperare fertili fundo nimis.

Qua-

Quacunq; alit, quem terra, dicas patriam.
Serenda non sunt quolibet quauis agro.

ALACRITATIS.

Et Deus remuneratur quod patias alacriter.
Rege opus quod fit vidente fit profecto alacriter.
Ambitus alacres & acres occupat tantum viros.
Alucro, à rumore, cuiuis maxima est alacritas.
Fax mera alacritati lumen a're gloria.
Fama vbi est honosq; ibi ingens omnium est alacritas
Alacritas ibi est vbi est & acritas.
Alacriter fit omne quod cum præmio est.
Cum gloria quod fit, fit vna alacriter.
Vbi acritas, ibi quoq; est alacritas.

ALEÆ.

Alea est humana vita: nunc lucrum est, nunc exulat.
Aleam subi vltimam, vrget publica vt rei salus.
Aleam subire stulti est: aleam fugit Sophus.
Perdidit ter mille, & vnum vix beauit alea.
Quæ lucrum damnumq; non fert, approbanda est alea.
Semper est damnosa, nunquam fert lucrum secum alea.

ALIENI.

Aureo piscatur hamo rex aliena qui appetit.
Dum volunt materna regis, & paternis excidunt.

Rex

Rex qui non suum capiscit, perdit id quod est suum.
Absq; damno concupiscit nemo quod non est suum.
Alterius malo cauere disce, si sapis tuo.
Cogita casus alienos, & feres dextre tuos.
Dextere ex malis alienis discitur modestia.
Deuorat quandoq; vulpes quod lupus recondidit.
Et suum persape perdit qui quod haud suum est petit.
Ex alieni cupiditate, animi omne nascitur malum.
Excidit suis fere omnis appetit qui non sua.
In alienis plus quam acutus, cur tua ipse non vides.
Ne quidem probus alienam concupiscat fibulam.
Noxius sibimet ipsi est res alienas qui appetit.
Perdit & suum fere omne, non suum qui vltro inuolat.
Plectitur plerunq; damnis cui satis non sunt sua.
Qui quod haud suum est cupiscit, sape perdit quod suum est.
Qui sapit alieno periclo, ne suo capiat cauet.
Qui suum nequit tueri stulte alienorum appetat.
Quicunq; iustus est aliena haud appetit.
Quis bonus sibi vlla aliena credat infortunia.
Sapius plura appetendo iam ante parta amittimus.
Stultus est qui parta linquit vt minus parta impetret.
Tristis es bonis alienis? latus haud eris tuis.
Tutius discas aliena clade, clade quam tua.
Aliena cernens fata, cogites tua.
Aliena quarens propriis euertitur.
Aliena quarens, sapius suo excidit.
Aliena quastus in tuos vertas male.
Aliena quis non? facta quis carpat sua.
Hamata alieni semper appetentia est.
Mulctatur à se qui appetit qua haud sunt sua.
Perdit suum qui non suum desiderat.

Qua-

Quærit malum sibi alteri qui vult malum.
Qui iustus est, aliena ne quidem appetit.
Saxum caue ad quod alter offendit pedes.
Turdus cacat sibi ipse quo deprehenditur.

ALIMENTI.

Pabulum cœleste mentem nutrit absq; tædio.
Si Deum vis pascere ipsum? pascito eius pauperes.
Vis Deum tibi esse alumnum? pauperes eius foue.
Non sat est fauere doctis; queis faues, rex, hos foue.
Pauperum cruore magni pinguefiunt Principes.
Pauperum pleriq; reges nutriuntur sanguine.
Pauperum sanguis saginam præbet omnem regibus.
A canum Actæon suorum gente viuus occidit.
Absq; radice irrita omnis arboris rigatio est.
Addito lucernæ oliuam luce cuius indiges.
Clerus omnis certe alendus innocentibus cibis.
Daps agrestium est volucrum nata ficus in petra.
E penu vberi librorum mentis omne pabulum est.
Est opus humore flamma sit lucerna vti sua.
Gramen ac flagellum asellis nutriendis sufficit.
In senecta egena alendi liberos apud patres.
Irriganda planta radix sed cui est adhuc sua.
Irriga plantas tenellas à solo quæ nil trahunt.
Ne bouem frenis capistris vngue aristas qui terit.
Ne bouem illum vnquam capistris qui terit fruges pede.
Neminem virtus alumnum despicit frugis bonæ.
Non potest ali perenne miles absq; copia.
Nullus ignis absq; pastu permanere quiuerit.

Nu-

Nutriant gnathi parentes in senecta pauperè.
Nutrias luc. rnam oportet luce cui tu indiges.
Pabuli partem maiorem partus acquirit sibi.
Pasta si est ouis bene, illud lacte lanaq; indicat.
P.anta non solet riga i si caret radicibus.
Pro cibo at potu cicada roris est amœnitas.
Quæ caret radice planta non vi escit in. bribus.
Quisque quo nutr.tur, illud pro suo colit Deo.
Reb. u è sacris alendus m.. x me est sch. lasticus.
Rore non præsente succo cochlea viuunt suo.
Si cui est opus lucerna lumine, vnguem addito.
Subsidium vitæ exhibere quis neget gnatus patri.
Suppetit lucerna oliuam si quis vti ea cupit.
Victui succurrere æquum est lib.ros parentium.
Vis alere ac vestire Christum: pauperes vesti atq; ale.
Vltimum est malum catellus allatrans herum suum.
Vt valeam. us, vtq; alamur, herba primum condita e st.
Alis Deum, pascens pusillo pauperes.
Alis Deum tegisq; pascens pauperes.
Alendus haud est vrbe libera Leo.
Alit lucernam lumina. ius qui indiget.
Capta fera canes inescas visc ere.
E publico omne alatur id quod est egens.
E sacro alantur qui sacris inseruiunt.
Infamis est quisquis parentes non alit.
Lac pascui mali optimum esse non potest.
Mortalium altor à Deo nil discrepat.
Multis eget corpus nostrum, animus se ipse alit.
Penuria cibi omne macrescit pecus.
Qui marcidos fame haud fouet cibo, enecat.
Qui non alit parentem, habe nefarium.

Quicunq; pascit pauperes, pascit Deum.
Suilla gens solam educat ut ad necem.

ALTVM SAPERE, VEL loqui.

Alta ne spires: trux hostis est Deus superbiæ.
Neminem spirare magna Numen extra se sinit.
Spiritus altos potentum dat fere pessum Deus.
Icaros iam non videmus, sed cadentes Principes.
Qui nihil timet cupitue Principum est altissimus.
Rex pius, mortalitatis sorte nil maius sapit.
Alta non spirant poëtæ qui culinas instruunt.
Alta quid spiras? id ante quod iacet pedes age.
Altius volando nomen Icarus ponto dedit.
Corpore humano creatus ne supra humanum sape.
Cur nimis quæris, nihil ad te quæ attinent, sublimia?
Dignitate constitutus altiore, altum sape.
Dignitatis altioris altius alijs sapit.
Dignitatis celsioris quisquis est, celse sapit.
Esse ciuem vis animo alto? dignitatem altam addito.
Grande quid spirare vita lubricus vetat tenor.
Icarum fero æmulatur fine mens tumentior.
Induant vis stulti & altum spiritum? ijs indulgeas.
Magna ne loquare: nescis quæ futura vespera.
Magna qui spirat loquendo, displicet homini ac Deo.
Ne geras maiora homullo corda rebus prosperis.
Ne nimis scrutetur alta, saluus esse qui cupit.
Nemini non intumescunt spiritus potentia.
Nil supra mortalem agamus: odit elatos Deus.
Non solet spirare longum, qui homine spirat altius.

Odit Adrastea lingua putris arrogantias.
Pauca cor fidele ducunt ad salutis orbitam.
Polliceri summa noli; plena sunt liuedinis.
Quam magis quis est in alto, hoc mage est in lubrico.
Quei queat sapere alta, cuius dignitas repit humi.
Quo mage in sublime tendis, hoc profundius rues.
Quo sapis plus hoc alienas fer modestius nuces.
Rariter parcit vouenti magna liuens Fascinus.
Spiritum dis quisq; ducit altiorem paupere.
Spiritus inferre magnos cuiq; opum solet tumor.
Subruit fulmen quaq; suprema, parcit infimis.
Vasta noli polliceri: nemo non ijs inuidet
Vt decet sape, vtq; oportet: desipit qui altum sapit.
Ad alta natus alta spirat omnia.
Ad dignitatis quilibet sapit modum.
Alte sapit quicunq; in alto cernitur.
Altum sapit semper, cui auri copia est.
Augusta cui res, mens ei augustissima est.
Causa in bona spirare fas est altius.
Homo ne natus, homine spiret altius.
In alto honore nemo non alte sapit.
Labuntur alta capta momento breui.
Non curat altum sapere Christianitas.
Sit alta vita, non item alti spiritus.
Spirare noli magna homo diarius.

AMBITIONIS.

Nemo non regum, minister est fidelis ambitus.
Principum quis est satelles quin sit acer ambitus.
Regium seruire censet ambitus vt imperet.

Absq;

Absq; virtute, execrandus, aucupator ambitus.
Alterum sibi anteferri fert dolenter ambitus.
Ambitio mentes pusillas respuit magnas petit.
Ambitio, postrema vestis est homo omnis quã exuit.
Ambitus alacresq; & acres occupare amat viros.
Ambitus de dignitate deq; honore litigat.
Ambitus fere supremis se iugat virtutibus.
Ambitus magnis fatigat actionibus pares.
Ambitus more ignis omne deuorat quod admoues.
Ambitus non fert quietem, gaudet ambitus nouis.
Ambitus nunquã est sine alijs; sed fere sunt Icari.
Ambitus perennis vrit optimatum pectora.
Ambitus plebem absq; noxa praterit vulgariam.
Ambitusq; Veritasq; disparem colunt locum.
Ambitus quo tendat, haud & vnde venerit videt.
Ambitus virtutis expers nil habet laudabile.
Aptior rebus nouandis quam gerendis ambitus.
Caecus est fere atq; inanis totus ambitus furor.
Cum vides quot ante edunt, quot sequantur cogita.
Cuncta fert audetq; vasta laudis esuritio.
Dadali rarissime alis vtitur ambitus.
Ecquod aut sacrum aut profanum est ambitus quin inquinet.
Fructus ambitus celebris plebi vbiq; conspici.
Iam suam per turpitudinem ipse splendet ambitus.
Icari sibi aptat alas quisq;, nemo Dadali.
Improbos probos videri tristis ambitus docet.
Mente summos astuosus inquietat ambitus.
Multitudinis minister est, minister ambitus.
Nec pares fert nec priores infidelis ambitus.
Non queunt pati quietem quos fatigat ambitus.
Nemo amicus est auaro laudis aut pecunia.

Parturit fructus acerbos atq; crudos ambitus.
Paruo fames constat, sed haud etiam ambitus.
Plus mali est in ambitione multiforma quam boni.
Pascit agrum mente spebus triste ridens ambitus.
Postquam adeptus est cupita consenescit ambitus.
Respuunt sermone multi, re quod anxie ambiunt.
Semper obstat iuri & aquo fastuosus ambitus.
Somniando vigilat inter votaq; & spes ambitus.
Tolle auaritiam ambitumq; cuncta erunt virtutum.
Turbat aut certe interesse turbidis vult ambitus.
Victor hostis, in triumphum ducitur fere ambitus.
Ab ambitu orbis nata sunt bella omnia.
Æqui boniq; est saua pestis ambitus.
Affectuum est postrema vestis ambitus.
Ambire semper stulta confidentia est.
Ambitio plebem praterit vulgariam.
Ambitio quemquam perpeti parem fremit.
Circa ambitum omnem plurima ostentatio est.
Damni metu coerceatur ambitus.
Hoc ambitus malum omnis est, non respicit.
Nil ipse prater sese habet pensi ambitus.
Nil peius est inter Deos ipsos ambitu.
Nullum malum mage efficax est quam ambitus.
Paruo fames dimittitur, magno ambitus.
Pruritus animi est febrientis ambitus.
Quo plura restant pluraq; ambitus petit.
Tunica vltima est qua hominem relinquit ambitus.
Vel imperat, vel infame est summa ambitus.
Ventosa res est vanaq;, vt bulla ambitus.
Vultum ambitus probes, sed indolem improbes.

AMI-

AMICITIÆ.

Eſt Deus piorum amicus, verum adulari inſcius.
Nemini manes amicus ſis amicus ſi Deo.
Non potes multis amicis cingi amicus ſi Deo es:
Omne amicum eiura, vt vni ſis amicus Numini.
Qui Deo cunq; eſt amicus, eſt amicus omnium.
Qui Deo eſt amicus, illi fons adeſt omnis boni.
Qui Deo vult eſſe amicus ſit inimicus omnium:
Absq; amicis regna nulla Principi conſtant diu.
Comparat Princeps amicos; his potiſſimum indiget.
Indigent omnes amicis, maxime, ed Principes.
Nunquam ames rex vnum, amari ſi ipſe aues à pluribus.
Nullum amicum habet tyrannus, nullus eſt regi gna. bo.
Sceptra regni ſunt amici, qui die nulla ruant.
A ſuis rem quamq; amicus expetas non exprimas.
Abſq; amicitia eſſe vita quei queat vitalis.
Abſq; amicitia orbis exors ſolis eſt ac luminis.
Absq; amicitia orbis omnis ecquid eſt quam nox mera.
Ante amicum honorem opesq; qui locat, ſenſus mali eſt.
Corpore in gemello amicus vna anima, vnus ſpiritus.
Corporis medens, amicus mentis ægre ſubuenit.
Dic amicum caſus aſper quem dedit, non pocula.
Eccubi inuenire amicum eſt? eccubi eius ſomnium?
Eſt ſupra aurum amicus omnis, eſt ſupra vim gemmeam.
Firma amicitia illa demum, velle nolle cui eſt idem.
Manca vita ei eſt amici nulla cui ſodalitas.
Mente deſipit, beatis qui ſe amicum non facit.
Multum opes, multum poteſtas, plus amicus ſed valet.
Nemo adhuc veris amicis vel breuem impleuit caſam.

AMISSIONIS.

Omnia amisisti; at ipsum rex si adhuc te habes regis.
Perdidisti cuncta? te ipsum ne quoq; amittas caue.
Sic geras rex sceptra, tanquam cras futura non tua.
Sic habeto rex coronam, cras vt eripi queat.
Sic para rex omne regnum, cras vt auferri queat.
Est dolor minor, habuisse nunquam opes, quam perdere.
Malim honorem non habere quam deinde perdere.
Postquam adempta interpretamur dona diuûm largius.
Qui potest amitti amicus, ante amicus non erat.
Quod perit, perisse ducas: vnum id in malis bonum est.
Sæpe dum non certa quærimus certiora amittimus.
Sic tene bonum omne sortis, vt quod & tolli queat.
Stultus est lupo qui ouile claudit ablato grege.
Amissione charior proles patri est.
Hoc quod vides perisse, ducas perditum.
Pro perdito ducas id est quod perditum.

AMORIS.

A Deo plus quisq; amatur ipsemet quam amet Deum.
A Deo si vis amari, fac ames item Deum.
A parente nemo amari sic potest vt à Deo.
Cui Deus summe est acerbus hunc amat curatius.
Ex amore gratiaq; constat ipsemet Deus.
Maxime iis Numen remissum est quos odit vel maxime.
Maxime iis Numen seuerum est quod amat vel maxime.
Minus amat mortale semet semen, ipsum quam Deus.

Nemo

Nemo amat Deum ipse contra quem Deus non ante a-
met.
Nemo ita anxie parenti cura gnatus, vt Deo est.
Nemo sic amat Deum, ipse velut amatur à Deo.
Nemo sic tenelle amatur filius patri, vt Deo.
Non potes virtutem amare quin ames simul Deum.
Quos amat Deus fauore dignus est mortalium.
A quis quis regum amari commodo quærit modo.
A tuis aues amari rex: vicissim ames tuos.
Ciuibus præterquam amorem cetera omnia imperes.
Cuncta præter vnum amorem ciuibus, rex, imperes,
Impetrant reges amorem vnum à bonis volentibus.
Ipsum amare non iubetur: vis amari rex ama.
Nemini imperare amorem vis valet tyrannidis.
Nemo regum plus amatur quam suos item qui amat.
Non potest princeps amari, si ipse non amat suos.
Omnibus reges timentur, certe amantur nemini.
Omnibus reges timori sunt, amori nemini.
Pauci amant virtutis ergo Principem, plures timent.
Quam magis cupis timeri, hoc rex amaberis magis.
Quei queant amare regem ipse quos rex non amat.
Qui minutus est amore ciuium statim interit.
Qui suos amare ciues nescit, est rex ferreus.
Tutus est vbiq; Princeps quem suorum ambit amor.
Vis amari rex? amori mutuas præsta vices.
Vnicum imperare amorem vis tyranna non valet.
A Camanis vis amari? fac Camanas ante ames.
Absq; amore fœda cuncta, cuncta sunt discordia.
Alterum indecore amabit, ipse qui se non amat.
Haud prius visos amamus, fama multa quos probat.
Ardua in re, vis amantum veriusq; cernitur.
Certe perfecti est amoris norma, velle nolle idem.

Nil amicus distat à te quam figura corporis.
Omnibus sis lingua amicus, re sed omnium optimis.
Perdit ipsummet se, amicum quisquis vltro it perditum.
Quem tibi virtus amicum fecit, vsq; permanet.
Qui sibi est amicus ipsi, idem est amicus omnibus.
Rebus in cunctis loquendum est sic amico, ceu tibi.
Sponte adest amico amicus, aut rogatus annuit.
Veræ opes sunt veri amici nusquam parabiles.
Vix amicus vnus vnicuiq; sæculo obtigit.
Amant amici amica amicis quæ putant.
Amici amicus viuit anima, non sua.
Amicum amicus te alterum ipsum existima.
Compar voluntas arctius mentes ligat.
Gratum est amicum habere, facere gratius.
Nunquam fuit, qui amicus esse desinit.
Qui non amat se, queinam amabit alterum.
Vbi est amicus, ibi voluptas omnium est.

AMICI MALI.

Non potest Deo esse amicus, non amicus proximo.
Improbos habere amicos est volu ptas regia.
Absq; virtute esse amicus nemini verus potes.
Corpori cur sis amicus mentem habet si in corpore.
Culpat Aiax non inimicos verum amicos mortuus.
Impijs quicunq; amicis se dat abijcit pios.
Interire fraude amici ter triplex iniuria est.
Malim amico omni carere, possidere quam malos.
Nemini bono est amicus, vni amicus qui malo est.
Nemo fidus est amicus, nemo amicus est pius.
Non potest is dici amicus cum malo cui conuenit.

Qui

Qui sibi non est amicus, vix amicus alteri est.
Quisq; amicus est amico, sed magis tamen sibi.
Amicus esto nomine & re, aut es nothus.
An vlla amico pestis est maior malo.
Bonus bono est amicus, improbo improbus.
Est animi amicus, est amator corporis.
Malim carere amico, habere quam malos.
Rarus repertu amicus, vt nomen cluet.
Teterrimum vlcus homini amicus est malus.

AMICORVM MVLTITVDO.

Plurimos parare amicos expedit regentibus.
Rex amicis destitutus; vrbs sine vllis incolis.
Regia illud sunt amici, quod viri sunt vrbibus.
Nemini plures amici cuiquam sunt quam expedit.
Omnibus fies amicus vni amicus si tibi es.
Omnibus vis esse amicus? fac amicus sis tibi.
Omnibus vis esse amicus? fis amicus nemini.
Qui sibi est amicus, is fit amicus alteri.
Quem vides multis amicum, nulli amicum censeas.
Diuidi in plures fidelis non potest amatio.
Flumen est amor, statim aret plurimis ab alueis.
Alueos seca in frequentes flumen, & fit lacus.
Aluens qui riuis exit plurimis, scatet vadis.
Fit vadosus amnis omnis quem secant passim aluei.
Flumen in plures quod exit riuulos fit aridum,
Pluribus diuerte riuis flumen & vadabitur.

Nil amicus distat à te quam figura corporis.
Omnibus sis lingua amicus, re sed omnium optimis.
Perdit ipsummet se, amicum quisquis vltro it perditum.
Quem tibi virtus amicum fecit, vsq; permanet.
Qui sibi est amicus ipsi, idem est amicus omnibus.
Rebus in cunctis loquendum est sic amico, ceu tibi.
Sponte adest amico amicus, aut rogatus annuit.
Veræ opes sunt veri amici, nusquam parabiles.
Vix amicus vnus vnicuiq; sæculo obtigit.
Amant amici amica amicis quæ putant.
Amici amicus viuit anima, non sua.
Amicum amicus te alterum ipsum existima.
Compar voluntas arctius mentes ligat.
Gratum est amicum habere, facere gratius.
Nunquam fuit, qui amicus esse desinit.
Qui non amat se, queinam amabit alterum.
Vbi est amicus, ibi voluptas omnium est.

AMICI MALI.

Non potest Deo esse amicus, non amicus proximo.
Improbos habere amicos est volu ptas regia.
Absq; virtute esse amicus nemini verus potes.
Corpori cur sis amicus mentem habet si in corpore.
Culpat Aiax non inimicos verum amicos mortuus.
Impijs quicunq; amicis se dat abijcit pios.
Interire fraude amici ter triplex iniuria est.
Malim amico omni carere, possidere quam malos.
Nemini bono est amicus, vni amicus qui malo est.
Nemo fidus est amicus, nemo amicus est pius.
Non potest is dici amicus cum malo cui conuenit.

Qui

Qui sibi non est amicus, vix amicus alteri est.
Quisq; amicus est amico, sed magis tamen sibi.
Amicus esto nomine & re, aut es nothus.
An vlla amico pestis est maior malo.
Bonus bono est amicus, improbo improbus.
Est animi amicus, est amator corporis.
Malim carere amico, habere quam malos.
Rarus repertu amicus, vt nomen cluet.
Teterrimum vlcus homini amicus est malus.

AMICORVM MVLTITVDO.

Plurimos parare amicos expedit regentibus.
Rex amicis destitutus, vrbs sine vllis incolis.
Regia illud sunt amici, quod viri sunt vrbibus.
Nemini plures amici cuiquam sunt quam expedit.
Omnibus fies amicus vni amicus si tibi es.
Omnibus vis esse amicus? fac amicus sis tibi.
Omnibus vis esse amicus? fis amicus nemini.
Qui sibi est amicus, is fit amicus alteri.
Quem vides multis amicum, nulli amicum censeas.
Diuidi in plures fidelis non potest amatio.
Flumen est amor, statim aret plurimis ab alueis.
Alueos seca in frequentes flumen, & fit lacus.
Alueus qui riuis exit plurimis, scatet vadis.
Fit vadosus amnis omnis quem secant passim aluei.
Flumen in plures quod exit riuulos fit aridum,
Pluribus diuerte riuis flumen & vadabitur.

Nil amicus distat à te quam figura corporis.
Omnibus sis lingua amicus, re sed omnium optimis.
Perdit ipsummet se, amicum quisquis vltro it perditum.
Quem tibi virtus amicum fecit, vsq; permanet.
Qui sibi est amicus ipsi, idem est amicus omnibus.
Rebus in cunctis loquendum est sic amico, ceu tibi.
Sponte adest amico amicus, aut rogatus annuit.
Vera opes sunt veri amici nusquam parabiles.
Vix amicus vnus vnicuiq; sæculo obtigit.
Amant amici amica amicis quæ putant.
Amici amicus viuit anima, non sua.
Amicum amicus te alterum ipsum existima.
Compar voluntas arctius mentes ligat.
Gratum est amicum habere, facere gratius.
Nunquam fuit, qui amicus esse desinit.
Qui non amat se, queinam amabit alterum.
Vbi est amicus, ibi voluptas omnium est.

AMICI MALI.

Non potest Deo esse amicus, non amicus proximo.
Improbos habere amicos est volu ptas regia.
Absq; virtute esse amicus nemini verus potes.
Corpori cur sis amicus mentem habet si in corpore.
Culpat Aiax non inimicos verum amicos mortuus.
Impijs quicunq; amicus se dat abijcit pios.
Interire fraude amici ter triplex iniuria est.
Malim amico omni carere, possidere quam malos.
Nemini bono est amicus, vni amicus qui malo est.
Nemo fidus est amicus, nemo amicus est pius.
Non potest is dici amicus cum malo cui conuenit.

AMICI MALI.

Qui sibi non est amicus, vix amicus alteri est.
Quisq; amicus est amico, sed magis tamen sibi.
Amicus esto nomine & re, aut es nothus.
An vlla amico pestis est maior malo.
Bonus bono est amicus, improbo improbus.
Est animi amicus, sit amator corporis.
Malim carere amico, habere quam malos.
Rarus reperitu amicus, vt nomen cluet.
Teterrimum Vlcus homini amicus est malus.

AMICORVM MVLTITVDO.

Plurimos parare amicos expedit regentibus.
Rex amicis destitutus; vrbs sine vllis incolis.
Regia illud sunt amici, quod viri sunt vrbibus.
Nemini plures amici cuiquam sunt quam expedit.
Omnibus fies amicus vni amicus si tibi es.
Omnibus vis esse amicus? fac amicus sis tibi.
Omnibus vis esse amicus? sis amicus nemini.
Qui sibi est amicus, is sit amicus alteri.
Quem vides multis amicum, nulli amicum censeas.
Diuidi in plures fidelis non potest amatio.
Flumen est amor, statim aret plurimis ab alueis.
Alueos seca in frequentes flumen, & fit lacus.
Alueus quo riuis exit plurimis, scadet vadis.
Fit vadosus amnis omnis quem secant passim alueis.
Flumen in plures quod exit riuulos fit aridum,
Pluribus diuerte riuis flumen & vadabitur.

Nil amicus distat à te quam figura corporis.
Omnibus sis lingua amicus, re sed omnium optimis.
Perdit ipsummet se, amicum quisquis vltro it perditum.
Quem tibi virtus amicum fecit, vsq; permanet.
Qui sibi est amicus ipsi, idem est amicus omnibus.
Rebus in cunctis loquendum est sic amico, ceu tibi.
Sponte adest amico amicus, aut rogatus annuit.
Vera opes sunt veri amici, nusquam parabiles.
Vix amicus vnus vnicuiq; seculo obtigit.
Amant amici amica amicis quæ putant.
Amici amicus viuit anima, non sua.
Amicum amicus te alterum ipsum existima.
Compar voluntas arctius mentes ligat.
Gratum est amicum habere, facere gratius.
Nunquam fuit, qui amicus esse desinit.
Qui non amat se, queinam amabit alterum.
Vbi est amicus, ibi voluptas omnium est.

AMICI MALI.

Non potest Deo esse amicus, non amicus proximo.
Improbos habere amicos est volu ptas regia.
Absq; virtute esse amicus n mini verus potes.
Corpori cur sis amicus mentem habet si in corpore.
Culpat Aiax non inimicos verum amicos mortuus.
Impijs quicunq; amicis se dat abijcit pios.
Interire fraude amici ter triplex iniuria est.
Malim amico omni carere, possidere quam malos.
Nemini bono est amicus, vni amicus qui malo est.
Nemo fidus est amicus, nemo amicus est pius.
Non potest is dici amicus cum malo cui conuenit.

Qui

Qui sibi non est amicus, vix amicus alteri est.
Quisq; amicus est amico, sed magis tamen sibi.
Amicus esto nomine & re, aut es nothus.
An vlla amico pestis est maior malo.
Bonus bono est amicus, improbo improbus.
Est animi amicus, qui est amator corporis.
Malim carere amicis, habere quam malos.
Rarus repertu amicus, vt nomen cluet.
Teterrimum vlcus homini amicus est malus.

AMICORVM MVLTITVDO.

Plurimos parare amicos expedit regentibus.
Rex amicis destitutus, vrbs sine vllis incolis.
Regia illud sunt amici, quod viri sunt vrbibus.
Nemini plures amici cuiq; iam sunt quam expedit.
Omnibus fies amicus, vni amicus si tibi es.
Omnibus vis esse amicus? fac amicus sis tibi.
Omnibus vis esse amicus? sis amicus nemini.
Qui sibi est amicus, is fit amicus alteri.
Quem vides multis amicum, nulli amicum censeas.
Diuidi in plures fidelis non potest amatio.
Flumen est amor, statim aret plurimis ab alueis.
Alueos seca in frequentes flumen, & fit lacus.
Alueus qui riuis exit plurimis, scatet vadis.
Fit vadosus amnis omnis quem secant paßim aluei.
Flumen in plures quod exit riuulos fit aridum,
Pluribus diuerte riuis flumen & vadabitur.

AMISSIONIS.

Omnia amisisti; at ipsum rex si adhuc te habes regis.
Perdidisti cuncta? te ipsum ne quoq; amittas caue.
Sic geras rex sceptra, tanquam cras futura non tua.
Sic habeto rex coronam, cras vt eripi queat.
Sic para rex omne regnum, cras vt auferri queat.
Est dolor minor, habuisse nunquam opes, quam perdere.
Malim honorem non habere quam deinde perdere.
Postquam adempta interpretamur dona diuûm largius.
Qui potest amitti amicus, ante amicus non erat.
Quod perit, perisse ducas: Vnum id in malis bonum est.
Sæpe dum non certa auemus certiora amittimus.
Sic tene bonum omne sortis, vt quod & tolli queat.
Stultus est lupo qui ouile claudit ablato grege.
Amissione charior proles patri est.
Hoc quod vides perisse, ducas perditum.
Pro perdito ducas id est quod perditum.

AMORIS.

A Deo plus quisq; amatur ipsemet quam amet Deum.
A Deo si vis amari, fac ames item Deum.
A parente nemo amari sic potest vt à Deo.
Cui Deus summe est acerbus hunc amat curatius.
Ex amore gratiaq; constat ipsemet Deus.
Maxime ijs Numen remissum est quos odit vel maxime.
Maxime ijs Numen seuerum est quod amat vel maxime.
Minus amat mortale semet semen, ipsum quam Deus.
Nemo

Nemo amat Deum ipse contra quem Deus non ante a-
met.
Nemo ita anxie parenti cura gnatus, ut Deo est.
Nemo sic amat Deum, ipse velut amatur à Deo.
Nemo sic tenelle amatur filius patri, ut Deo.
Non potes virtutem amare quin ames simul Deum.
Quos amat Deus fauore dignus est mortalium.
A suis quis regum amari commodo quaeris modo.
A tuis aues amari rex: vicissim ames tuos.
Ciuibus praeterquam amorem cetera omnia imperes.
Cuncta praeter vnum amorem ciuibus, rex, imperes,
Impetrant reges amorem vnum à bonis volentibus.
Ipsum amare non iubetur: vis amari rex ama.
Nemini imperare amorem vis valet tyrannidis.
Nemo regum plus amatur quam suos item qui amat.
Non potest princeps amari, si ipse non amat suos.
Omnibus reges timentur; certe amantur nemini.
Omnibus reges timori sunt, amori nemini.
Pauci amant virtutis ergo Principem, plures timent.
Quam magis cupis timeri, hoc rex amaberis magis.
Quei queant amare regem ipse quos rex non amat.
Qui minutus est amore ciuium statim interit.
Qui suos amare ciues nescit, est rex ferreus.
Tutus est vbiq; Princeps quem suorum ambit amor.
Vis amari rex? amori mutuas praesta vices.
Vnicum imperare amorem vis tyranna non valet.
A Camenis vis amari? fac Camenas ante ames.
Absq; amore foeda cuncta, cuncta sunt discordia.
Alterum indecore amabit, ipse qui se non amat.
Haud prius visos amamus, fama multa quos probat.
Ardua in re, vis amantum verius q; cernitur.
Certe perfecti est amoris norma, velle nolle idem.

 Cor-

Concupiſcit cuncta tantum ſtultus, aſt amat Sophus.
Fruſtra amantem form t, artis ipſe amantium rudis.
Improbos heros amare quei queant ſerui probi!
Impetres amore, quod vis, quod metus fruſtra imperet.
In colendo amori p ucis pertinax ma et fides.
In colendo amore, virtus rara quouis tempore eſt.
Lauda egeſtatem; ipſa veros vna amicos iudicat.
Laude amor conflatur, idem voce ſoluitur truci.
Laus amandi exceſſu in ipſo ponitur; neſcit modum.
Liberum eſt amare quantum quis q; plurimum velit.
Mutui ſignum eſt amoris, eosdem amare, maximum.
Ne diem quidem abſq; amore durat orbis vnicum.
Ne manu ſtylo ue amorem m etiare, aſt pectore.
Neminem qui amat, viciſſim is ipſe amatur nemini.
Neminem qui amat, amari dignus eſt à nemine.
Nemo amat neceſſitate: libera eſt amatio.
Nemo amatur à Camænis qui Camænas non amat.
Nemo amatur quam qui amori mutuas reddit vices.
Nemo eum poteſt amare, nactus eſt à quo malum.
Nemo non amat colit q; qui ipſum amant, qui ipſum colunt.
Nemo in altero vnquam amauit quod domi odit aut foris.
Noli amanti ferre leges: lex amor maior ſibi eſt.
Non amant cauſſas amandi queis amor non ſufficit.
Non poteſt amare virtus quos Themis negat uos.
Norma amoris recta non eſt: certe inique iudicat.
Nulli ita arcti ſunt amores quin eos rumpat ſcelus.
Optimum eſt amari quantum quisq; plurimum velit.
Peruium quiduis amori eſt ignis, vnda, aſt as hiems.
Procreas amore amorem: procreas metu metum.
Pulchrius nihil eſt amore illo aureo mortalibus.

Quem-

Quemuis amorem solueris silentio.
Quisque amat qui vult amari, non amari vis? ne ames.
Quod stet orbis, imputandum pulchro amoris fœderi.
Quod timetur non amatur, vis amari? fac bene.
Tolle amoris fœdus, orbem stare si nolis diu.
Verus haud se quærit extra, totus intus est amor.
Vinculum quodcunq; amoris soluitur dato malo.
Vis amari? ama: timore gignitur tantum timor.
A charitate amor minime à pecunia est.
Amore plebis nil trahit viuax am r.
A quibus ameris sola egestas arguit.
Amantem amata quemq; cæcum res facit.
Amare oportet ipse quos amat Deus.
Amor fidelis murus est aheneus.
Amor nequit cogi, timor cogi potest.
Amor quoq; ipse ab ore fama nascitur.
Amor sibi sacrauit ædem pectoris.
Amor timeri verior nunquam potest.
Amore amor progignitur, metu metus.
Amore comparabile an quid optimo est?
Amore mundus constat omnis mutuo.
Amore non est liber affectus magis.
Amoris omnis est fere initium stupor.
Bonorum amor semper viget, nunquam interit.
Cogas timeri quemq; non amarier.
Cogi metus potest: amor non cogitur.
Deus ipse sese, Deus & ipse homines amat.
Habere verus non potest amor modum.
Homines amemus, ipsum amemus vt Deum.
In summo amore cuncta sunt æqualia.

Magis penes amatum est ipse amans, quam se penes.
[illegible] vires fingit impotens amor.
Minus timet pro se se amor quam pro altero.
[illegible] aret orbis absq; amoris fœdere.
N[illegible] liber est amor metu.
Odi[illegible] Deus, dementia est.
Plus ijs [illegible] quos amamus amplius.
Plus nos amat [illegible] pater qu[illegible] filium.
Plus pro altero [illegible] timet quam pro se amor.
Princeps amari non potest, si non amat.
Propter se amandus Deus, homo propter Deum.
Qui nullum amant reges, amantur nemini.
Qui diligi vult à suis, hos diligit.
Reges timeri se quam amari mauolunt.
Vbi est amor, concordia est rerum omnium.
Vbi est amor, cura est ibi, est ibi labor.
Vbi est amor, cura est ibi, est ibi metus.
Vbi est amor, fides ibi ac securitas.
Vbi est amor, fides ibi est, ibi est pudor.
Vbi est amor fidesq; ibi adsunt omnia.
Vbi est amor, quies ibi est, ibi est salus.
Vbi est amor, rerum omnium est tranquillitas.
Vbi est amor, ibi esse non solet modus.
Vbi est amor perenne ibidem gaudium est.

AMORIS CONIVGVM.

Absq; amore nequidem orbis unicum perstet diem.
Absq; amore nec voluptas vspiam est nec gaudium.
Absq; amore nil amœnum est, absq; amore nil teres.
Absq; amore nil facetum est, absq; amore nil teres.

Absq;

Absq; amore nulla cæli est, nulla terræ amœnitas.
Absq; amore vbiq; luctus est, vbiq; tonitrus.
Absq; amoris fœdere, orbis stare non posset rota.
Corpore in vno vna mens est mutuo se amantium.
Flamma amoris nec noto vllo, nec mari vnquam extinguitur.
Flamma vbi est amoris, esse non potest ibi modus.
Mutui naturam amoris continet coagulum.
Mutuo duorum amore, quod bonum beatius?
Nil ita auget verum amorem, quam carendi eius metus.
Non potest stare orbis absq; dulci amoris fœdere.
Nulla vita est absq; amore, sine ea est, est mortua.
Omne amans blando atque amœno est erga amicam lumine.
Plenus est amor amari, plenus est dulcedinis.
Somniant de amica amantes qua cupido subijcit.
Tolle amorem delicati nil erit cælo aut solo.
Amore captum vultus illico notat.
Beati amantes sunt cum amant se mutuo.
In amore pulchrum id vnicum, quod est probum.
Necessitas metusq; amori displicent.
Non staret orbis absq; amoris fœdere.
Quicunq; amat nulla vnquam eget facundia.
Si verus est amor perenniter manet.
Si verus est amor, profecto haud desinet.
Vbi est amor, duplices ibi orbes luminis.

AMOR VENERIS.

Excidit ratio Deusq; delicate amantibus.
Non potest amor Dei esse vbi est puellaris furor.

Qui puellæ amore flagrat, friget illi amor Dei.
Terram amant enata terris, orta cœlis cœlum amant.
Terra cui suos amores induit, Dei exuit.
Terra vbi est amor, Dei esse non potest ibi metus.
Absq; mœrore absq; cura nunquam amantis est caput.
Alligare vis amantis? ire quo volunt sinas.
Arcus est duplex Amori; gaudium hinc est, hinc dolor.
Bacchus ac Ceres Amoris sunt duo nutricij.
Compotes reddunt amorum quos amant Cupidines.
Cum senex amat, purescit, hinc amore, hinc sæculo.
De via in præceps feruntur qui bono haud amant modo.
Dextra Amori perpusilla est, tela longe sed volant.
Durius tyranno, amanti quæq; amasia imperat.
Est amor cupido prorsus feruida, & freni inscia.
Est amor serpens, veneno qui necat vel hospitem.
Est Amor Veneris satelles promptior, non filius.
Est animæ virtus amatrix: vitium amicum corpori.
Est odio sibi ipsi amator, cuilibet nedum alteri.
Et sibi maiora veris fingit impotens amor.
Haud quidem est ales Cupido: sed volare amantium est.
Hei quot hei spinis amantum pectora obserit Venus!
Improbos subinde amores excipit pœna improba.
Maximum quid est amantum colloquendi copia.
Maximos amor Sophistas excitatior facit.
Mordet æque dens amoris sicut inuidentiæ.
Ne quidem mare omne Amoris mitigauerit sitim.
Nemo amans ita est beatus quin queratur, quin gemat.
Nemo se nodis amoris expedire postulat.
Nil ita est petrosum Amoris quin venusti molliant.
Non potest amor fidelis esse qui est intemperans.
Nulla amoris ac pudoris visa adhuc dum copula est.
Nulla ita est amica mille quin amanti det cruces.

Nulla passio est amoris passione acutior.
Nulla amoris passione passio iucundior.
Nullus inquam amicæ amator quispiam dedit satis.
O Amor quot ambiuntur carduis tua rosa.
Otiosi sunt Amores, otiososq; occupant.
Prædicas falso, dolo par diu esse non potest.
Prædicas falso te amantem si indiges proteruia.
Qui recens amat, dolori par diu esse non potest.
Quot puellæ amasionum comprimuntur fraudibus.
Sunt Amorum anteambulones Liber & Ceres Dei.
Sunt Cupidinis parentes Iris ac Fauonius.
Sunt meri aucupes Amores, obligant visco suos.
Vinculis ligati amoris liberari non amant.
Viuus absq; amore, viuum vel cadauer est sibi.
Amamus ipsis vt fruamur feminas.
Amator esse idemq; auarus non queas.
Amator omnis assecla est Cupidinis.
Amens amans est omnus extremissime.
Amor creatus Iride ac Fauonio.
Amore captus, mente captus est bono.
Auarus esse idemq; amans nemo potest.
Pennis Amoris, quo fugis, deprenderis.
Non est amans cui cura non carpit iecur.
Proficit nil mens amore capta prædito sui.
Possunt amari & turpiter pulcherrima.
Procliuis est amator ad poeticam.
Quicunq; amor riualitatem respuit.
Riualitatis plurimum est amantibus.
Sodalitatem amor recusat lubricus.
Stultus cupit solummodo, ast amant Sophi.
Vbi est amor fraus est ibi, est ibi dolus.
Vbi est Amor mæroris ingens est mare.

Vbi est Amor parens ibi impudentia est.
Vbi est amor, ibi est item suspicio.
Volant amantes, ipse amor nusquam volat.

AMORIS SVI.

Non amat Deum aut amatur à Deo, qui ipsum se amat.
Qui se amat cœlorum amare non potest rex principem.
Quæritur, nec inuenitur rex egens philautiæ.
Quisq; rex sibi est colossus, sit licet nanunculus.
Stultus est rex, perpes hæret cui sui æstimator.
Absq; riuali æmuloque se colit philautia.
Admodum philautia altis officit progressibus.
Ante pectus pera aliena est, nostra tergum respicit.
Antequam satis videtur opprimit philautia.
Ceteros spernant necesse est quos amor tenet sui.
Competitorem æmulumq; non habet philautia.
Enecat catellum amando simiarum natio.
Est amans sui, haud virtutis, autumat qui se optimum.
Gaudij radice veri mens amans sui caret.
Laureatis obstat orsis arrogans amor sui.
Manticam tergo videre nemo pendentem potest.
Mens amans sui vsq; magnis derogat successibus.
Mens sui vsta amore magnis officit progressibus.
Ne suum quidem vlli olitum fœtet æque vt alteri.
Nemini recte videntur facta, quam ipse quæ facit.
Nemo non sapit sibi ipsi, sit licet stultissimus.
Nemo non sese beatum iudice ipso se stupet.
Non habent riualem amore qui nimis tument sui.
Nemo ita est truncus q; inersq; quin quid esse se putet.
Nemo non maioris ipsum se facit quam proximum.

Nemo

Nemo non seipsum suosq; diligit plus altero.
Nemo non solus sibi ipsi rebus in cunctis sapit.
Nemo non Suffenus alter, nemo non sibi est Thraso.
Non potest cuiuis placere, qui nimis placet sibi.
Nulla ibi ratio est, amoris est vbi tumor sui.
Opprimit catellum in vlnis nimio amore simia.
Quemlibet post se videre quærit, ante neminem.
Qui nimis se amat, amari nemini nimis potest.
Qui sapit solus sibi vni, desipit plane omnibus.
Qui se amat nimis, necesse est osor vt sit omnium.
Qui sui est amator, idem tristis osor omnium est.
Quisq; amat suos, sed ipsum se tamen multo magis.
Quisq; semet laude credit, quisq; dignum præmio.
Strangulat catulum lacertis nimium amando simia.
Amor sui caret pudoris purpura.
Ducit volentes non trahit philautia.
Ex commodi se quisq; amat sensu sui.
Nemo alteri æque amicus est, velut sibi.
Nemo vlli amicus maior, ipse quam sibi est.
Qui se optimum putat, voces vel pessimum.
Qui sese amant cunctos habent despectui.
Quisq; est sibi Suffenus, ac plaudit suis.
Quo plus amor videt sui, hoc est acior.
Quo quis se amat mage, minus bonus hoc est sibi.

ANATHEMATIS.

A latrone à fure plura sunt Deis donaria.
Casta sint, reguq; casti quæ dicantur numini.
Ciuium cruore regum picta sunt donaria.
Ciuium sudore regum fulgurat donatio.
Cultus ararum à scelestis prouenit, non à probis.

Erat

E rapinis eq; furtis consecrata odit Deus
Non nisi optimum putatur, quod dicamus optimis.
Nemini cuiq; id sacrandum est cui potissimum studeat.
Quæ Deo dicantur, apta sunt potiori Numini.
Quidquid è præda eq; furto, Ve' Deo execrabile est.
Quod Deo vis consecrare, dignum oportet sit Deo.
Summi maiestas in æde consecratur pectorum.
Templa maxime decorant impij certè haud pij.
Templa donis pleniora commodum innuunt Deum.
Templa sunt ornata Diuûm, sed mage à gente impia.
Vis Deo sacrare digna ?eia, offer innocentiam.
Fætet Deo omnis de malo donatio.
Anathema templo dignum oportet sit suo.
Numen supremum nullius rei indiget.

ANIMÆ.

Est Deo anima pura templum tempore omni commodum.
An quis est rex qui fouendum corpus ante animam neget.
Principum ecquis ante corpus curam animæ gerit suæ.
Regium est curare corpus; anima cura ipsa est sibi.
Rex probus animam saturat, rex malus corpus replet.
Absque freno anima ac flagello, peior est e qua effera.
Anima corporum inquilina cælum habet pro patria.
Carcer animæ corpus omne est, & quidem deterrimum.
Cura animæ est, omnes figuras obsequenter accipit.
Corpori anima sic inhæret, vt reus quis carceri.
Corpori mensura certa est: nulla at in animam cadit.
Corporis prima ac secunda cura, animæ vix tertia est.
Corporis non inquilina est anima, tantum est hospita.

Cor-

Corporis statu tenente, ipsa anima florentissima.
Cura animæ est ei pusilla, cura cui corpus mera est.
Molli inter atque dura, anima Vsque orbe vertitur.
Non colit templa villa numen: templum ei vnum anima est pij.
Nulla queis anima, esse magna cura corporis solet.
Omnis anima functa fato redditur natalibus.
Quei queas animam vniuersi cernere? haud cernis tuā.
Qui bonas sectatur artes fruitur anima perpeti.
Quo magis corpus senescit, hoc magis anima florida est.
Eo Vnde venit anima post mortem redit.
Mensura corpus respicit, animam haud capit.
Quouis penetrat anima, quouis permeat.
Stulta anima seruit corpori, sopha imperat.

ANIMALIVM.

Cura cuncta bestiarum prospicit vita ac cibo.
Animal in omnem mobile est vsum sui.
E tauro apis vespa è caballo nascitur.
Pro salute proque victu cuncta aguntur bestijs.
Mens atque sermo disparat nos à pecu.
Voce atque mente separamur à pecu.
Vnam ad necem pecus suillum nascitur.

ANIMI.

Est imago animus viuax sempiterni Numinis.
Imperator duxque vitæ ipse animus est mortalium.

Inuicem absentes tuentur sese animorum lumina.
Longa vestis corpus, animum gaza grandior impedit.
Obtinere cuncta sueuit quæ sibi animus imperat.
Omne quod animo erigendo, item erigendo corpori est.
Non habet fortuna telum quo ferire animum queat.
Temperamen corporum, animos esse non sinit sues.
Tollimus animos secundare, mala demittimus.
Animo magis viuit pius quam corpore.
Animosq; magnos magna confringunt mala.
Animum ante tempus abstrahis à corpore.

ANNONÆ.

A Deo est annona egestas, à Deo est fœcunditas.
Cum cupit punire prauos læta suppetit Deus.
Horrea implet in futurum rex vbi est fœcunditas.
Horreum stipa omne Princeps in famem, amnis prosperis.
Principi est annona cura, ciuium est autumnitas.
Prospicit necessitati rex, vt vber omnium est.
Cogita famem, cum abundas omnium ante copia.
Dulce diti, egeno acerbum, piscium ferax forum.
Dum domi re quaq; abundas, in futurum condito.
Dum tibi vber est domi vber, prospice indigentiæ.
Esto formica: vnde viuas frigore, æstu collige.
Exteris frrumenta ne des, si domi haud superfluunt.
Maxime horrea in futurum messe reple maxima.
Messibus lætis quid aufer, & futura prospice.
Multitudo farris expers animal indomabile est.
Respice ad famem futuram rerum vbi vber copia est.
Dum copia est ito obuiam penuriæ.

ANNI.

A Deo est fœcundus annus, à Deo omnis caritas.
A Deo est morbosus annus, à Deo anni sanitas.
A magistratu æstimandus annus, haud à fructibus.
Cum fames vbiq; regnat annus ipse est rex bonus.
Regis exemplo, omnis annus, vel bonus vel est malus.
A solo haud est vber annus, sole ab ipso prouenit.
Annus & super seipsum flexipes voluit gradus.
Cuncta fert tellure & horis annus aspirantibus.
Fruge multa diues annus agricultorem beat.
Haud minus replentur anno rustici, quam agri vbere.
Non minus opulentat annus rura, pingue quam solum.
Non minus fœcundat annus rusticos quam vber solum.
Prouocant finem suum ann' flammeo breues gradu.
Tempora omnia annus in se continet, vel vnicus.
Anno malo, Princeps fit ipse annus bonus.
Et vniuersis prouidet rebus Deus.
Euincit annos fama no[m]inu[m] probus.
Qu[i]d aliud addit annus anno, quam mori?

ANTIQVITATIS.

Multa sun[t] antiqua, sed nil est Deo ipso antiquius.
Nil apud Deu[m] vetustum est: est nouum omne, omne est recens.
Est puer rex semper, au[t] [...] vetusta negligit.
Nosse cunctam antiquitate[m], regia oblectatio est.
Cum periculo omne quidquid est vetus conuellitur.
Iuniori lex sit, auctor quod vetustu[s] protulit.
Nemo non vetusta sæcula ante habet p[ræ]sentibus.

Pri-

Prisca cælo quæ sacrarunt secla, sunt supra notam.
Optimo pareto semper mori, id est veterrimo.
Optimum est manere priscis rituum solennibus.
Optimum neget quis esse quod sit antiquissimum.
Propositum bonum nouum mq; mos vetustus opprimit.
Quanto amicus est vetustus, tanto & est certus magis.
Qui retro acta cuncta nouit, in pueritia senet.
Verba prisca sperne, mores sed vetustos percole.
Vnicuiq; antiquitatis se approbat lararium.
Æqui reperta antiquioris sunt sacra.
Antiquitati numen est suum rudi.
Auctoritatem antiquitas dat omnibus.
Et mater omnium artium est antiquitas.
Id optimum esse duc quod antiquissimum.
Id optimum est quod est idem antiquissimum.
Quidquid modo est vetus, nouum antea fuit.
Vetusta dicta spiritum exhalant nouum.

APPROBATIONIS.

Qui pie iusteq; viuit, approbat sese Deo.
Si Deo vitam approbare vis tuam? viue vt decet.
Ciuibus se haud approbat, rex Deo minus probus.
Cuncta quæ reges loquuntur aula præ metu approbat.
Vir bonus nunquam tyranno se bona approbat fide.
Approbas malum omne vulgo; iusta recta sed Sophis.
Approbatis se applicare qui potest f... it approbus.
Illico natura præstans adprob... at seipsam omnibus.
Imperitus omne damnat ... ceteri quod adprobant.
Non opus longa mora ... vt sese approbet bona indoles.
Non sibi sed publice ... vsui approbat mores Sophus.

Nul-

Nulla vis est nulla fraus est, quam malus non approbet.
Omnibus cupis probari? te tibi primum approba.
Omnibus placere debet quod futurum est omnium.
Omnibus quod approbatum est, omnium laus aut nota est.
Omnibus quod approbatur cedit & feliciter.
Qui probus sibi alterique est, omnibus se approbat.
Quod proprium ad vniuersos spectat, omnes approbent.
Terror est vbi, est vbi error, esse consensus nequit.
Peiora semper approbantur plurimis.
Cælo fidem vitam sola fac approbes.
Vbi est voluntas est ibidem assensio.

APTITVDINIS.

Apta dant, cuique Diui, non voluptuaria.
Si minus iucunda præbent, apta dant tamen Dei.
Dat quidem Princeps honores: sed an aptitudines?
Sint vt apti honore quod rex ipse honoras prospice.
Ad bonum malumue semper est ineptus improbus.
Appetit maiora inepte qui excidit minoribus.
Da pilam puero aut crepitaclum, non macharam aut lanceam.
Est capris cibus cicuta; qua necantur cætera.
Haud datum est Achillis hastam permouere cuilibet.
Mentis est Minerua præses: nil ei cum tibia.
Mulgeas hircum; cruorem lactis exprimis loco.
Ne nimis quid appetendum est quod probe non conuenit.
Nil valet tellure Delphin: eius est vis in mari.
Patria quibusque plantis attributa sunt sua.

Pluri-

Plurimum Delphin in alto, nil at in solo potest.
Quilibet vita sequatur, aptior cui est, genus.
Quisq; ad hoc sese aptet ad quod sponte ducitur sua.
Sæpe vanam ineptus ad rem, maxima est idoneus.
Vel nihil loquare regi; vel loquare aptissima.
Agas asellum si bouem minus potes.
Aptare sorti cuilibet se ipsum Sophi est.
Apte feras quod est graue, & feres leue.
Delphinis valet mari, nihil potest solo.
Delphinis omne robur in salo haud solo est.
Diale fulmen Liberi haud armat manum.
Nano cothurnus indui Herculi nequit.
Proferre tellus omnis omnia haud potest.
Quisq; appetit bonum illud est cuius capax.
Rarissime est vir vnus aptus omnibus.
Rarissime vir vnus aptus est ad omnia.
Raro aptus est quis rebus vnus pluribus.
Raro sapit plene vir vnus omnia.
Solum omne vbiq; non potest ferre omnia.
Vatiniis posse approbari opprobrium est.
Vita genus sequare idoneum tibi.

AQVÆ.

Absq; aqua durare vita non potest mortalium.
Exul aufer ignem aquamq; si statim cupis mori.
Nil amanum nil facetum potor vndarum sonat.
Non penetrat vnda pingus perlitum bitumine.
Omnium rerum humor actu viua semina efficit.
Optima est aqua illa nullos quæ sapores exhibet.
Qualitatis omnis expers vnda potui optima est.

Tolle aquam vel ignem; & omnis vita iners mortalium est.
Verba gratiosa ab ore non fluunt potante aquam.
Ad potum aqua è niue omnium deterrima est.
Est fontis vnda purior quam riuuli.
Potare aquam vis? haud opus tyrannide.
Lympha sititor mente lymphari solet.

ARÆ.

Ara Gratiæ occupanti cuilibet reo patet.
Ara nulla est, sanctitate destituta iam sua.
Ara mens est, sunt odores, conscientiæ preces.
Ara vbi est, æquum piumq́; non pote esse longius.
Ara vbi est, ibi sacerdos & sacerdotis Deus.
Est Deo grata ara ciagit quam chorus virtutium.
Et nocentem & innocentem sanctitas ara tegit.
Et reis exposta cunctis ara gratiæ patet.
Impia ara est quæ cruore pinguesit animantium.
Impie spreto quis aras rex suas venet Ioue.
Mors nec arã habet nec hymnum; nempe inexorabilis.
Neminem arâ excludit alma cœlitum benignitas.
Non potest vltra arã amico quis fauere, cum Deo.
Quod feris sunt saxa, seruis hoc & ara Numinum est.
Si faues vsque arã amico, quod queratur non habet.
Sis amicus vsq; ad aras; sic amicum habes Deum.
Vsq; ad aras præsta amicum; transgredi ipsas non pij est.
Ne cultor aræ accedito absq; symbolo.
Haud semper aræ supplicum votis patent.

ARBITRI.

Arbiter de parte vtraq; quidpiam vsq; detrahit.
Arbiter seuerus haud est sortis omnis conscius.
Arbiter sit ambidexter, arbiter sit æquior.
Arbitrum haud agit sinistre qui scit aui omnes vices.
Innocens nec arbitrum hostem reijcit causa in sua.
Non potest durare longum ciuitas sine arbitro.
Numini summo secundus, ciuium audit arbiter.
Qui nimis vult esse iustus arbiter fere est malus.
In sua re nemo iustus iudex est aut arbiter.

ARCANI.

Propalam delicta punit facta quæ sunt clam Deus.
Occulta nosse Principis seruum haud decet.
Nemo non arcana regum nouit ante vesperam.
Non potest latere quisquis imperator plurium est.
Principis latere crimen non potest; Sol omnium est.
Abdimus colore fœda: pulchra res vult aspici.
Explices aulea oportet: si cupis pandi decus.
Frustra alium latere quæris, ipse te qui non potes.
Illico scelus patere si cupis, presse occule.
Non potest diu latere crimen vllum diuitis.
Non putat mugil videri se, caput cum abscondidit.
Parcius peccant operta quorum adhuc sunt crimina.
Benefactum non tutatur cognitum quod nemini est.
Pauperis forte esse, verum ditis arcanum nequit.
Publice execramur quæ patramus clanculo,

Qui

Qui foras eliminare Bacchum aues, foris mane.
Quo magis se celat hocce detegit magis malus.
Quod alij frustra r. fertur, ' utius frustra latet.
Quod recondita quiete clam senet, clam deperit.
Absconditum omne | œn a ducit in diem.
Arcana mentis abde, vel malis pates.
Arcana mentis abde & hosti & auli o.
Arcana nemo impune amici p odidit.
A canaregum fama bis ter p blicat.
Delicta noctis detegit certe dies.
Fi lenter aque fare amico quam tibi.
Gaudent honesta publico: scelus latet.
Latere q arit corde qui voluit nefas.
Maiora veris vera habemus qua latent.
Nihil Deo clausum est, Deo plena omnia.
Palam omne longa fit scelus tandem die.
Quodcunq; peccat d ues, ocyus palam est.
Scelus reuelat omne longior dies.
Se prodit ipsum, qui latere vult Deum.
Soli Deo patent recessus pectorum.
Virtus diu latere non sinit suos.

ARMORVM.

Omnium arma Episcoporum, lacryma sunto ac preces.
Veritas non arma in hostem poscit, ast patientiam.
Arma regum multa possunt, sed minus clementia.
Comitate plura quam armis expedit dux prouidus.
Impetres clementia ó rex, arma quod nequiuerant.
Qua potes iure obtinere rex; ab armis ne petas.
Aptior plebs rustica armis, quã vrbium purgamina.

Arma dat spe destitutis ipsa desperatio.
Arma ferro atrociora, quodlibet ferrum abrogat.
Arma iusta sunt supremus quis sibi arripit timor.
Arma militem decorant, non amictus splendidi.
Arma ni coerceantur legibus, leges domantur.
Arma non mouenda quamdiu viuere in pace integrum est.
Arma propulsentur armis: sic iubet ius gentium.
Arma sunt pia ijs, in armis omnis est quibus salus.
Arma vbi tonant tubaq; nulla ibi est lex ac pudor.
Arma vbi valent valere iura nec leges solent.
Aufer arma, iure si rem terminare quam potes.
Consilio arma temperanda, sin minus, sese oppriment.
Contumelias perosus arma item induit senex.
Cuncta sperent qui os ad arma prouocet ius ac pium.
Elegantia arma militem arguunt industria.
Exuit quem terror armis, vix ei spes induit.
Femina sit cura cultus, arma curabunt viri.
Ferrum & arma plus hominum, ipsa quã metit mortalitas.
Fortium est non tradere arma, sed mage armis immori.
Fulgor aris atque ferri militem acrem illuminat.
Inter arma muta lex est: ius silet iuxta tubas.
Inter armorum fragores est silendum legibus.
Iura vbi armis, sauiora sunt, ibi arma mox vigent.
Ius & aequum multa, sed plus arma possunt bellica.
Iusta sumit arma si quis iure frustratus suo est.
Nec tegit nec vulnus infert aurum in armis militum.
Nil iuuatur miles armis, cor nisi armetur prius.
Nulla non pro patriâ arma ciuis acer expedit.
Pellere armis arma iure cuique gentium licet.
Pompa militum est in armis, non in veste splendida.

Prases

Præses armis sæuiora iura publicat malus.
Prompte ad arma quæq; fertur bellicosa natio.
Quem semel pauor retexit, arma nulla vnquã induet.
Quis suis assignet armis, quod manu gestum est Dei.
Quo magis quis floret armis, vilet hoc mage in toga.
Sunt foris parua arma, desit si domi prudentia.
Vltima est necessitatis rem suam armis assequi.
Armare se haud ornare militis boni est.
Armata vbi est, mera est tyranno iniquitas.
Armis bene armorum tuemur præmia.
Audire leges strepitus armorum vetat.
Iniurijs euictus arma corripe.
Leges silent pia inter arma & buccinas.
Opponere armis arma, iuris gentium est.
Vis magna in armis militum elegantibus.
Virtus viris dat arma vinci nescia.

ARROGANTIÆ.

Arce præceps missa cœli est omnis arrogantia.
Hostis est vltorq; summus Numen arrogantiæ.
Nil Deus sic odit atq; germen arrogantiæ.
Semper est Deus procacis vltor arrogantiæ.
Arrogans rex in futurum nullus vnquam respicit.
Tristis arrogansq; Princeps non amatur, risui est.
Arrogans quod est & altum punctulo hora diffluit.
Arrogantia insolenti nunquam eget gens ditium.
Arrogantiam sodalem solitudinis fuge.
Cuncta ei desunt deesse qui sibi putat nihil.
Cuncta se qui scire iactant sunt fere ignarissimi.
Despicit Deum hominemq; turpis arrogantia.

Est Deus sibi, est homo tui, tristis arrogantia.
Et supercilia arroganti sunt suis pro cornibus.
Nemini non vana pectus inflat arrogantia.
Nil sibi deesse credit putida arrogantia.
Non putat Dei se egere numine arrogantia.
Non tibi utilis sed hosti est miles arrogantior.
Non viget diu tumentis germen arrogantiæ.
Noxiosa certe regno ciuium arrogantia.
Peius odit angue fastum Numen arrogantiæ.
Pestilens cuiuis iuuentæ sidus arrogantia est.
Qui sibi res quasque primas vendicant, male audiunt.
Qui volunt primi omnium esse, sunt fere omnium vltimi.
Quo minoris est eo se pluris arrogans facit.
Semper est bullæ tumentis instar arrogantia.
Tota fucus tota bulla est tristis arrogantia.
Vnice placet sibimet arrogans amor sui.
Ambire nunquam deses arrogantia est.
Elationis multum in arrogantia est.
Et arrogantia adsita est infamia.
Et mater est superbiæ arrogantia.
Tot unda mater criminum arrogantia est.

ARTIVM.

A Deo aufert pauper artes, diues at pecunias.
A Deo virtutum omnia artiumque sunt bona.
A Deo virtutum omnis artiumque machina est.
Artium ars posita in colendo estque honorando Deum.
Artium virtutiarumque omnium auctor est Deus.
Artium virtutiumque machina omnis à Deo est.
Quas Deo partes & artes obtines duce, impleas.

Bis sapit dux cognitæ ar[illegible]es cui pr[illegible]fuse sunt bonæ.
Ciuibus posse im[illegible]erare hercle omnium est ars artium.
Destruit rex omnis artes quas maligne promouet.
Dux cui artes liberales cognitæ sunt bis sapit.
Maxime regum est & artes imbibisse liberas.
Pacis artes atq; belli scire oportet principem.
A voluntate, à labore ars [illegible]ascitur parentibus,
Absq; cura ars quæq; manca est; cuncta perficit labor.
Absq; doctore omn[illegible] est ars manca, nec scitur bene.
Absq; moribus doceri nulla recte vll[illegible] ars pot[illegible]st.
Absq; seruitute nulla ars comparatur nobilis.
Adiuuet natura oportet, disce[illegible]e artes si cupis.
Ars d[illegible]sci[illegible]cit arte ab omni, de[illegible]sti[illegible]uta præmio.
Ars ea exercenda tantum cuiq; quam nou[illegible]t probe.
A[illegible]s eget f[illegible]rtuna [illegible] [illegible]lmos sortiatur exitus
Ars eget sudatq; frustra sors ei adsit ni comes.
Ars honesta semper infans inq; cunis delitet.
Ars [illegible] contempta vulgo q[illegible]am fauor non erigit.
A[illegible]s nequit d[illegible] cu[illegible] ipsa præstitit sors exitum.
Ars nequi[illegible] d[illegible] quod ipsum casu ad eff[illegible]ctum venit.
Ars qu[illegible] ad [illegible] facuit, liberalem [illegible]am neg[illegible]s.
A[illegible]s [illegible] b[illegible] haud put[illegible]tur veritas.
Arte laudatus dec[illegible]re [illegible]m[illegible]robatur moribus.
Arte nulla, [illegible] qu[illegible] [illegible]ti[illegible]is possessio.
Ar[illegible]e quod null[illegible] in[illegible]uin[illegible] [illegible]enit felicius.
Ar[illegible]em alit nutritq; l[illegible]s sed a[illegible] st[illegible] laudatio.
Arti o[illegible]us fortunæ op[illegible], adsi[illegible] fructus [illegible] exitus.
A[illegible]tib[illegible]s nil org[illegible] addunt, [illegible]tibus nil [illegible]trah[illegible].
Artibus præstant [illegible]bi a[illegible]r purus, vnde purior.
Artis a[illegible] [illegible]entia orbis omnis in Græco latet.
Aut docent discuntue amores dextere artes quaslibet.

Artium inuidere gloriam alteri cui, Telchinum est.
Artium nulla obtinetur absq; prauio duce.
Artium nulla obuenire dormientibus solet.
Artium omnium vndiquaq; mater est necessitas.
Cetera vt sors tollat, aut Mars, artem in vllam nil potest.
Claui agit nauem ipse flexu nauta, non valentia.
Cogitantes de cibo, artes exequuntur segnius.
Comici vltro in metra peccant arte, non inscitia.
Detegunt item sese artes rebus in vilissimis.
Ducet in vitium fuga ipsa vitij si artis indiga est.
Eruas tarde illud omne quod iacet profundius.
Excolunt formantq; mentes iuniorum artes bonæ.
Casu ad effectum venire quod solet dici ars nequit.
Est alumna, mater imo est, artium æmulatio.
Est opus metu est labore discere artes si cupis.
Ex labore industriaq; nulla non ars nascitur.
Gloria vrget famaq; artes ambitu laudabili.
Hoc mage ars fert liberalis præmia quo minus exigit.
Iam modo artes liberales sunt mere mechanicæ.
Indoli magnæ haud sat vna est ars, pererrat plurimas.
Inscius qua viuat arte, perperam scit cæteras.
Et sapit duplum, cui artes libero digna patent.
Languet ars, si vela semper impleat ventus ferens.
Libera arte honos paratur charitasq; nominis.
Liberale nil vocandum est mancipatum quæstui.
Liberalem artem negato si aucupatur vtile.
Liberalis nulla hodie est ars: seruiunt mechanicis.
Ludicra ars perfectionem quamlibet mox inuenit.
Mentis est pusilla in arte qualibet si qui lucrum.
Multa habet commenta vulpes; vnum echino sufficit.
Nemini secura vita est, ars cui non sit comes.
Nemo non laudat scientes artium, at nemo iuuat.

Nemo

Nemo vincit fortiorem se nisi arte non proba.
Ni iuuet fortuna prosper nullus est arti exitus.
Non genus sic quempiam ornat vt decus septem artium.
Nil potest sors Marsue in Artem, nil in Artem Mors potest.
Non modo ars septena comit; fulcit omne publicum.
Non potest vno inchoari perficiq; ars tempore.
Nulla non ars debet ortus vsui at prudentia.
Nulla non venalis est ars diuiti pecuniæ.
Omne lucrum, omnes honores pone post artes bonas.
Omne virtutum artiumq; est organum à solo Deo.
Omnis ars natura ab ipsa, ceu parente prouenit.
Pacis ars belliq; vtra pendula à Prudentia.
Per libros per lectiones artium quamq; imbibas.
Perdis omne tempus artes quod bonæ non occupant.
Perficit metus laborq; multus artem quamlibet.
Porta virtutum iuuentæ liberalis ars mera est.
Præmio artes nutriuntur; tolle præmium occident.
Procreant artes voluntas cum labore perpete.
Quæ cito opprimuntur artes non reuiuiscunt cito.
Quæstu artes seruientes, liberales quei vocem?
Quæstui quicunq; seruit, minime seruit artibus.
Qui bonas sectatur artes fruitur anima Principe.
Qui bonas sectatur artes perpetim viuit sibi.
Quidquid arte fit laboris grande habet compendium.
Rem nequis bonis? scelestis non sequeris artibus.
Sæpe habetur artis exors ars quod artium omnium est.
Sæpe vbi ars esse haud putatur, est ibi artis regula.
Saluaq; Ars est sortis inter & dubias Martis vices.
Seruias oportet apte discere artes vt queas.
Seruit ars quæcunq; vitæ, at imperat sapientia.
Si labor metusq; desit nulla recte ars discitur.
Sola sortis sola martis ars vices nullas timet.

Sortis expers Martis expers Ars agit quouis loco.
Tempus aret omne quod n n artibus datur bonis.
Veritas abest vbi artis est sua ostentatio.
Vilitas substantia arti nil secunda derogat.
Vis iacere artes? fauorem præmio'um ijs tollito.
Vita tota disciplinis debita est & artibus.
Abscondere artem posse, vel ars maxima est.
Amor magister ar is est cuiuslibet.
Ars artium est posse imperare ciuibus.
Ars omnis est socordia aduersaria.
Ars quæq; cuiuis p rtus infortunio.
Ars sufficit sibi omnis haud casu indiget.
Artes aluntur haud honesto, ast vtili.
Cogitatio in ars omnium est arcta artium.
Cum vult echinus omnis horret spiculis.
Discenda in arte n mo in is est sui.
Fortuna opus non est ei cui ars adest.
Is g ata nu rit rtium munus manus.
Innata nulla est ars hominum ibus.
Inu nit artes quaslibet necessitas.
Natura mater omnium vnica rtium est.
Non perdet ars à sorte; qu duis est sibi.
Nulla artium fortuna pem desiderat.
Parare ne quid ar ib u tendas malis.
Pauper sine arte vitam aget semper malam.
Pig um est, obire circulum in vita vnicum.
Possessio est ars quæ eripi nunquam queat.
Pretio æstimari liberalis ars nequit.
Quam quisque norit artem, eam exerceat.
Quandoq; & ars suos clientes deserit.
Qu d viribus de st, id arte suppleas.
Quod vis nequit præstare id arti haud arduum est.

Re-

Raro intimos rimamur artium sinus.
Secura vita est, doctus artem si bonam est.
Tentare nil non audet artifex amor.

ARCIS.

Est Dei timor quibusuis arx inexpugnabilis.
Ipse a bena rupis instar protegit suos Deus.
Turre cinctus est ahena, cui Deus custodia est.
Absque descensu arx tyrannis omnes est, nedum gradu.
Arce non eget, quem amoris publici munit fides.
Arce non egent, vice arcis ciuium cui est fauor.
Arx, tyrannis bella, si non tota sic praeceps foret.
Arx tyrannis pulchra, si inde fas abire per gradus.
Ciuium fidelis ardor, Regis arx tutissima est.
Est tyrannis arx, sed vnde viuo abire vix datur.
Imperatori arcium est arx ciuium dilectio.
In mari viuit furenti qui arce viuit regia.
Nil sibi conscire, Principum arx muro est ahenea.
Non eget munitione ciuium septus fide.
Regi amor ciuilis est arx nemini expugnabilis.
Rupis instar est ahena se colentibus Deus.
Saepius crudele ab arce regia fulmen venit.
Saxa tutantur latrones: Principem vrbium fides.
Semper est munimen ingens publicae rei probus.
Tota praeceps arx tyranni est: vel mane vel corruet.
Tutius ciuium arca quam ducum arx aerarium est.
Vna amor parentium est arx regi inexpugnabilis.
Descensus arce nullus à tyrannica est.
Est ciuium arx, est ciuium turris amor bonus.
Munias castella & vrbes pax vbi est & otium.

Minus timet quam sperat arx cui est Deus.
Munitio tractanda vbiq; in otio.

ARTIFICIVM.

Artifex illiberalis ducitur regum lucro.
Artifex multus repertu est sub benigno principe.
Artifex non inuenitur rege multus sub notho.
Artifex sub rege muni rure quoq; prouenit.
Esurit non liberali sub potestate artifex.
Qualis est fere potestas, talis est quoq; artifex.
Sordida sub rege oportet sordidus sit artifex.
Sub tenacibus dynastis arsq; & artifex perit.
A suo instrumento honorus non probatur artifex.
Absq; seruitute adhuc dum nemo factus artifex.
Artifex non seruit organo, organo quin imperat.
Artifex palma sititor maior est, quam munerum.
Artifex remunerandus est supra modum bonus.
Præmio sub luculento luculentus artifex.
Est opus palma est honore, multus vt sit artifex.
Multum vbi ars, multumq; ibidem artifex quivis valet.
Organo omni destitutus artifex tamen manet.
Seruiat diu necesse est, esse qui vult artifex.
Summus artifex perire morte vix solet sua.
Summus artifex sibi ipsi rariter facit satis.
Ab organo qui pendet, haud est artifex.
Et artifex quiuis patet pecuniæ.
Sub literali rege gaudet artifex.
Sub rege muni, munis est & artifex.

Sub grege crasso crassus est & artifex.
Rex vbi est rudis, rudisq; reperitur artifex.

ASSENTATIONIS.

Alis nulla Principum, expers glutinis assentantium.
An quis est dynasta cui grex desit assentantium.
Circa opes regesq; semper copia assentantium est.
Hamus est in esca reginatio assentantium.
Multa regum penna adhaeret glutini assentantium.
Regum ab alis, plumeum vsq; viscus assentantium.
Viscus assentationis regum inhaeret penulis.
Centilinguis, millelinguis omnis assentatio est.
Comitate fraudulenta palpo agit, non robore.
Credulas titillat aures plurima assentatio.
Est pecus chamaleonte peius assentatio.
Falsa quauis, maximeq; prodiga, assentatio est.
Interit fere ipsa in herba turpis assentatio.
Iuniorum certa pestis est iuuenum assentatio.
Larua amicitiae repleta est nonnisi assentationibus.
Non cadit mentes in altas turpis assentatio.
Optime quoque institutos gens Gnathonum perculit.
Plurima est, compendiorum gratia, assentatio.
Plurimum assentationis gentem apud poeticam est.
Qui malis palpo est adulans nequiores efficit.
Quos palam assentamur ijs clam dicimus vel pessima.
Rebus in malis amicum nescit assentatio.
Regna bellum multa; plura perdit assentatio.
Rem domesticam ampliare gentis est Gnathonica.
Vilesac seruilis omnis natio assentantium est.
Vilis assentator aures occupat magnatium.

Vilis aures assentator ore palpat impio.
Aures superbas assentator obside.
Dementat & cordis probum assentatio.
Perdocta palpum obtendere assentatio est.
Fallace comitate, non vi, palpo agit.
Fortunæ optimæ adhæret assentatio.
Non durat ars diu aspiam assentantium.
Reges apud quiduis potest palpatio.

ASSVETVDINIS.

Asperum omne atque omne durum vincit assuetudine.
Assuetudo quoque ipsas longior domat feras.
Demit assuetudo sensum, demit & gustum boni.
Iugis assuetudo sensum demit & gustum boni.
Iugis assuetudo sensum demit & gustum mali.
Magna laus primore ab æuo optimis assuescere.
Maxima est fraus primo ab æuo pessimis assuescere.
Optimis assuescere æuo fictili, laus maxima est.
Quod grauissimum, leuissimum est ab assuetudine.
Saxa dura gutta mollis sæpius cadens cauat.
Tam ferum nil est domare quin sit assuetudinem.
Assueta durant; mosque naturam parit.
Assueta darent pestilentibus locis.
Nihil profecto maius assuetudine.

ASTRORVM.

Est Deus suis bonum, est um, est suis securitas.
Est Deus perenne sidus, imo cornucopia.

Cum

Cum regi minantur astra, blanda non sunt ciuibus.
Gentibus minantur astra quas regit rex impius.
Non minantur astra plebi, sed tyrannorum choro.
Bacchus Herculesq; flammis transiere ad sidera.
Improbe adscribuntur astris impetus mentis mala.
Pauculos ad astra virtus extulit, sors plurimos.
Quei queat nosse astra qui nec ipsemet notus sibi.
Sidera inclinant homullos, non tamen necessitant.
In astra virtuti est & ad Deos iter.
Ad astra tendit virtus: haud timet Styga.
Ad astra virtus nititur per aspera.

AVARITIÆ.

Quod sitit fametq; auarus diues est pestis Dei.
Quos Dei odit ira auares hos facit re prospera.
Dextera duci spicata militem omnem pauperant.
Dux auarus auariores milites suos facit.
Fur merus merusq; latro est dux cui pix in manu est.
Non potest rex esse auarus: id nota est tyrannidis.
Non potest rex esse auarus quin sit & saeuissimus.
Rex auarus hirudo sanguisuga ciuium.
Rex auarus, regis vmbra si vocetur, plus sat est.
Rex auarus, rex haberi non potest vnquam à suis.
Rex auarus sanguisuga est, rex auarus est Cyclops.
Rex auarus turpe monstrum est, peius est quouis malo.
Ceteros fraudant auari, seq; fraudant vltimos.
Dum furore auarus errat, nil timet præter famem.
Cura auaro nulla famæ buccina est: rumor sibi est.

Di-

Dipsade ictus est auarus, turgidus potu crepat.
Dis auarus fine nullo spes habendi terminat.
Ditior longe est auaro stultus somnians opes.
Dum Midas mutari in aurum cuncta vult, tabet fame.
Est auarus totus hydrops, plus bibendo plus sitit.
Est auarus valde iniquus alteri, at magis sibi.
Est inops auarus inter orbis aggestas opes.
Et Midas iustam impetrauit non probo è voto famem.
Gloriosus atq; auarus conuenire vna haud queant.
Impetrat quo plura auarus hoc fit indigentior.
In furore auarus vnam maxime timet famem.
Incubat pomis, nec hilum peruigil gustat Draco.
Læta sunt cuncta vrbe tota qu. ndo auarus morte obit.
Maior hydropi frequente surgit à potu sitis.
Mens auara odit priora, semper imminet nouis.
Mentem auaram im lere nulla vis queat pecunia.
Miles est egens rapaxq; dux cui est auarior.
Mors auari vita lauta est plurimorum ciuium.
Morte auarus diues vt sit, vitam agit pauperrimam.
Nemo amicus est auaro, nemo amicus pauperi.
Nil magis furens auarus horret, ac sitim & famem.
Non potest obire auarus gaudio absq; publico.
Parta nil iuuant auarum, crux est quod deficit.
Præter aurum auarus omnis nil scit, aut nil cogitat.
Prodigus mox nil habebit, ast auarus nunquã habet.
Q1 ærit aurum in auro auarus, quærit at nil inuenit.
A morte auari publicum vrbis gaudium est.
Absurdius nil est aua: o diuite.
Auara semper admodum potentia est.
Auaritia animi morbus insanabilis.
Auarus omnis gaudium heredis sui est.
Auaritia semper comes superbia est.

Nam-

Natura auaris ip amet tota est parum.
Ope auarus querit vt custodiat.
Princeps auarus fœda hirudo ciuium est.
Princeps auarus subditorum est car ifex.
Qui multa habes, habere plura adhuc aues.
Quo plura auarus possidet plus hoc eget.
Turpis est nepos, auarus ast nepote turpior.
Vicina auaro semper est maior seges.
Viuente auaro te ra nil peius creat.
Suspicit plus aurum auarus, quam Deum, quam sidera.
Vix auaritia senectus expedit se,e nota.
Vix cadente vita auaro saua opum cadit sitis.
Vsquequaq; auarus id quod expetit, pluris facit.

AVCTORIS.

A Deo bonum omne, & omne item à Deo nobis malum?
A Deo non est malum; auctor quisque nostrum eius sibi est.
A Deo profecta, iusta sunt mere, mere pia.
A Deo quidquid profectum est, dic mere iustum a p um.
A Deo *vita, à Deo res, à Deo sunt omnia.*
Damna Numini imputamus, quisq; cum inferat sibi.
Nemini Deus mali auctor, auctor est quiuis ibi.
Nemini est auctor malorum, sed beni cuiuis, Deus.
Sunt Dei auctores bonorum nec ferunt Illi malum.
Temperat sortem sinistram, temperat dextram Deus.
Læta, læua passim in orbem dissipat manus Dei.
Auctor infelicitatis quilibet fere sua est.
Est necis censendus auctor, ca sam ei qui præbuit.
In manu cuiusq; homulli est, sit ne felix an miser.

Nem-

Nemo damni nemo lucri causa fit sui; at Deus.
Nemo non accersit i se damna qualibet sibi.
Nemo non auct r saluti prospicit operis sui.
Nemo non est architecton ipse fortunæ suæ.
Nemo non mali sui auctor, nemo non bo o sui est.
Nil homo facit boni auctor cuius haud extet Deus.
Non potest prudens vocari qui sibi est auctor mali.
Non potest queri malum vltro qui sibi ipse accersijt.
Nullus in malo perenni est quam sibi id qui accersijt.
Ordinat vir ambidexter ipse fortunam sibi.
Præmij pœnæq; causa quilibet nostrum sua est.
Qui mali causa est sibi ipse, nemini irasci potest.
Qui sui mali ipse causa est, quod queratur haud habet.
Quisq; felix arbitratu quisq; non felix suo est.
Quisq; fortunam sibi ipse moribus fingit suis.
Quisq; se facit beatum, quisq; se miserum facit.
Quod fit exemplo malo, ipsi ne quidem auctori placet.
Quod tibi intr sti necesse est exedas mortarium.
Semet accuset necesse st, qui mali fons est sui.
Seu bonæ malæue, quiuis est faber vitæ suæ.
Sit miser quis an beatus eius est positum in manu.
Accersit vltro quæq; quis sibi mala.
Auctor boni malique quiuis est sibi.
Auctore m g o desipere, pene sapere est.
Auctorem habere cuiuslibet Deum.
Beatitatem quisq; sufficit sibi.
Boni maliue causa quilibet sui est.
Est architectus quisq; fortunæ suæ.
Et causa quiuis est sui infortunij.
In se bonum malumq; quilibet gerit.
Pene is sapit qui auctore magno desipit.
Princeps & auctor omnium est rerum Deus.

Quis

Quis quaeso non faber mali ipsemet sui est?
Rex fabricator quisq; fortunae suae est.
Rex quisq; mentis, si cupit, semper suae est.
Sapiens suae sibi ipse fortunae est parens.
Semper malorum causa quilibet sibi est.

AVCTORITATIS.

Qui Deum sequi recusat, est malus Deo ac sibi.
Concidente auctoritate concidit regni status.
Et ducis quocunq; bello plurima est auctoritas.
Grande fulcrum auctoritatis regiae est facundia.
Cum duo unum idemq; dicant non idem tamen valent.
Dicta tanti existimantur quanti is est qui enunciat.
Flamma ut igne, aduersitate fit caduca auctoritas.
Innocens, auctore magno qui tueri se potest.
Magnus est auctoritate? maior exemplo est tamen.
Turpe non est magna rebus nomina in bonis sequi.
Vis valere auctoritate? fac id omne quod doces.
A dote morum plurima est auctoritas.
Auctor grauis falsae rei, fidem stuprat.
Auctore magno desipui? fere sapis.
Auctoritas aduersitate exstinguitur.
Auctoritatem gignit & seueritas.
Auctoritatem tolle, regna non erunt.
Auctoritatis nil subest egentibus.
Auctoritatis cuncta spiritus regit.
Auctoritatis plurimum in veste est viris.
Auctoritatis plurimum cuiq; in fide est.
Auctoritatis vir caret pauper bono.
Ducem sequuntur ceteri, causam Sophi.

Feli-

Felicitatis filia est auctoritas.
Rebus quisbusq; auctoritas à tempore est.
Suadet iubetq; pondero e auctoritas.

AVDACIÆ.

Cum Deo prudenter aude cuncta cedent prospere.
Principes qui plurima audent, plurimis quoq; excidunt.
Alta mens audaxq; dextra rarius coniungitur.
Arduos supplantat ausus nudior penuria.
Inscientia ipsa mater omnis est audacia.
Mutila est audacia absq; dextera prudentia.
Numquam adhuc amans repertus est sua absque audacia.
Plus putat se posse; vere quam potest audacia.
Audax nimis, vel vanus est vel morio.
Audenda quisquis defugit, friget metu.
Audere, principium omnis est victoria.
Fallit fere spes impudentem audaciam.
In pralijs muri vice est audentia.
Non ponderat vires suas audacia.
Sapientia loco modo est audacia.

AVDITVS.

Auris est Deo usq; aperta postulantium preci.
Aurum medicina vera cordiumq; vox Dei est.
Cuncta cernit cunctaq; audit lumen atq; auris Dei.
Est Deus videtq; & audit qualibet mortalium.
Qui Deum non audit, haud est audiatur cur Deo.
Multa rex incuriosis prateribit auribus.

O bea-

O beatum cuius audit mysticas preces Deus.
O beatos rex querelas aure quorum audit sua.
Plurimas rex blandientum, non suas, aures habet.
Principum aures delicatæ verba quærunt byssina.
Principum auri id asperum omne publice quod vtile est.
Principum auris multa multis pascitur mendacijs.
Regium est, audire non bene, optime etsi fecerit.
Tunc item rex pessime audit cum patrauit optima.
Vincitur dux ille vbique militem qui audit suum.
Veritas, in aure regum res peregrinissima est.
Ad manum est promptumq; semper aure quod reconditur
Aurium oblectationi seruit assentatio.
Certus est auditus; illo visus at veracior.
Cuncta surda cæcaq; auri sunt ad aspectum ac sonum.
Fortis etsi es, laudi ab ore Nestoris quidquid fluit.
Lingua plus parit periculi vna quam auriculæ duæ.
Nemo in aure nemo in ore veritatem fert meram.
Nemo non est quin sibi aureis autumet radi nefas.
Vince linguæ aures & arma sunt superuacanea.
Qui vincit aures, membra vicit omnia.
Vi nihil opus opus nec armis, vincere aures si potes.
Hercules vincebat aures, proditores cordium.
Victa vt auris hæc & illa est, illico cor proditum est.
Proditum est cor cuiq;, vt aures hostis admittunt strophas.
A vero abhorret Principum auris vtraq;.
Audire, fari, facere, sunt confinia.
Audire malis probra quam ipse dicere.
Audire sana, regis est pene exulis.
Audire semper res easdem, tædium est.
Audire vera non solet sceptris ferox.
Audire vis verum Sophum? tantum vide.

Aurem

Aurem omnibus prabeto rex, paucis fidem.
In aure rarus regia est vero locus.
Leuius ad animum audita quam visa accidunt.
Mage vtile est audire multa quam loqui.
Maius periculum oris est, auris minus.
Nunquam perit fida quod auri creditur.
Oculis fides habenda, at auribus magis.
Pectus irrigat per aures, esse frugi qui cupit.
Regem audiunt semper suum ciues pij.
Non pedes; auditus atq; visus hominem fulciunt.
Pluris est oculatus vnus testis auritis decem.
Proditur nunquam quod aure gratiosa conditum est.
Qua minus libente carpis aure, nec factis probes.
Qua minus libenter audis, facere semper oderis.
Qui capi à Sirene non vult, aure oportet sit Cyclops.
Quod libenti nemo animo audit nec libenti animo facit.
Quos dolus non lasit, aurem non habent duram dolo.
Vult titillari sibi aures impotens amor sui.

AVLÆ.

Absq; Musis principum aula nil habet symphonia.
Admoue facem prope vrit, at remota illuminat.
Aula adulantum est theatrum, aula adulantum est ager.
Aula carcer est perennis, aula compes est virûm.
Aula Circe est; se incolenteis mutat in multas feras.
Aula curiositatis plena delatoria.
Aula vt ignis: propior vrit, longior frigus facit.
Aula habet quauis asellos, aula quauis simias.
Aula pontus absq; portu est, cuiq; nec statio sua.

Au-

Aula quæ caret poetis, digna caulæ nomine est.
Aula, purpura est aperta, verum operta pallijs.
Aula Siren pestilenti prævalet pellacia.
Aula Sphynx est, explicare nemo ab illa se potest.
Aula tempestate plena plenaque est Sirenibus.
Aula Veronense abhorret; at Placentinum fovet.
Aulam adulator frequentat tanquam amicus impiger.
Aulam amant omnes; at aula non amat nisi vtiles.
Aulicis rex sæpe debet, de bono quod fit malus.
Aulicorum dignitate fama crescit Principum.
Aulicorum est polliceri cuncta, præstare at nihil.
Aulicum est præferre vultu debitam ficto fidem.
Aulicus pro calculo est: nunc mille, nunc nihil valet.
Aulicus quacunque peccat, peccat & rex, ni notat.
Aulicus Regis sui acta nemini vnquam eliminat.
Barbara aula est, vnde vates exulant & Musica.
Cauta subtilisque prorsus est simultas aulica.
Contumax recede ab aula: quærit obsequentiam.
Corporis flexu atque gestu prævalet ciuem aulicus.
Cura vitæ sempiternæ nescio an sit Aulico.
Doctus est in aula asellus, nobilisque simia est.
Diuitum aula plena scurris plenaque est palponibus.
Doctus in regum aula, asellum præstat inter simias.
Dum bene est, aulas potentum multus obsidet cliens.
Esse vis quietis expers otijque? aulam cole.
Est mare aula obnoxiosum mille tempestatibus.
Est mare aula turbulentum plurimisque auctum vadis.
Exteris plena aula, regem denotat fere exterum.
Fas piumque arcana mentis abdere aula in impia.
Feneratur, haud dat, Aulam qui fatigat munere.
Gratiositatis aula est plena, sed fictitia.
Hei quot infidis obhærent gratiosa aula vadis.

Ignis aula, vt proxima vrit, sic remota illuminat.
Incolæ aulæ oportet omne pellat ex animo decus.
Indoles seruilis aulam possidet, non libera.
Inter instrumenta regni, monstra sunt quamplurima.
Inuenire in aula asellos semper est & simias.
Liberi exulant ab aula; seruientibus patet.
Impotenti regia omnis turget insolentia.
Lingua adulatrix in aula Principum quiduis potest.
Literatus quisq; in aula est asinus inter simias.
Malim asellus esse in aula quam infaceta simia.
Mancipium fis aulam vbi intras, liber etsi accesseras.
Multa pollicetur aula millia, at præstat nihil.
Multus est amicus aulæ res vbi est opimior.
Nullus est cliens in aula rebus augustissimis.
Multus est passim Gnatho, aula multus est passim Thraso.
Mutus est cæcusq; ad acta Principis sui aulicus.
Neminem aula amat fouetq; quã obsequentis indolis.
Nemo in aula agit poetam, quam poetarum spado.
Nemo in aula amico amicus est fidelis aut teres.
Nemo non in aula amorem nemo non fingit fidem.
Nil pium est nil sanctum in aula, quam quod & palam expedit.
Nobilis pro simia aulæ est, doctus est burdo merus.
Nobili vix quicquam in aula pulchrius, quam quod situm.
Nulla iuris cura, nulla sanctitatis regijs.
Nulla non venalis est res aulico pecunia.
Nulli adulatorum in aulis à siti aut fame est metus.
Nullus est cliens in aula rebus angustissimis.
Nulla est in aula amicus, plena nã assentantium est.
Nullus est in aula amicus, sed gnatho quã plurimus.

Nutus

Nutus abnutusq; regis, vita morsq; est aulico.
Omne liberum, omne verum rex & aula despuunt.
Palp: multus est in aula Principum, rarus Sophus.
Parce rex præbere vires aulicis crudelibus.
Plena turbulentiæ aula plenaq; histrioniæ est.
Plurimus potentiorum limen obsidet cliens.
Polypi mutare mores more, dos prudentiæ.
Principem ô misellum ab aula qui pedem efferre haud solet.
Principum aula clausa semper est minus felicibus.
Quam remotus est ab aula, tam remotus à nece est.
Quod mari alnus est in alto, hoc in aula est vir probus.
Rari in Aula sunt amores; rarior multo fides.
Regias domos perennis seruat insolentia.
Regis ad sui acta, mutus atq; cætus aulicus.
Regum in aula multa bulla est: imo ibi bulla omnia.
Regum honori haut veritati prospicit gens aulica.
Scortum adulatorq; in aula corvus est & miluius.
Sensa cordis ore raro promit aulæ obses cliens.
Simia caro leoni fert salutem morbido.
Simias vis? vis asellos: aula vtrosq; sufficit.
Simias vsq; atq; asellos aula fert vel paruula.
Si Ioui es propinquus, eius & propinquus fulmini es.
Sunt Anaxarchi aulæ amica, non item Callisthenes.
Surdus est rex ius ad omne quem aulici obsident canes.
Tam prope hercle triste lethum, quam prope aulam conspicis.
Torquis aureus catenam sæpe præstat aulicis.
Veritas transire raro Principum audet limina.
Veritatem frustra in aula quæris, in casis latet.
Veritatis est sepulchrum sempiternum regia.
Veritatis hospes haud est aula sed mendacij.

Vindica rex, aut teneris aulicorum crimine.
Vita caula perquieta est semper, aula fluctuat.
Vix queunt exire parua Principum ex aula mala.
Vnicâ culpâ, aula regum mille delet menia.
Accommoda est Valde aula sedes fraudium.
Asellus inter simias ludibrio est.
Aula exeas si ad gratiam loqui nequis.
Cum rege, ut igne, Viue, si cura est salus.
Et Aula hos ipsos quos beauit perdidit.
Et multa in aula prouenit cucurbita.
Expers quietis aula es, expers otij.
Fato aulicus rarissimus perit suo.
Ficto fidem præferre Vultu, ars aulica est.
Lenocinatur plurimum aula Principum.
Noctu diuq; aperta es, aula, diuiti.
Non curat aulam qui sibi vult Viuere.
Nunquam aula magna tangitur paruo malo.
O quale quanis regia est ergastulum!
Omnisq; in aula lubrica est potentia.
Paucos beauit aula, plures perdidit.
Præfractus esse non potes si es aulicus.
Præstat nihil, promittit omnia aulicus.
Quam turpe fieri spoliar aulam ciuium.
Rex peccat omne quidquid peccat aulicus.
Tumultuosas Principum cito fores.
Vbiq; in aula incerta res potentium est.
Virtus vocatur Aulicis vitium impotens.
Vultu ferenda hilari aulica est iniuria.
Vultum intuentur aulici, mentem Sophus.

AV-

AVGVRII.

Absq; cælitum auspicato nil fauor e perficis.
Augurio bono maloue patriam defendito.
Auspicio ductuq; quod fit Numinis vinci nequit.
Cui Deus dux est & auspex, cuncta cedunt prospere.
Est auis quæq; haud mala augur ad tuendam patriam.
Exitum sortitur omne quod Deo fit auspice.
Optima augurare; sorsq; ferre quod iubet feras.
Patriæ ad defensionem semper addicunt aues.
Optime omnis pugna cedit quæ Deo fit auspice.
Optimum voto augurare; ferq; fata quod ferunt.
Rem gerit quamq; augurato patriæ qui prospicit.
Sed quid auguror sinistra, cum secundo sint aues?
Vltro iners timor sinistris præstat augurijs fidem.
Actus boni sunt sacra quæ semper litant.

AVRORÆ.

Antelucanum dicato tempus omne Numini.
Excitare Aurora reges non potest; eam excitant.
Est amica Aurora Musis, sicut est Apollinis.
Est cliens Aurora Musis, est Apollinis vigil.
Ni sit Aurora, absq; partu Musa sit mentis sacra.
Nil sine Auroræ Camanæ mente gignunt floridum.
Nocte dormi: aurora Musis est amica & Gratijs.
Nulla non seruit Camænis Hora: sed prima magis.
Obstetrix Aurora Musis est, vbi ijs mens parturit.
Palladi est Aurora amica, nec minus Musis nouem.

Palladi Musisq; amica est mater alma Memnonis.
Aurora Musis ter tribus carissima est.
Aurora vbi est, ibi est Camænarum chorus.
Qui mane surgit, omne quod vult, expedit.

AVRI ET ARGENTI.

Aurum habenti templa cal serviant, ac numina.
Aurum argentumq; præsto, præsto ibi est item Deus.
Cui domi argentum est & aurum, possidet domi Deos.
Cui domi est aurum, obsequentes possidet bis sex Deos.
Nemo non argento & auro cælites sibi obligat.
Aurum ob argentumq; tota Principum contentio.
Aurum ob aurum bella turgent, regiaq; copia.
Cuncta vinces si tibi hastis pugna rex argenteis.
Eruta è telluris imo, summa habet rex omnium.
Semper auri damna auaris imperabit regibus.
Turpe quid patrare ob aurum regibus turpissimum est.
A Ioue est aurum, quia omni floret æuo expers ecis.
Æthiops ornatur ære; noxios auro ligat.
Alta mens haud inquinatur luce fulgentis luti.
Ante virtutem puta aurum; cuncta vbiuis impetrat.
Aurea ætas audit, aurum nemini cum adhuc foret.
Aurea ætas nuncupatur, nil quæ habebat aurei.
Aurum adest Midæ absq; fine: sed miser perit fame.
Aurum & argentum illecebre pestilentis vrbium.
Aurum & argentum omne cœnum est a lutum splendidum.
Aurum habet, aurum habenti qui innocenter imperat.
Aurum ob argentumq; pacem non habet ferri rigor.
Aurum vbi est abesse longe non potest superbia.

Au-

Aurum ubi est amorque quauis exulat modestia.
[illegible] in ʒ a pessum eunt ubi auri publice viget fames.
Equis est quem splendor auri non trahat recta auia.
Ecquis obsecro auro auaris abdito terris color?
Est caput mali omnis aurum, ca[illegible] a terra fi[illegible]ta.
Est quidem mutum aurum, at ipsas permouet mentes ta-
men.
Et minore aurum periclo quaeritur, quam arca datur.
Fulgor auri veste priuat qualibet sapientiam.
Heu mali quantum probrique splendidum apportat lutum!
Heu, quot in nassam malorum traxit aurum [illegible] dignitas.
Ipsa virtus assecla auri est, seruiunt cui omnia.
Ignea bos terrere nescit aere fuluo intermitum
Miles auri ergo penetratiuuium omne aperuium.
Neminis bono repertum est, aurum apex omnis mali.
Nemo non opinionem mutet argento bonam.
Nil diurnat quam quod auri perfideli creditur.
Non habet linguam aurum, omnes in suam partem tra-
hit[illegible]
Non minore aurum periclo clauditur, quam quaeritur.
Nulla res est peior auro, quaeque plura det mala.
Nullus est usquam auro auaris abdito terris color.
Nunquam erit ferrum otiosum quamdiu auro adplaudi-
mus.
Plurimum aurum opesque possunt rebus in mortalium.
Potio aurea haud sitim ipsam demit, accendit magis.
Qualibet strabo est ad aurum, captus imo lumine.
Quod dolo nec robore, auro denique expugnabile est.
Si cui argentum non opus Deis habet.
Si cui domi aurum abundat, illi abundat omnia.
Argentum & anima & sanguis est mortalium.
Auri fames in pectus altum non cadit.

Auro domes quod fraude quod vi nescias.
Auro patent cuncta, ipsa Ditis ianua.
Aurum arbitratu cuncta mox vertit suo.
Aurum est Deus præsentior mortalibus.
Aurum est tyrannus nemini visibilis.
Aurum malo natum omnium est mortalium.
Est aurum amicus certus omnium optimus.
Idololatras qui colunt aurum voca.
Placatur auro Principum ferinitas.
Quod aliti rete, aurum id est mortalibus.
Quod fraude quod vi nescias, auro domes.
In pectus altum auri fames nunquam cadit.
Menti bonæ aurum pondus est grauissimum.
Radiat in auro minor non Sole dies.
Responsa Phœbus, æra si desint, negat.
Seruum facit te si domo aurum suscipis.
Stupet statim omnis tactus à torpedine.

AVTVMNI.

In quiete ciuium vncta Principum est autumnitas.
Principum perenna messis, alta ciuium est quies.
Brumæ sub ortum patriam mutant aues,
Ditat Autumnus frequenti mortium Ditem strue.
Et Proserpinæ sacellis quæstus est Autumnitas.
Florida vitis creatrix salua sis Autumnitas.
Id metes Autumno adulto, veris æuo quod seris.
Vere quod seris iuuenta, quisq; id Autumno metit.
Veris atq; Autumni vbiq; est maxima inconstantia.

AV-

AVXILII.

A Deo sumus creati mutuum adiutorium.
Adiuuat miraculose cum libet Dei manus.
Auxilium mortale cessat? auxilium Dei incipit.
Citra opem quod fit Dei, illud nec bonum est nec vtile.
Est Dei iuuare: mortem fert trygon fert scorpius.
Nulla res tam parua tamue magna, quin egeat Deo.
Præsidij plus in Deo vno est, quam trecentis millibus.
Quos iuuat virtus, Deusq; nomen atq; opes parant.
Quem Deus iuuat, iuuare quisq; vult mortalium.
Qui sibi succurrere ipsi non quit, hunc Deus tegit.
Subuenit cœleste numen quando mundi deficit.
Vnicum probis leuamen atq; subsidium est Deus.
Non bono modo ast malo, in re fer citam rex tristi opem.
Nullum habet natura amicum rex vel hostem, ni iuuet.
Cuilibet memento ferre rebus in duris opem.
Dextra si lauat sinistram bina pura fit manus.
Et malum & mali leuamen hasta Telepho tulit.
In re iniqua nec iuuandus est amicus, nec parens.
Indiget opulento egenus atq; opulentus paupere.
Maxima indigent minorum maxime adiutorio.
Maximum omne eget minutis; vt minutum maximis.
Morsiunculis leonem vinculo mus expedit.
Mutuam inuicem si amicus non opem fert, quis feret.
Mutuas præstate opellas! en lauat manus manum.
Naufragorum est, porrigentes vt manum secum trahant.
Nemo sanguinem libenter alteri impendit suum.
Nemo sat sibi est: amico quisq; amicus indiget.
Nemo tantus, indigere quin queat vel infimis.

Nil ita est magnum minoris quin opem desideret.
Non iuuandi sunt proterue qui sibi creant malum.
Nullius se ope egere censet, qui suam alteri negat.
Omne constat vniuersum mutuo adiutorio.
Pauper est tunc diues omnis, cum iuuandi pauperes.
Qui sibi arcessunt malum vltro, cur tuo iuues malo.
Qui sibi succurrere haud quit, in Dei viuit fide.
Qui volentibus perire subuenit, stulte facit.
Quisque amicus est amico quamdiu ipso non eget.
Si cupis puras sinistra dexteram lauet manus.
Stultus est quicunque miscet res vigentes perditis.
Sufficit nemo sibi vnus cuique ope extera est opus.
Vitis illa assurgit, vlmus adiuuat quam destina.
Vt manus lauat manum, vt bem seruat vrbs virumque vir.
Vt manus manu lauatur vtraque sordes exuit.
Fouere lata mentis est parua decus.
Hastam vibra vir fortior: sed cum Deo.
Homo creatus mutuo adiutorio est.
Humana egere Numina haud solent ope.
Infirmiorem qui iuuat dein & premit.
Manum manus desiderat, pes & pedem.
Manus manum requirit, pes item pedem.
Minutioris omne magnum ope indiget.
Opem feret, si iusta gesseris, Deus.
Qui fert opem malis, profecto haud est bonus.
Rarum inuenire qui ferat trepidis opem.
Sperare opem qui nescit, auxilium potest.
Subleuat nemo iacentes, quisque quin magis premit.
Tarde adiuuant Dei, sed efficaciter.
Texisse binos pallium nequit breue.
Vel mus leonis lora vincti soluerit.

BAPTISMI.

Baptiſma geminum eſt: hoc aqua, illud ſanguinis.
Martyrum baptiſma conſtat vulnere atq; ſanguine.
Signum ſecundæ balneum eſt vitæ ſacrum.

BARBARIÆ.

Nulla gens tam barbara eſt quin cælitem agnoſcat Deũ.
Ardeæ Græcos ſalutant, impetuntq; barbaros.
Barbaris par eſſe quæris ac prior? ne credito.
Barbaros amare noli, ſeu boni ſint, ſeu mali.
Barbaros places metalli, non meliſmatis ſono.
Barbaros vocare noli moribus ſanctiſſimos.
Barbarum dic, lac Honoris paruulus qui non bibit.
Rebus ſtudet quodcunq; barbarum eſt nouis.
Regie tractato Græcos, barbaros herìliter.
Si ſapis, nunquam æmulari barbaros mores iuuet.
Veritas fideſq; non eſt inſolenti barbaro.
Virtutis eſt & alma cura barbaris.

BEATI.

Conficit Deus beatis cuncta dormientibus.
Eſt beatus cui fauorem non negat ſuum Deus.
Nullus eſt à ſe beatus: à Deo felicitas.
Vir bonus ſemper beatus eſt, quia eſt curæ Deo.
Vis beatus eſſe in æuum? id velis quod vult Deus.

Ciuium beatitudo regis à prudentia est.
O beatum regem amore qui suorum cingitur.
Rex foret multus beatus, si foret tantum Sophus.
Ah, quam beatus sum foris, miser domi!
Alterius multi arbitratu sunt beati; at quis suo est.
Ante mortem ne beatum quempiam vocaueris.
Ante mortem nemo vere se beatum dixerit.
Ante mortem se beatum qui vocat, fiet miser.
Ante mortem se beatum qui vocat, bis est miser.
Ante mortis cur beatum quempiam pausas voces.
Ante summum se beatum nemo dixerit diem.
Ante vita ne beatum quempiam finem voces.
Bene agere, atq; audire, summus est beatitatum apex.
Cui beata vita in horas est, beatus est satis.
Dixeris vere beatum quem sui non pœnitet.
Es beatus? ante votum consequeris omnia.
Es beatus si tibi omne gaudium ex te nascitur.
Est beatitas voluptas absq; pœnitentia.
Est beatitudo sano sana mens in corpore.
Est beatitudo sola semet agnoscentibus.
Est beatus cui voluptas cui dolor modum tenet.
Est beatus, qui sui animi viuit ex sententia.
Et probrosus & beatus esse nemo idem potest.
Est sua & probo in catenis inq; cruce beatitas.
Hac luce Crœsus forte cras Irum dabit.
Haud potest dici beatus quispiam nondum situs.
Hoc mage ipsum se beatus eleuat quo deprimit.
In beatitate summa summa item infelicitas.
In malum nullum beatus incidit, quin obterat.
Inquiete mentis omnis peneris beatitas.
In rotam beata vita scandit, at rarissime.
Inquieta mens beati non recipit vocabulum.

Iunge semper te beatis, iunge semper prosperis.
Maxima est beatitudo, pura conscientia.
Maxime iis vita est beata qui parum desiderant.
Maxime omnium est beatus, qui omnium est miserrimus.
Maxime semet beatos qui minime sunt iactitant.
Maxime sibi est beatus qui beatus nemini est.
Mens facit vitam beatam, non habentia modus.
Neminem ante imam beatis aggregare fas diem.
Neminem dicas beatum luce solis qui vtitur.
Neminem voces beatum quamdiu aerem trahit.
Nemo ita est miser, beatus esse deinde quin queat.
Nemo perpes est beatus, nemo perpes est miser.
Nemo se dicat beatum funus ante lugubre.
Nemo se ferat beatum ante vltimum vitæ diem.
Nemo non est beatus, esse quin velit beatior.
Nemo viuens est beatus: sunt beati mortui.
Nil beatius quieta dote conscientiæ.
Nil beatum parte ab omni. proximum est bono malum.
Non datur quidquam beatum quod sit omnibus modis.
Non diu beatus audit sors beatum quem facit.
Non potes beatus esse si cares prudentia.
Non potest dici beata mens cui est sua inquies.
Non potest dici beatus quem timor quem spes agit.
Non potest beatitudo ibi esse, vbi ingens est metus.
Non potest foris beatus esse qui non est domi.
Nulla vita tam beata quin abundet & malis.
Nulli adhuc mundi perennis adfuit beatitas.
Numquam erit beatus, esse qui beatum se autumat.
Nuspiam beatitatis copula ac modestia est.
O beatum illum latenti qui obitæ transit dies.
O beatum pax in alto quem tenet pinguem otio.
O beatum, qui caueri quod nequit, nunquam timet.

O beatum qui excrauit gloriæ pruriginem!
O beatum sana sano mens cui est in corpore.
O beatum, vera virtus cui dat æternum decus.
Omnibus modis beatum quod sit, haud vlli datur.
Optime omnium est beatis cum mori optime queunt.
Quei queat dici beatus, omnium miserrimus?
Quei queas dici beatus qui nec ipsus est suus?
Quem beat sors est, beatus sed pusilli temporis.
Qui beatus ante mortem est, ante mortem fit miser.
Qui beatus in catena est, & beatus in cruce est.
Qui à semet beatus; est beatus perpetim.
Qui foris plus quam beatus, est domi plus quam miser.
Qui fuit semper beatus omnium est miserrimus.
Qui minime omnium putatur vel beatus maxime est.
Qui suus non est, beatus quo vocetur nomine.
Quidquid æternum bonumq́; est id beatum maxime est.
Quilibet non est beatus, qui beatus dicitur.
Quis se beatum ipsam ante mortem prædicet?
Quispiam ne sit beatus pausa postrema arguit.
Quisq; se reddit beatum; quisq; se ditem facit.
Quisq; vult beatus esse, rarus at bono modo.
Quo beatior quis audit, seruus hoc est plurium.
Quod beatum est, id molestum nec sibi nec alteri est.
Quos beatos æstimamus sunt miserrimi omnium.
Quos miserrimos putamus sunt beati maxime.
Rarus & domi beatus & beatus publice est.
Rarus est beatitatis dona qui ferat sua.
Rebus in cunctis beatus rarus est, rarusq; erit.
Rebus in fluxis beatus esse queinam quis queat.
Sæpius mortem precantur quos beatos credimus.
Sanitas virtus, honestum, quem beant, quid plus velit.
Sat beate vixit ante vota mortuus sua.

Si vocant multi beatos queis beati inest nihil.
Sit suus necesse est esse qui beatum se cupit.
Spes vbi est metusue prorsum nulla ibi est beatitas.
Stultus est foris beatus, ipse at introrsum Sophus.
Vis beatus esse? te illud esse item quod scias.
Vis beate viuere? à te qua beant hominem petas.
Vita multis est beata, mors beata sed minus.
Vita cui minus quieta est, beata item minus.
Viuit is vere beatus qui caret spe, qui metu.
Vix erit domi beatus, qui beatus est foris.
Vnus beatum quisque se, qui vult facit.
Vt beate agat se ipso est quisque contentus Sophos.
Vt beatus sis, memento semper esse id quod mere es.
Beata vita vbi est, ibi felicitas.
Beatitatis est apex timor Dei.
Beatitudo in mente non in corpore est.
Beatitudo mater est virtutum.
Beatitudo mentis est haud corporis.
Beatus est qui nil cupit quam quod habet.
Beatus omnis qui timet cæli Deum.
Caue beatum quem voces superstitum.
Dici beatus ante funus haud potes.
Domi est beatus qui modo esse se cupit.
Dum viuus est dicas beatum neminem.
Ecquis beatus est Dei absque Numine?
Fere beatis haud modus sortis suæ est.
Frustra est beatus ille qui nihil sapit.
Minime est beatus qui putatur maxime.
Nemo ante fatum fit beatus vltimum.
Nemo beatus esse dum viuit potest.
Nemo beatus ex sua sententia est.
Non es beatus esse te si non putas.

Non est beatus qui beatum se putat.
Nemo est beatus, esse qui se non putat.
Non est beatus magna cui potentia.
Non est beatus, qui patienter est miser.
Nunquam est beatus plus habere qui cupit.
Quemnam beatum dixeris viuentium?
Qui non sapit beatus esse quei queat.
Sat est beatus, mens cui sano bona est.
Sat est beatus qui mori cum vult potest.
Semper beatum, dicito miserrimum.
Vere beatus non potest fieri miser.
Vitam beatam sola virtus perficit.

BELLI.

A Deo albus à Deo ater omnis est belli exitus.
A Deo belli vndiquaq; sunt vicissitudines.
Absque diuino fauore laua belli est alua.
Bella sunt Dei flagella, bella sunt Dei cruces.
Bellicus successus omnis à manu summi est Dei.
Cum Deo bellare gentis est gigantica nota.
In manu Dei omne bellum est, omnis & victoria.
Est Deus qui cuncta torquet bella sub metu suo.
Nemo felix bello, amica absq; dextera Dei.
Pro Deo quicunq; bellat, præsidem sentit Deum.
Qui Deum contra capescit bella victor non abit.
Quis Deo pugnante pro se bella formidet nimis?
Rector orbis cuncta torquet bella nutu sub suo.
Bellum vbi est, regis minister quilibet regi imperat.
Bellum vbi est, quiuis minister rege sub quouis potest.
Ne moue bellum aulicorum consilio sed ciuium.

Omne bellum ab imperantum nascitur furoribus.
Rege plus possunt ministri bellicis furoribus.
Rex duello fulmen esto, pace placatus pater.
Rex sapit qui bella sumit ciuibus volentibus.
Absq; consensu suorum bella qui gerit, ruet.
Absq; damnis nulla bella sunt, licet prosperrima.
Absq; cura externa habentur bellum vt est nobis domi.
Abstine à quocunq; bello, dubia cui victoria est.
Ardor aufert belli adaque quod bonum est quam q malū
Arduum est modum atq; finem ponere bellis prosperis.
Arduum finire bella est, inchoare haud arduum est.
Arduum haud est excitare bella; sopire arduum est.
Arma post bellumq; iuri ius suum relinquitur.
Aspera est gens illa bellis, quæ aspera est laboribus.
Asperas torrentis instar res domat vis bellica.
Auctor est rerum nouarum Mars; mouetq; qualibet.
Aulicus pro rege belli tempore est licentia.
Aulicus pro rege quiuis se regit bellum vt viget.
Aut fauere, aut non fauere, Martis anceps alea est.
Aut sitit Mars aut refundit vsq; crudus sanguinem.
Bella cuncta pestilenti nonne sunt ab ambitu?
Bella cur sunt si parentis filij vnius sumus?
Bella definire certum pabulum nolunt sibi.
Bella dum fremunt potitur quisq; honore pessimus.
Bella iusta iniusta fiunt, pacis ergo ni geris.
Bella iusta proq; nobis proq; amicis sumimus.
Bella non minus geri auro quam ensium ferro solent.
Bella non timet iuuentus leuis, at canus coma.
Bella tolles omnia vnam si auferas cupidinem.
Bella vastant ciuitates: pax sed has item terit.
Bella vis cessare cuncta: comprimas cupidinem.
Bellica peccare bis re non datum cuilibet.

Bellicâ in re multum amicus? plus potest pecunia.
Belli & modum statuere gloriæ perarduum.
Bellicam rem expertus horret; ast inexpertus cupit.
Bello in omni parce messi, parce agricultoribus.
Belluinum quid in armis est item iustissimis.
Bellum amat bello beatus; bellum amat domi reus.
Bellum vbi est famesq; in vrbem confluit gens rustica.
Bellum vbi est, fides fauori cedit, ambitui pudor.
Bellum vbi est, heros in horas mutat auri vber nitor.
Bellum vbi est, ibi carere non quit exemplo nefas.
Bellum vbi est ibi necesse bella destrui omnia.
Bellum vbi est ibi omne abundat belluinum dedecus.
Bellum vbi est ius inde & quum egregat se cum fide.
Bellum vbi mucroq; regnat luxq; iusq; nil queunt.
Bellum vbi est possessor horam quis sua est pecunia?
Bellum vbi est, rerum potiri quisq; pessimus solet.
Candidas oues nigrasq; vno habet lupus loco.
Cogitat bellum quoq; artes antea non cognitas.
Causa belli iusta vincit: huic enim fauet Deus.
Ciuium componere absq; cade bella vix licet.
Cui foris non est, ei vltro nascitur bellum domi.
Cuncta bellum aufert homullis, non tamen scientiam.
E leui subinde causa nascitur bellum graue.
Est loco lupis eodem candidum atq; atrum pecus.
Est potens fortuna vbiq; maxime in res bellicas.
Est statim ipsa noxa presto rebus in Mauortijs.
Ex cupidine hominum auara bella sunt orta omnia.
Extra habendus hostis, in te te arma ne vertas domi.
Facta res Romana magna est Marte, non pacis bono.
Fas pio vitare bella pacis insidiastrophas.
Fasq; iusq; lexq; florent pace; bella interiacent.
Filium in bello pauentem flere vix solet parens.

Grande

Grande bellum oris pusilli vilis accendat tuba.
Gentium introducta iure bella quis negauerit?
Haud minus ciuile bellum victor ac victus gemit.
Haurit vnda aque innocentes quam nocentes naufragas belli.
Heu quot & quanti innocentes cum nocentibus cadunt:
Hoste ab externo virilis natio in semet ruit.
Inchoant bellum omne inertes; finiunt fortissimi.
Incheat vir bella stultus; illa sed prudens patrat.
Incipit persæpe bellum peruicax, vt desinat.
Ira vbi est, vbi est cupido, vix boni est belli exitus.
Iunior bellum optat omne: at omne deuouet senex.
Iura pacis mille belli leniora sunt modis.
Largiore bellico, a laus cruore venditur.
Marte tutantur salutem verba pax quibus dedit.
Marte tutantur salutem vis quibus dira imperat.
Martis est mox parte ab vna transire ad alteram.
Maximum in bello periculum maxime timentibus.
Milites bello creantur pace festa antistites.
Mille belli tempore hostes pro vno habet pecunia.
Multa bellis desolantur oppida ac tyrannide.
Mutuis vel bella summa finiuntur nuptiis.
Natus inter ferrum & arma plenus est ferocia.
Nemo laudem è Marte, quiuis quæritat pecuniam.
Nemo mutat pace bellum quam cui est victoria.
Nil ita in bello leue est, quin sit rei obses maxima.
Nil solet Mars pignerare quam merum florem virûm.
Nominis famaq; bello maxima est auctoritas.
Non edit volucrem volucris oscen, aut boni ominis.
Non ferunt se bella vinclo prouidentia regi.
Non potest iustum esse bellum, ni subest necessitas.
Non satis mouere bellum est: instruendum est commode.

Nulla

Nulla pax tam est alta quo non bellicus scendat furor.
Nullus est pudor fidesq; nulla bellico in mari.
Obterunt aque innocentes fulmina atq; noxios.
Occupat Mars fortem alumnum; parcit ignauo nimis.
Omne bellum habeto honestum quod mouet necessitas.
Omne bellum pro salute est, omne bellum pro fide est.
Omnia ex liuore pacis atq; belli sunt mala.
Omnia orta bella causis sunt fere è leuissimis.
Otiosa turba inopsq; absq; bello turbida est.
Pacis vt bono fruaris cuncta bella suscipe.
Pacis ornamenta bellum cuncta paruum dissipat.
Parti vtriq; adeq; Enyo noxia sa ciuica est.
Peius est ciuile bellum principatu pessimo.
Perpetim laboriose viuitur bello in fero.
Plurima vices in armis: Martis haud vnus fauor.
Plus amittit quam lucratur bella gerens ad quadram.
Praliantium aqua caussa spiritus prabet mares.
Praparet bellum necesse est qui otium desiderat.
Promptius flammam excitaris odium quam exstinxeris.
Qualibet moue, ante bellum quam moues: regi nequit.
Quem iuuat lugubre bellum non habet tribum aut larẽ.
Qui cupit bellare, caussam quamlibet iustam astimat.
Qui vigent florentq; bello, pace in parta iacent.
Quos penes vis auri opumue est, maximus belli est metus
Rara felix in remotas expeditio est plagas.
Relligiosos fulmen aque percutit quam innoxios.
Saculo hoc, nil orbis omnis campus est quam Martius.
Sape bellum publicum vnus excitauit furcifer.
Sape palma certus, hosti prada fit vilissimo.
Sapius bellum obuolutum pacis est velamine.
Si foris desit tibi hostis, rex, eum inuenis domi.
Siue victor siue victus Marte ciuili eiulat.

Sus

Sumitur bellum omne pro nostro aut amicorum bono.
Sumitur facile omne bellum, desinitq; ægerrime.
Suscitat fere omne bellum virium æmulatio.
Tam malum est ciuile bellum quam bonum pax ciuica.
Tolle bellum, & cuncta vinclis prouidentia regas.
Vel supra vires quid aude militans bono ac pio.
Vexat æque vtramq; partem flamma ciuilis facis.
Vindica bello domari qui recusant legibus.
Vt foris iam desit hostis, nascitur domi in sinu.
Vt simul semel q; vincas, appares Bellum diu.
Vult perire cum duobus bella qui sumit simul.
Absq; æquitate iniusta sunt bella omnia.
Ad regulam bellum geri vllum non potest.
Auis profana est quæ alteram alitem vorat.
Bello bonus vix pace se præstat parem.
Bello extero bellum caues domesticum.
Bello inditum nomen suum est à belluis.
Bellum absq; norma est, ducit & non ducitur.
Bellum ac simultas nil mali non excitant.
Bellum ante bellum præparat prudentia.
Bellum excitabis promptius quam sopias.
Bellum geras, sed tempore ac loco tuo.
Bellum trahit tyrannus etsi haud sit opus.
Bello nihil præscribere est: seipsum regit.
Bellum omne finit pactio aut victoria.
Bellum omne honesti est commatis pro patria.
Bellum para, simulq; parce ærario.
Bellum tandem ne sit, esse conuenit.
Bis est nefas peccare militaribus.
Ciuile bellum peius est tyrannide.
Constat quies belli empta quantiuis bene.
Cui dux abest feruere bellum non potest.

Et

Et bella iusta iustum habent ducem Deum.
Fortuna belli plurimas habet vices.
Fortuna bellorum artem item victos docet.
Fullo feritur, sed tamen faber cadit.
Gaudere bello militis fortissimi est.
Habere bellum quaestui duces solent.
Hastam arripe si non absque diuûm numine.
Haud desito bello statim pax incipit.
Imbellibus Mars parcit, aufert strenuos.
Iniqua bellans bello, saluus haud redit.
Lex scripta nulla bellum vbi viget valet.
Mores scelestos conterit bello Deus.
Nato homine, origo nata bellorum omnium est.
Non expedit bello esse plurimos duces.
Omitte pugnam, omitte bellum expers Dei.
Opus Dei, successus omnis bellicus.
Prius paramus bella, deinde ducimus.
Prius pares bellum omne quam id exerceas.
Probus coactus, sponte bellant improbi.
Pro legibus bellanto, proque manibus.
Quandoque Mauors copiis neutris fauet.
Qui bella amant sunt fautores belluis.
Qui se haud tuetur cum potest, latro est sui.
Qui se implicat bello semel, nunquam explicat.
Rem publicam lorica lasit plus toga.
Rerum tyrannus omnium bellum pater.
Res militaris lege pacta non fluit.
Res praeliares pace qui tractat sapit.
Suadere bellum haud arduum est.
Vbi est cupido cunque ibi & belli est furor.
Vigente bello regem agit seruus Dauus.

Vnum

Vnum requirunt bella non plures Duces.
Vtrisq; pari pestis est maris ciuicus.

BENEFICII.

A Dei benedictione tota homini est felicitas.
Cui Deus dicit bene, illi quilibet bene & facit.
Et merenti & non merenti quaq; largitur Deus.
Proximum Deo putato qui bene omnibus cupit.
Antequam rex postuletur ciuibus etiam subuenit.
Aspere datum beneficium impetrasse pœnitet.
Debitis beans merentem fructibus, dando rapis.
Ex beneficio minuto gaudium longum probo est.
Floret omne factum in aeuo quod bonis impenditur.
Gratiæ tantum quis aufert, adijcit quantum mora.
In benefactis est properandum: crimini mora optima est.
Multa perdas dona oportet, vnum ut hæreat bene.
Ne quidem beneficia grata sunt malorum non malis.
Non malis memores prioris esse benefacti addecet.
Impetu aquarum benigno Nilus Ægyptum rigat.
Occupare vota primus, proximus gradus, sequi.
Optimis cum digna præstas, munus haud das, accipis.
Perpetim memento si quid est tibi, factum bene.
Qui bene est facti prioris immemor, bonum nego.
Qui beneficium negantis fronte dat, animo negat.
Qui beneficium rogando cui dedit, sero dedit.
Qui malis facit bene, alto semen inijcit mari.
Qui sinu anguem fert rigentem, dente calidum sentiet.
Seminat mare infidele qui bene improbo facit.
Si cupis peccare, lentus; si benefacere, sis celer.
Vix beneficium vocandum est impetratum per preces.

Torpidum fouet sinu anguem qui facit malis bene.
Vis bonas duplare res? ijs adde item voces bonas.
Benefacta mille destruas culpa vnica.
Benefacta verbis nemo reddit, re est opus.
Beneficus es rex si æmulari amas Deum.
Beneficium bono datum, omnibus datum est.
Beneficium mali maleficium autuma.
Beneficium mali in bonum verti nequit.
Beneficium prius feras quam posceris.
Beneficium quando q; qui dat accipit.
Beneficium qui non statim ingerit, negat.
Beneficium qui sumit à malo est malus.
Beneficium recipere, regia iniuria est.
Bonos beando proxime itur ad Deos.
Deliberator quod dat, hoc capit sibi.
Fac bonis bene, nam quod fit bonis bene haud perit.
Nimium interest beneficium quo ponas loco.
Non adficit me, si quid expressit rubor.
Non est beneficium quod recusanti ingeris.
Nutrit lupos quisquis malis facit bene.
Pluris beneficium æstimes quam iniuriam.
Quidquid merenti das mihi, imputo tibi.
Quisquis moratur, est neganti proximus.
Qui Deum æmulari quærit rex, bene omnibus facit.
Non queunt beneficia tangi dextera; animo cernimus.
Nesciat sinistra, dextra quod patrat boni manus.
Quæ conferuntur in bonos, dantur Deo.
Quod displicet danti beneficium neges.

BE-

BENIGNITATIS.

Cui Deus non est benignus, frustra ei adsunt omnia.
Cui Deus non vult male, illum laudat & hostis suus.
Cum Deus cupit bene urbi vertitur malum in bonum.
Est Deus cunctis benignus, est Deus cunctis tener.
Et Dei benignitates templa culta prædicant.
Nemini trux aut benignus absq; mixtura est Deus.
Ob benignitatem amatur, haud potentiam, Deus.
Omnibus Deus benignus est, malignus nemini.
Omnibus Numen benignum est, maxime immerentibus.
Quo mage est Deus benignus, hoc fit & celebrior.
Quo magis Deus bene audit, hoc fit & benignior.
Quo magis numen benignum, maior hoc ei est honos.
A benignitate regis est quies regni ac fides.
Æmulari amas Deum rex, sis tuis benignior.
In Deos transcribit una Principem benignitas.
Magna sit regum potestas, maior at benignitas.
Omnibus benignitatis regia portus patet.
Principum verus character unica est benignitas.
Proximos Deo regentes collocat benignitas.
Qui benignus esse nescit, nescit agere Principem.
Qui suis non est benignus, regij nil rex habet.
Regis est benignioris cuiq; partiri suum.
Rex suo benignus hosti regnat & tute & diu.
Se patrem cupit vocari rex benignus, non herum.
Sis benigus rex benignum senties sic & Deum.
Alteri benignus esse non potest, qui non sibi est.
Antequam rogetur, id iam præstitit benignitas.
Corpori quod neruus, hoc est urbibus benignitas.

Cum

Cum modo Dei colenda est multiplex benignitas.
Demerendi occasiones occupat benignitas.
Ecquis est benignus erga se benigne agentibus?
E sinu laudis profuso profluit benignitas.
Est onus quæ promerenti redditur benignitas.
Et voluntati benignæ præmium datur suum.
Extero haud erit benignus est iniquus qui suis.
Fontium fit more eundo grandior benignitas.
Imputet rex omne quidquid est potestq; uni Deo.
In bonos esto benignus in sceleslos corniger.
Infimis summisq; grata est immerens benignitas.
Lauream benignitatis ante habe ituri fero.
Nemini non est benignus qui optime est notus sibi.
Nemini non ore req; lenis est benignitas.
Nil tibi sit cum bilingui, certe amicum illum haud pares.
Non caret benignitate vrbs, cuiq; vbi datur suum.
Non fatigatur merendo publice benignitas.
Non potest benignitate cicurari mens mala.
Omnibus te da benignum; maxime tamen tuis.
Numinis loco est in Vrbe qualibet benignitas.
Pessime noli mereri de benignitatibus.
Qui malignus in benignum est, nemini fiet bonus.
Plus potest rigore duro flexilis benignitas.
Qui benignus haud sibi ipse est, nec benignus alteri est.
Præuenit preces rogantum nobilis benignitas.
Quem nequit vis vincere aut fraus, vicerit benignitas.
Qui sibi non est benignus, nec benignus alteri est.
Sæuus in suos, benignus nunquam erit circa exteros.
Semper æquus est benignæ calculus potentiæ.
Vincitur benignitate, fraude viq; interritus.
Vix potest dici benignus qui roganti profuit.
Vnius mors perbenigni, publicum infortunium est.

Vrbs

Vrbs viris carens benignis, est latronum patria.
Acceptior Deo hostia est benignitas.
Arbor putata redditur fæcundior.
Beneficium cum dat benignus accipit.
Benignitate non cicurantur mali.
Benignitatis omnibus portus patet.
Cunctis benignus esto; maxime tuis.
Fac sis benignus, vt benignus sit Deus.
Facit cito omne quod facit benignitas.
Nescit moras, nescit diem benignitas.
Par est Deo quisquis bene omnibus cupit.
Penuriæ succurrite haud ignauiæ.
Plusquam duplex benignitas vltronea est.
Potissima est dos Principis benignitas.
Quam maxime reges decet benignitas.
Reges benigni proximant ipsi Deo.
Regina virtutum omnium es benignitas.
Similima est Deo innocens benignitas.
Sinistra ferme Principum est benignitas.
Spontanea omnis est Dei benignitas.

BIOTHANATI.

Est nefas mori absq; summi commeatu numinis.
Lædit Deum quicunq; seipsummet necat.
Nemini mors occupanda est absq; præcepto Dei.
Nemini sumenda mors est antequam Deus iubet.
Exitus iacet Catonis sub cicuta Socratis.
Impias adferre nulli fas sibi ipsi dexteras.
Mors sua accersita dextra mortium tristissima.
Proijcit quicunq; vitam, cordis haud est masculi.

Se necans desertionis crimen incurrit graue.
Se sua manu necare crimen est ignauia.
Socratis malim cicutam quam Catonis exitum.
Transfuga es si missionem tu tibi facis manu.
Graue est manus afferre proprias sibi.
Proijcere vitam feminæ est; certe haud viri.
Quisq; manus infert sibi, duc impium.
Semet necans, dementior quam fortior.

BLANDITIARVM.

Blanditer regi loquare, assecliq; proximis.
Demerendæ oratione byssina aures regiæ.
Regiam aurem non penetres absq; voce byssina.
Regibus nihil loquendum, vel loquendum blandius.
Absq; morte audire raris fas melos Sirenium.
Absq; morte audire Vlyssi, est epos Siredonum.
Arduum est transire surdis auribus Siredones.
Blandicella dicta ferme discrepant à sensibus.
Blanditas benignitate si caret mendacium est.
Congregat panthera odore, quos fero ore dissipat.
Cor dolosum est ora quamuis blanda sint Siredonum.
Ecquod est quod blandiendo femina haud extorqueat?
Et probus fronte atq; dictis perditur pellacibus.
Impetres plus palpo & ore quam flagello quam face.
Iunior, caue dolosa dicta blandientium.
Libere loqui est amici; Sannionis blanditer.
Maxime timenda verbis perbenigna femina.
Minime amicus est quamuis blandus est per omnia.
Mortis exors rarus odas audijt Serenias.
Non abest à morte longum cui canunt Siredones.

Omni-

Omnium repleta non sunt ora mellilinguibus,
Plurimum lenocinanti prodit à lingua mali.
Plus in hostem verba blanda ferro & ignibus queunt,
Sæpe mel merum ore fundit, cor cui omne felleum est.
Sensibus quæ blandiuntur non habent fastidium.
Suada quos nequit, refrenat iustior vis ac metus.
Sunt supra vim sunt supra arma cuncta, verba mollia.
Supplici canore prædam fert suam Siren triplex.
Tunc adulator nocere vult vbi est blandissimus.
Verba blanda habent venenum, certe ab hoste prodita.
Vult mori qui audire gestit dulce Sirenum melos.
Amici amicis grata ferme amant loqui.
Blandiri oportet, non minari, regibus.
Cassa est fides sine absq; blandientibus.
Cassa fide sunt blandientes iugiter.
Heu quot dedit pessum melos Sirenium!
Heu, verba nimium blanda; non placent mihi.
Infunde mel citra necesse quam putas.
Malis medetur sermo suauis pluribus.
Noto canis blanditur, ignotum allatrat.
Semper time, semper melos Sirenium.
Sermone dulci quemlibet Siren tenet.

BONI VIRI.

Nulli adeque sunt timendi quam Dei nimis boni.
Quis Deo, bonus quod esset, egit vnquam gratias?
A bono maloue rege ciuium bonum aut malum est.
Es bonus rex? ridet æther itq; gratior dies.
Es bonus rex? templa florent, æquitas viget foro.
Gloriam fert rex perennem qui bonos censu beat.

Promptius regum bonum optas, quam bonum regem inuenis.
Multi ante regnum sunt boni, in regno haud item.
Non sat est regem bonum esse, sit seueriter grauis.
Pax in agris oppidisq; regem sub bono floret.
Principes bonos tabella comprehendas vnico.
Regium est bonos bonorum Camerari pramijs.
Rex bonus mundi est voluptas, rex bonus cœli est amor.
Rex bonus pauper sibiipse est diues at reipublicæ.
Si bonos vis esse ciues, imperator sis bonus.
Sit bono lenis potestas, sit seuera non bonis.
Sub bono imperante nullum cuipiam accidit malum.
A bonis omne est remotum lege naturæ malum.
Alteri bonus, sibi esse non potest nisi optimus.
Arduum est bonum manere pluribus mixtum malis.
Ciuitas punitur omnis cum bonus vir ipsi obit.
Ciuitatu clade grandi morte tollitur probus.
Cui malo esse impune fas est, sed negat, dic optimum.
Cum bonis bonum esse nil est, sed bonum esse inter malos.
Dat bonos natura pauces, perficit plures.
Fit statim bonus bonorum quisq; contubernio.
Hoc habent boni, quot bonis se nouo induunt bono.
Illico bonus fit, esse qui cœpit modo bonus.
Immemor facti prioris non mali, quei sit bonus.
Magna clades instat vrbi iustus ex qua tollitur.
Mors boni totius vrbis publicum infortunium est.
Nascitur probus bono vrbis, at malo denascitur.
Nec bonum natura fecit quempiam alma nec malum.
Nemo ibi est bonus malusue, quique vbi aut boni aut mali.
Nemo non bonos honorat, nemo non odit malos.
Num voluntate an coactus sis bonus multum interest.

Num-

Numquam amicos patriamue vir bonus tractat male.
Numquam periuit quod bonis factum bene est.
Nusquam bonum inuenire est cui nihil insit mali.
Omnium malo atque damno ciuis interit bonus.
Optimis vis imperare? sis primis rex optimus.
Promptius quemcunque praestes alterum quam te bonum.
Publico infortunio vrbis vir bonus denascitur.
Qui bonus necessitate est perperam voces bonum.
Qui bonus necessitate est, sponte non erit bonus.
Qui bonus sponte est ab illo nil mali vnquam nascitur.
Qui malos non odit esse non potest mere bonus.
Qui patrum consulta quique iura seruat, est bonus.
Qui sibi est bonus malusue, talis est & ceteris.
Quisque se bonum esse iurat: quisque se negat malum.
Quod bono facis bene omnis floret aui tempore.
Quottidie se melior ipse fit bonorum natio.
Rarus est bonus maligno publico rei statu.
Saepe qui boni fuere, postea fiunt mali.
Semper est bonis bene, imo semper est malis male.
Si bonus vis esse, primum credito esse te malum.
Si bonus vis esse, primum scito te esse pessimum.
Sis bonus tecumque nullum non probum vnquam perferas.
Sit malo grauis necesse est esse qui velit bonus.
Tam bonus malusue nemo est, quin sit alternabilis.
Vir bonus bono potentem se facit, malus malo.
Vir bonus, defensor acer optimarum partium est.
Vir bonus quaeri potest quidem; inueniri non potest.
Vix bonus dici meretur qui bono cuiquam est malus.
Vix obit bonus sine vrbis publico sua malo.
Boni character est, benignum esse omnibus.

Bonis male est in orbe? at in cælo optime est.
Bonus fere est prognatus est quisquis bonis.
Bonus malusq; non valent idem Deo.
Considerantur à Deo boni ac mali.
Heris bonis servi mali; & malis boni.
Malus in suos, nunquam exteris fiet bonus.
Noli meminisse, si facis bono bene.
Necessitate si es bonus, non es bonus.
Non est nouum pati optimos vel pessima.
Paucos facit virtus bonos, plures timor.
Plerunq; fraudi noxia bonitas patet.
Plures facit metus bonos quam præmium.
Pœnæ metu plures boni quam præmij.
Quod purpura est in veste, in vrbe id est bonus.
Quotidie se melior ipse fit bonus.
Quotidie sceptior ipse fit malus.
Rari pudore sunt boni, plures metu.
Reges verendi sunto, non solum boni.
Vera obuenire non solent malo bono.
Vitam per omnem carus est Deo bonus.
Vt sis bonus nulla est re opus, nisi vt velis.
Vult esse quiuis rege sub bono bonus.

BONORVM.

A bono manant bona omnia, à Deo nullum est malum.
Obuenit Pijs bonum à Deo, omne dormientibus.
Optime quando est scelestis, pessime ijs tunc vult Deus.
Quem Deus punire vult is quod bonum est putat malum.
Suggerit cuiuis bonum omne, nemini malum, Deus.
Principis bonum malumue publice omnes occupat.

A bo-

A bona manu bonum omne est, à mala manu malum.
A bonis discerne proba, sint licet simillima.
A malis bonum profectum vix habendum est pro bono.
Ad bonum plerosque laudum blanda Siren allicit.
Ad bonum vnum damna bina dant Dei mortalibus.
Æs fit aurum: aurumq; factum, nunquam in æs conuerteris.
Aurum abit formas in omnes; materia ast auri manet bonum.
Bonum fere omnes prædicant quod vtile est.
Cui fuit nunquam male, illi esse non potest bene.
Cum Dei timore pessum cuncta eunt statim bona.
Cura cui boni atque honesti, ciuium puta optimum.
Est malis bonisq; rebus quæpiam vicinitas.
Et bonus malusq; laudat ore concordi bonum.
Id bonum putatur in quo præualent malis bona.
Mens inebriata languet ceu mero rebus bonis.
Multa passim à vulgo habentur, quæ tamen non sunt bona.
Multi probant mala, at nemo bona improbat.
Nec dari nec eripi potest homini quod optimum.
Nec potest dari eripiue quod hominibus optimum est.
Nemo non adulterinis vera posthabet bona.
Non habet bonum perenne, nec dare illud sors potest.
Non potest dari eripiue quidquid homini est optimum.
Omne quod bonum est, manere non solet semper bonum.
Omne quod bonum est nocere non cupit, magis iuuat.
Optimum inuadas labore: sponte nemini venit.
Plebs bona esse quæ asseuerat sæpius, sunt pessima.
Quei bonum sit, vsus ex quo nullus est nisi ad mala?
Quei queat bonum vocari quod potest verti in malum?
Qui bonis se sortis effert, non suis effert se bonis.

Qui petit bona omnia à se, nil ei mali accidit.
Quidquid est bonum malumq́ue, nec bonum plane aut malum est.
Quidquid est bonum orbe toto, mutuis hæret iugis.
Quod bonum est, fac usq́ue vulgi nec pili fac calculos.
Quod bonum est malumue, longum non manet bonum aut malum.
Quod bonum est malumue ab usu singulatim discito.
Quod bonum est malumue; semper permanet bonum aut malum.
Quod bonum est, solis inhæret applicatq́ue se bonis.
Quod fuit multis bonum annis in malum verti nequit.
Rarior concessa vero percipit sensu bona.
Tam bonum nil est, malum esse quin queat mixtum malo.
Tam bonum malumue nil est, sæpe quin mutet vicem.
Turpe habere cuncta quemquam, præter ipsum se, bona.
Vertitur tandem æs in aurum tempore; aurum æs nunquã erit.
Bona omnia à se qui petit nulli inuidet.
Bonum malo miscere si vis, haud queas.
Id optimum est in quolibet cui nascitur.
Immixta semper sunt malis Dei bona.
Mendace quæuis vita fucata est bono.
Non est bonum quod esse desinit bonum.
Non est ferendum cedat ut malo bonum.
Nullum est bonum quod non proprium sit Dei.
Nunquam bonum lædit, malum nunquam iuuat.
Nunquam placent vel optima absq́ue moribus.
Quo latius patet bonum hoc præstat magis.

SVM-

SVMMI BONI.

Summum bonum si quaeritas, Deum inuenis.
Ad bonum quiuis supremum dirigit mores suos.
Impudentibus voluptas corporis summum est bonum.
In bonum summum latroni furibusq; nil licet.
Mentis in tranquillitate dos sita est summi boni.
Mentis in tranquillitate quaerito summum bonum.
Summum bonum mortalibus mens est bona.
Summum vbi bonum est, timori nil vacuum nil spei.
In mente summum cuilibet bonum sua est.
In se repostum quisq; habet summum bonum.
Summum bonum est in mente, non in corpore.
Supra bonum pulchrumq; summum ipse est Deus.
Quod potest mutare tempus, ne putes summum bonum.

CÆCITATIS.

Aure captum oculove nunquam est ad scelus Numen poli.
Aureis nummis Philippi caeca facta Graecia est.
Caecat ipsum se intueri qui diu in solem cupit.
Caelibes orbiq; quouis sunt sacres semper loco.
Est potestas caeca quam dos non obit prudentiae.

Radius qualung, morte cæcitatis est malum.
Grandis mors malum, sed ipsa grandius pol cæcitas est.
Iudices occæcat auri fulgor etsi lynceos.
Munerum sordes, potentum luce priuant lumina.
Nemo ita est oculatus auri luce quin cæcutiat.
Peruenire lucem ad vllam quis queas cæco duce.
Pluribus remota vita est cælibum à molestijs.
Quin subinde cæca ab auri cruda luce fit fides.
Quos fouet fortuna cæca cæcat etsi Lynceos.
Seruum habebat vnum Homerus cæcitatis adseclam.
Cæcus est quiuis in ira: cæcus imo & surdior.
Cæcus atq; mancus esto commatis iudex boni.
Cæca opes non sunt, videntes quando nacte sunt heros.
Cæcum nega qui mente cernit omnia.
Caduca firmum multa res tangit virum.
Commendat & lucem ipsa visus cæcitas.
Est morte quauis cæcitas maius malum.
Excæcat auri fulgor oculatissimos.
Magna caret cælebs homo molestia.
Iubar lucri ipsam sæpe item excæcat fidem.
Vel mente cæcat præditos donum optima.

CÆDIS.

Absq; cæde clam palamue vix obit princeps malus.
Vix tyrannus vllus vnquam morte sicca concidit.
A suis plures amicis occidunt quam ab hostibus.
E leui quandoq; verbo cruda cædes nascitur.
Finienda cæde non sunt lex quibus frequens patet.
Fit reus cædis reum absq; cæde qui emittit manu.
Innocens à cæde vitam mox resumit alteram.

Longe ab occidente non est mente spirabis sanguinem.
Pauperi sua est voluptas ex potentum cædibus.
Quempiam ne voce an armis interimas nil interest.
Regicidio ante cædem regis ægre creditur.
A cæde vita fit noua innocentibus.
A cæde vitam sumit innocens nouam.
Cædem patrat quicunque cædem concipit.
Cædes piatur cæde succidanea.
Est ira certa cædis horrida parens.
Est vna cædes corporis, animæ altera.
Facessat ira, cautio ad cædem vnica.
Gnatum paternæ cædis vltorem time.
Qui cæde gaudet, vix cadit fato suo.
Qui cæde gaudent, hoc ferunt stipendium.
Quis haud patratæ præmium cædis tulit?

CÆLORUM.

A parente lucis omne cælitus venit bonum.
Abneges ipsum te oportet, si cupis cælo frui.
Ante obitum nulli creato porta cælorum patet.
Aspicit subinde cælum mens honesti conscia.
Cum Venus cura est homullis, summa cæli incuria est.
Despicit terræ pilam anima cælitum mixtus choro.
Ecquis est cælo vocanti qui libens non pareat.
Ecquis est qui dona cæli pendat æquo examine.
Ecquis est qui serio vnquam cogitat cælestia?
Exuit cæli omnem amorem, terræ amorem qui induit.
Hei mihi! quot terræ amore, cæli amorem deserunt.
Indoles, rectique mores, & pudor, cælo beat.
Mens, mala ingruente demum sorte, cælum cogitat.

Mors vetat mori eruditos, mors pios cœlo beat.
Mortis expers sola virtus scandit astra cælitum.
Nemo ad astra scandit, alas cui labor non commodat.
Nemo cælum nemo sidera aspicit summ è grege.
Nemini cum sarcina ampla scandere ad cælum datur.
Nemini diem ante summum porta cælorum patet.
Non tenetur cæli amore terra qui dat quod colit.
Per laboris quisq; pennas cæli ad astra deuolat.
Per viam lethi ad suprema Siderum migrant pij.
Perge qua secunda fama monstrat ad cælum viam.
Perpetis felicitatis componimur in polo.
Præmium est cælum beatis, pretium est Deus pijs.
Quanquam vbiq; sit, sibi ipsi vindicat cælum Deus.
Quidquid è cælo adsequeris ipse debebis tibi.
Strenuis lumen perenne est, strenuis cælum patet.
Terra amarescant oportet blanda cæli vt sint bona.
Tollit ambidextra virtus se supra cæli domos.
Tramite angusto ad supernas scandimus cæli domos.
Vis viam calcare cælorum? à timore age incipe.
Veritas benignitasq; Principes infert polo.
Alis laborum cæli adit virtus plagas.
Cælos adire quisq; qui vult non potest.
Cælum beatis cedit omne in præmium.
Deducta cælis rursus ad cælos eunt.
Lata ad poli arces scandere haud datur via.
Mens orta cælo non perit cum corpore.
Ne fas piumue est flere cælorum incolam.
Non est gemendus quem beat cælo Deus.

CA-

CALAMITATIS.

Absque calamitate virtus nullius nomen rei est.
Alta mens nunquam prementis subtrahit collum Deo.
Altius radice tendit arbor, irato Ioue.
Calamitas virtusque eisdem sæpe se tenent locis.
Calculus vilis recoctus in smaragdum vertitur.
Grando nil vetat colatur quin humi à rusticis.
In mala re constitutis est amicus pro Deo.
Mentis error calamitosis est voluptas maxima.
Nemo amicus calamitosis est: ne quidem frater suus.
Nemo sic iacet, suo hosti quin fieri queat metus.
Optimis æque calamitas ingruit quam pessimis.
Publico in malo, urbe tota quilibet ficte est pius.
Quis putat deberi amicis calamitatis gratiam?
Rebus in malis amicus à Deo differt nihil.
Effeminamur absq; calamitatibus.
Est calamitatum sermo pharmacum optimus.
In calamitosis punctio pro vulnere est.
In re mala potissima amici exactio est.
Quis calamitoso verba deneget bona?

CALVMNIÆ.

A calumnia æq; momo tutum in orbis nil rota est.
Ciuium in mala inquiete stat susurronis quies.
Cominus nequit nocere ast eminus calumnia.
Cominus tibi instat hostis, eminus calumnia.
Corda vulpis inquieta possidet calumnia.

Cuncta honesta, cuncta inhonesta venditat calumnia.
Dedecet liuor poetam, dedecet calumnia.
Est leo, calumniator: cum periclo raditur.
Est nocentior veneno quolibet calumnia.
Ferre non potest diei spiculum calumnia.
Impetus calumniarum eludere innocentia est.
Innocens quis esse possit, si sat est delatio?
Maxime pium integrumq; vellicat calumnia.
Nemini fidem tyrannus deferentium abrogat.
Optimosq; decolorat pestilens calumnia.
Peste non est vlla maior obuiam calumnia.
Promptius labem huic vel isti asperseris quam absterseris.
Qui latenter criminatur fit cliens calumnia.
Se magis calumniator inquinat quam ceteros.
Stultus est malusue quisquis dat locum calumnia.
Tres simul semelq; quæsiis inquinat calumnia.
Vmbra vt est comes vianti, sic bono est calumnia.
Vulneri aspidis mederi non potes, vitam rapit.
Ad criminandum aptissima est calumnia.
Calumniandi nemini est suus modus.
Conuicijs haud vincitur calumnia.
Contra diem haud durat diu calumnia.
Hirudo famæ, pestilens calumnia.
Quouis veneno peior est calumnia.

CANDIDATI.

Aut Lauerna candidatus miles est, aut Murcia.
Dignitatis gloriaq; campus omnibus patet.
Est malum hercle multiforme candidatorum ambitus.
Maximum est ambire nolle, cum mereri sufficit.

Miles.

Miles ecquis candidatus est Honoris, aut Dicis?
Miles eiurato luxum candidatus gloriæ.
Publicæ causa salutis candidatus est Cato.
Quis fuga vnquam candidatus sacra fecit gloriæ.
Accipere nolle, quam mereri maius est.
Auspicia campi Fors & Ambitus regit.
Paruo acquiescit candidatus Numinis.
Veritatis candidatus omne, quod vult obtinet.

CANDORIS.

Candidus rex esto: certe candor est mere Deus.
Candidus rex sit necesse est, si litare vult Deo.
Candida omnis est Camæna, candida omnis est Charis.
Candidus nunquam imparatum inuadit aduersarium.
Candor profatur quod videtur optimum.
Cordis à candore fons est omnium virtutum.
Est penes virtus eum omnis pectus cui candidum.
Est vbi candor, cor altum, cor ibi est plenum Deo.
Haud subit sinistra mentem candida suspicio.
Iam super candoris vmbra nulla, nullum somnium.
Semper in candore mens est absq; noctis nubilo.

CANITIEI.

Appropinquantis senectæ testis est albicans coma.
Canitudo prodit annos, non item prudentiam.
Canus à prima iuuenta totus extitit Numa.
Quilibet canus capillus mortis est prænuncius.
Rara res videre canam nauitæ senis comam.

Rarus ad canos capillos peruenit bellax nimis.
Cani ante tempus ingruunt merentibus.
Cani capilli haud afferunt prudentiam.
Sæpe ante canos tristibus canescimus.

CAPTIVITATIS.

Captus es? Deum sodalem crede quamuis non vides.
Carceri inclusis profano consolator est Deus.
Cum fidelibus subintrat carcerem suis Deus.
Ne quidem suos relinquit Numen in ergastulis.
Captus innocensq́ vultum neminis defugerit.
Carcer est locus, libenter quisq́ vbi esse non cupit.
Carcerato grata semper esse libertas solet.
Ciuitate capta cunctos occupat captiuitas.
Est auis quidem hercle capta si vnico pendet pede.
Fortis, à captiuitate, se sua asserit manu.
Liberum domi tenere nemo vinculis potest.
Liberum nega catena qui sua anulos trahit.
Monoceros potest necari, sed tamen capi haud potest.
Nemo carcere aut catenis de beato fit miser.
Nemo non sibi catenas carceris nectit sui.
Nemini fas est habere carcerem domi sua.
Nemini non est catena cui manus vltro dedit.
Nemini punire fas ædibus suis reum.
Qui suam trahit catenam cur solutum prædices.
Quo quis inuitus moratur, is locus pro carcere est.
Strenuus dux raro in hostis incidit viuus manum.
Vincias corpus: ligare nullo animam modo potes.
Vincla quæ prosunt saluti neminem grauant probum.

Vin-

Vinculis elapsa duplas obtinet vires fera.
Vir malus semet fere ipsum induit sponte in plagas.
Vir Sophus sibi tribunal, Vir Sophus carcer sibi est.
Vrbe capta, nil Biantis tollit hostis de bonis.
Ab hoste captus, nunquam erit miles bonus.
Capi potest sed non cicurari bison.
Captus domari non potest vnquam bison.
Donare captum honestius quam vendere.
Habere nemo carcerem potest domi.
In carcere habere neminem licet domi.
Iniurias nemo suas punit domi.
Nemo domi reum actor vinclis indidit.
Non est solutus qui trahit vinclum suum.
Nullus potest vincere liberum domi.
Se quisq; fune criminis ligat sui.

CARMINVM.

Absq; vino dithyrambus non fit atq; numine.
Carmina affectum fateri est per minuta maximum.
Carmine in sues Vlyssis Circe vertit compares.
Dithyrambus e salina nascitur dulcis meri.
Et petras ferrumq; tempus demorat, non carmina.
Impij est regis licenti vulnerare carmine.
Improbi rumpuntur angues efficaci carmine.
Lex vetat decemviralis carmen efferri malum.
Non timent horas nec annos gloriosa carmina.
Ob stylum liberiorem nemo regum ringitur.
Etiam decus sunt carmina immortalium.
Ex innocenti cui periculum est metro?
Insanientis carmen optimum omnium est.

CARNIS.

Imperat stultis caro, ipsi dum Sophus carni imperat.
Nil caro cadauerosum quam anima pondus est sua.
Suauissima est caro ossibus quæ proxima.
Carnalis ille est, vitia quem fœda obsident.
Carnigeris morem impius pius domat.

CARPENDI.

Parcius laudare regem, nonne regem carpere est?
Se putat carpi potestas cum minus laudis refert.
Carpi ab intime eruditis summa laus est, non nota.
Culpa par, laudare semet atque semet carpere.
Moribus vitaque carpas quempiam humanissime.
Nemo non aliena carpit, nemo non laudat sua.
Quem tua vita ipse carpis, carpis vrbanissime.
Quisque carptor est alieni, quisque laudator sui est.
Se nemo carpit; quisque carpit alterum.
Tam bonum nil integrumue, carptor adsit quin suus.
Turpius quid, quam quem in alio carpis, hoc morbo affici?
Carptoris expers nil in orbis hac pila est.
Senex perennis carptor est præsentium.
Stulte in altero reprendas ipse quod facis domi.
Vulgus profanum carpit & quod non capit.

CASTIGATIONIS.

Neminem Deus coercet quam quem habet pro filio.
Quem Deus castigat, illi est non Deus sed & pater.

Quem

Quem Deus castigat, illum diligit vel maxime.
Filium nega, parentis virga quam urens negligit.
Filium patris negato, virga quem nunquam impetit.
Filius non est, parentis virga quem nunquam ferit.
Luca bos loco flagelli caditur bipennibus.
Mitiges plausu atq; palpo spumeum ad flagra ac minas.
Nemo castigatione redditur peior probus.
Nemo castigationes diligit monentium.
Quod flagellum equo, hoc elephanti claua praestat ferrea.
Quod minis auferre non est, impetras poppysmate.
Spectat emendationem cuncta castigatio.
Turpe voce castigare, cogere ense quem queas.
Verbere asperes caballum, mulceas poppysmate.
Vlcebrosis mel molestum est, dulce sed status sui.
Cui par nequis malo esse, id impetres bono.
Ne fiat acri voce castigatio.

CASTITATIS.

Casta labis nil in ipsis contrahat Bacchi orgijs.
Casta, ne quidem inquinetur in Lyaei mysticis.
Caste adit Deum profana mente qui voluit nihil.
Castior nulla est, viriliquam quae in ore non venit.
Castitas breues penates incolit, vastas Venus.
Castitas & pulchritudo raro habent locum simul.
Mater impudica natam sic tamen castam velit.
Non sat est castam esse vita, vel ream gestus facit:
Quam sui peccare mores non sinunt, castissima est.
Castam facit mens corq;, certe non locus.
Castam nega cui gestus est obscenior.
Castam nega cui vestis est lasciuior.

Castum

Castum nega omne corpus obsitum cibis.
Ex mente manat corporum omnis castitas.

CASTRORVM.

Castra formam vrbis minuta quolibet circumferunt.
Castra habent fortes in æquo; colle se munit pauor.
Castra muni vbiq; castra pone securo loco.
Castra nemo diligenter seruat à victoria.
Castra opus nocturna vallo cingere & custodia est.
Castra somnolenta, præda certa sunt si abest vigil.
Castra vbi vigil sopitur hostibus semper patent.
Castra vigile destituta, castra non sunt, sed tori.
Quid iuuant de nocte castra si carent custodia.
Intrare castra, summa fœmina nota est.
Vallare noctem nemini duci obfuit.

CASVS.

Cum cadit probus, cadentem subleuat Deus manu.
In Deo qui spem reponit, si cadit, diu haud iacet.
Casuum sinistra regem non terunt, sed milites.
Militum casus secundos, iure rex ducit suos.
Regna momento vel vno casus euertit frequens.
Rex suis minus mouetur casibus quam ciuium.
Atterit casus sinister omne quod factum est manu.
Auferunt vocem quoq; ipsam non opina casuum.
Casus est offensioq; crebra vita omni in via.
Casuum magis sinistra quam secunda cogites.

Est quidem cecidisse turpe, sed iacere turpius.
Et secuturum prioris lapsus om: is corrigit.
Labitur bene institutus, sed verecunde nimis.
Labitur malus sed inde non amat resurgere.
Labitur probus, sed idem se statim à casu erigit.
Mens hebet ratioq; casus vt repens cui ingruit.
Mente casus orbis æqua ferre qui potest, regit.
Multus in bello haud optimis casibus dandus locus.
Nemo tam bene institutus est subinde quin cadat.
Pene non cadit resurgit quisquis à tractu soli.
Prælio quouis potestas plurimum casus viget.
Qui cadit statimq; surgit, non cadit sed caspitat.
Quisquis à casu resurgit nemini exemplo nocet.
Si cadit virtus, resurgit casu ab ipso fortior.
Vincit & virtus superbam casuum potentiam.
Vix cadit qui lapsus illico exilit lubens humo.
Vix cadit qui mox resurgit: qui iacet diu cadit.
Vix videtur esse lapsus, qui statim sese erigit.
Vix potest casus vocari quum statim quis se erigit.
Ab hoc ad illum casus vsq; transilit.
Afflicta virtus suscitatur casibus.
Auferre id omne quod dedit casus potest.
Census Biantis nil sibi à casu timet.
Labi potest vel institutus optime.
Neges grad fuisse firmo qui iacet.
Nulli obtigit casu bo: um sapientia.
Nunquam cadit Dei fauor quem sustinet.
Quæcunq; dat casus potest & tollere.
Quodcunque casu contigit, sors id mihi est.
Refert mage vnde quispiam, quam quo cadat.

CAV-

CAVSSÆ.

A Deo adiuuantur vltro causa queis belli bona est.
Causa quæ à Dio iuuatur iudicanda est optima.
Causa bellandi tyrannis iusta semper est sua.
Regibus causa esse belli non potest malis mala.
Regibus caussa esse belli non potest bonis bona.
A bono à malo aduocato causa fit bona aut mala.
Absq; dictione causæ morte nemo plectitor.
Absq; dictione causæ qui perit, nega reum.
Æquitas vires secundas addit infirmo gregi.
Causa belli corda adauget, ac simul necessitas.
Causa bell iusta vincit; quippe cui fauet Deus.
Causa belli iusta vires sufficit cuiuis duplas.
Causa cui bona est egere non potest facundia.
Causa quæ bona est agendo non bene, exit in malam.
Causa qualis, talis esse semper effectus solet.
Causa cui bona est ab hoste non potest pessum dari.
Causa cui bona est secundo pene pugnat exitu.
Causa cuius est bona, eius iustior victoria est.
Causa in æqua vel misellus vicerit fortissimum.
Causa iusta sæpe pugna vincitur, bello haud item.
Causa iusta vbiq; victrix est, suo sed tempore.
Causa iusta vbiq; iniquum vincit aduersarium.
Causa nunquam iniusta vincit; iusta nunquam vincitur
Causa tandem iusta plena vitulat victoria.
Causam agas bonam bene, eius vt bonus sit exitus.
Causam agas bonam bene, illi finis accedet bonus.
Causam agas bonam male esse si malam desideras.
Causam agas nec recte agendo pessimam vel optimam.

Diuer-

Diuersa causa rem bonam aut malam facit.
Duplicat causa æqua vires imbecillis maxime.
Est pium vindicq; est honestum, pro bona causa mori.
In bona causa disertus esse quilibet potest.
In bona plerunq; causa plurimum eloquentiæ est.
In malam transire causam vis bonam; ipsam agas male.
Intulit profecto mortem, causa mortis qui fuit.
Ius cui ac iudex negantur, interit tanquam innocens.
Nemini turpe aut pudendum est pro bona causa mori.
Nil valent vires viriue causa belli si mala est.
Non potest nocens vocari cui sui haud defensio est.
Nulla causa est quin agendo non bene illico excidas.
Optima etsi, eget fideli causa patrocinio.
Optimam corrumpere causam vis? agas ipsam male.
Optimam reddas, agendo pessimam litem male.
Pessima fere patronus quæritur causa optimus.
Pessimam reddas agendo vel bonam litem male.
Plus nocet causa tacendo quam loquendo oratio.
Pro bona cuicunq; causa pugna, pugna strenua est.
Qui cadit dictam ante causam, sicut innocens cadit.
Semper est lupis in agnos iusta causa iurgij.
Si bonam causam actitare dextere haud quis, fit mala.
Si bonam perire causam vis, eandem agas male.
Si cupis scelus mereri, tolle ei causam ac caput.
Transit in mala bona omnis causa si ipsam agas male.
Vindicat quascunq; belli causa iusta iniurias.
Vis bonam malamue causam? illam aut agas bene, aut male.
Causa in bona giganta vicerit puer.
Causa bona certissima est victoria.
Causa bona, Dei adsidet fauentia.
Causa bona perennis est victoria.

Corrumpitur male agendo caussa item optima.
Ex actione caussa fit bona aut mala.
Fiduciam æqui spiritus magni decent.
Magnum pusillus vincit in caussa bona.
Ne curiose quære caussas omnium.
Nemo absque caussa quidpiam facit sua.
Non recte agendo caussa fit mala haud mala.
Pro se æstimatur caussa; nil numerus iuuat.
Qui iusta poscunt ijs fauet victoria.
Si litem agas bonam haud bene efficis malam.
Spicam impedire qui cupit semen necat.
Tandem triumphat caussa belli iustior.
Vincit gigantem nanus in caussa bona.

CAVTI.

Melior est dux circumspectus, quam proterue audaculus.
Credulus nulli esto Princeps, sed magis caue omnia.
Res licet sit gesta dextre, sic tamen Princeps time.
Tutus esse vis vbiq; ? tuta vbiq; rex time.
Ad pericla cautus esse nemo sat potest sua.
Ad suas res nemo cautus esse plus satis solet.
Æstimant subacta cote corda prouidentia.
Antefert spei timorem cauta prouidentia.
Calceato est ambulandum per meras sentes pede cauto.
Casibus durata virtus asperis semper cauet.
Cautior modestiorq; est sortem vtramq; qui tulit.
Cautus ac prudens vbiq;, nusquam sis callidus.
Cautus ad fraudes dolosq; est fraude captus ac dolo.
Cautus est ad cuncta sortis gnarus & bona & malæ.
Deuorant grues lapillos ne auferantur à Notis.

Fa-

Fabricat sibi omne fatum cauta circumspectio.
Fastui medela praestans admodum est, casus timor.
Grus saburra onusta ventis remigat contrarijs.
Imputa lucro secunda, laeua pr visu leua.
Maxime ijs fulmen timori est qui exiere fulmina.
Maxime letis sinistra max me voluit Sophus.
Mens metu turbata, caute nusquam sat pr spicit.
Nemo circumsp ctus aeque est re bo a velut mala.
Nemo circumspectus ipsi sat sibi in causa est sua.
Non cito perit ruina, ruina cui formidini est.
No latet struthocamelus qua caput tantum abdidit.
Non po est sat esse cautus qui nihil passus mali est.
Non potest vnquam cauere sat sibi dux sobrius.
Non sat est fortunae ad artes cauta gens mortalium.
Nulla re bona, at mala ingens cuiq; circumspectio est.
Non putaram turpe dictu est imperatori probo.
Nunquam satis cavet sibi innocentia.
Prospero in cursu procellam qui timet, sentit minus.
Prospero in cursu procellam qui timet naui, cauet.
Prospi e: latere quouis scorpius saxo p test.
Quisquis est nigrum caueto fullo carbonarium.
Quod repletus sit timore, respicit semper lepus.
Saepe passus fraudem & astum, fraudem & astum praecaueat.
Scorpium saxo sub omni delitere suspice.
Sic pugil feri hostem, vt ipse te ferire non queat.
Si quid obstat acre cauto, non libet procedere.
Si tibi cauere nescis, quei cauebis alteri.
Si timor tollatur omnis, nulla circumspectio est.
Structio lapidum insequentes demoratur impetu.
Subdoli est omnes cauere, neminiq; credere.
Vt caput struthocamelus abdit, aucupem haud timet.

Et molli in herba pestilens anguis latet.
Iani bifrontes æmuli est principes.
Nemo cauet fraudem prius quam fecerit.
Nunquam nocet modesta circumspectio.
Nunquam sibi sat cauta prouidentia est.
Prudens bonis sit quisq; cautus at malis.
Quod murus urbi, cautio est quibuslibet.
Si vis tibi cauere, te primum caue.
Suadet timores ac moras pectus sagax.

CELEBRITATIS.

Cui fauet Deus, vel ore fit celebris hostium.
Clarior fit rex Sopho vno quam valenti exercitu.
Imperator difflat hostes nomine ipso clarior.
Quilibet rex fit celebris, vel nota, vel laudibus.
Sunt celebres sempiternis sæculis patriæ patres.
Tam celebris esse nequam rex potest quam strenuus.
A bona arte claritudo surgit & verax honor.
Artibus decus paratur claritasq; nomi is.
Clara laus togæ sagiq; mactat insignes viros.
Claritate mentis, aui vincere est angustias.
Esse vis celebris? ore stren us sis aut manu.
Fulget is qui facta summis d gna con it laudibus.
Magna bella sæpe nudum conficit nomen Ducis.
Perseuera in arte, clarus esse qua quondam cupis.
Plurimis cl dem ob supremam contigit celebritas.
Vt celebreris necesse est fortia agere item ac pati.
Inter bonos malim esse quam inter splendidos.
Malim latere, quam patere per nefas.
Semper malis inuisa virtus splendida est.

Tan

Tandem & timendus dux celebris fit suis.
Fiat ut princeps celebris, aut ferat mala, aut patret.

CENSVRÆ.

Principis censuram adores, Aulice, haud examines.
Cuncta dicta, cuncta facta, censor apta tempori.
Cuncta qui facit decenter censor ipsemet sui est.
De bonis bene iudicare quamlibet queunt mali.
Est sibi censor benignus quisq; durus alteri.
Est supra censoris vrnam censor ipse qui sibi est.
Legibus minera censor corripe atq; corrige.
Nemo non sibi ipse iudex mitior mitissimo est.
Non timet censoris vrnam cuncta rite qui facit.
Noxa adulta censor aquus obsecundat in loco.
Noxios censura punit, parsit innocentibus.
Quis grauis censor, quis a[illegible] arbiter scriptis suis.
Qu[illegible] libet sibimet ipsi lenis est; nemo alteri.
Quisq; iam censoris artes arrogat rudis sibi.
Quisquis est senex, iuuenta censor est amplissimus.
Turpe, cerdo si reprendat Zeuxidos symmetriam.
Turpius nil quam quem in alio carpis hoc morbo affici.
Censor sui, non pendet à vulgo arbitro.
Censor sui vel censor est regnantium.
Censura & annis adsita est senilibus.
Censura nunquam est iusta multitudinis.
Censura postuma omnium verissima est.
Censura raro recta multitudini est.
Censura semper est penes canos senes.
Culpa sua leues videntur omnibus.
Cum cuncta Momus cernat, ipsum se haud videt.

Et molli in herba pestilens anguis latet.
Iani bifrontes æmuli est principes.
Nemo cauet fraudem prius quam fecerit.
Nunquam nocet modesta circumspectio.
Nunquam sibi sat cauta prouidentia est.
Prudens bonis sit quisq;, cautus at malis.
Quod murus vrbi, cautio est quibuslibet.
Si vis tibi cauere, te primum caue.
Suadet timores ac moras pectus sagax.

CELEBRITATIS.

Cui fauet Deus, vel ore fit celebris hostium.
Clarior fit rex Sopho vno quam valenti exercitu.
Imperator difflat hostes nomine ipso clarior.
Quilibet rex fit celebris, vel nota, vel laudibus.
Sunt celebres sempiternis sæculis patriæ patres.
Tam celebris esse nequam rex potest quam strenuus.
A bona arte claritudo surgit & verax honor.
Artibus decus paratur claritasq; nominis.
Clara laus togæ sagiq; mactat insignes viros.
Claritate mentis, aui vincere est angustias.
Esse vis celebris? ore strenuus sis aut manu.
Fulget is qui facta summis digna condit laudibus.
Magna bella sæpe nudum conficit nomen Ducis.
Perseuera in arte, clarus esse qua quondam cupis.
Plurimis cladem ob supremam contigit celebritas.
Vt celebreris necesse est fortia agere item ac pati.
Inter bonos malim esse quam inter splendidos.
Malim latere, quam patere per nefas.
Semper malis inuisa virtus splendida est.

Tandem & timendus dux celebris fit suis.
Fiat vt princeps celebris, aut ferat mala, aut patret.

CENSVRÆ.

Principis censuram adores, Aulice, haud examines.
Cuncta dicta, cuncta facta, censor apta tempori.
Cuncta qui facit decenter censor ipsemet sui est.
De bonis bene iudicare quamlibet queunt mali.
Est sibi censor benignus quisq; durus alteri.
Est supra censoris vrnam censor ipse qui sibi est.
Legibus minera censor corripe atq; corrige.
Nemo non sibi ipse iudex mitior mitissimo est.
Non timet censoris Vrnam cuncta rite qui facit.
Noxa adulta censor aequus obsecundat in loco.
Noxios censura punit, parcit innocentibus.
Quis grauis censor, quis aequus arbiter scriptis suis.
Quilibet sibimet ipsi lenis est, nemo alteri.
Quisq; iam censoris artes arrogat rudis sibi.
Quisquis est senex, iuuentae censor est amplissimus.
Turpe, cerdo si reprendat Zeuxidos symmetriam.
Turpius nil quam quem in alio carpis hoc morbo affici.
Censor sui, non pendet à vulgo arbitro.
Censor sui vel censor est regnantium.
Censura & annis adsita est senilibus.
Censura nunquam est iusta multitudinis.
Censura postuma omnium verissima est.
Censura raro recta multitudini est.
Censura semper est penes canos senes.
Culpa sua leues Videntur omnibus.
Cum cuncta Momus cernat, ipsum se haud Videt.

Et molli in herba pestilens anguis latet.
Iani bifrontes amuli est principes.
Nemo cauet fraudem prius quam fecerit.
Nunquam nocet modesta circumspectio.
Nunquam sibi sat cauta prouidentia est.
Prudens bonis sit quisq; cautus at malis.
Quod murus vrbi, cautio est quibuslibet.
Si vis tibi cauere, te primum caue.
Suadet timores ac moras pectus sagax.

CELEBRITATIS.

Cui fauet Deus, vel ore fit celebris hostium.
Clarior fit rex Sopho vno quam valenti exercitu.
Imperator difflat hostes nomine ipso clarior.
Quilibet rex fit celebris, vel nota, vel laudibus.
Sunt celebres sempiternis saculis patria patres.
Tam celebris esse nequam rex potest quam strenuus.
A bona arte claritudo surgit & verax honor.
Artibus decus paratur claritasq; nominis.
Clara laus toga sagiq; mactat insignes viros.
Claritate mentis, aut vincere est angustias.
Esse vis celebris? ore strenuus sis aut manu.
Fulget is qui facta summis digna con it laudibus.
Magna bella sape nudum conficit nomen Ducis.
Perseuera in arte, clarus esse qua quondam cupis.
Plurimis clades ob supremam contigit celebritas.
Vt celebreris necesse est fortia agere item ac pati.
Inter bonos malim esse quam inter splendidos.
Malim latere, quam patere per nefas.
Semper malis inuisa virtus splendida est.

Tan-

Tandem & timendus dux celebris fit suis.
Fiat vt princeps celebris, aut ferat mala, aut patret.

CENSVRÆ.

Principis censuram adores, Aulice, haud examines.
Cuncta dicta, cuncta facta, censor apta tempori.
Cuncta qui facit decenter censor ipsemet sui est.
De bonis bene iudicare quamlibet queunt mali.
Est sibi censor benignus quisq; durus alteri.
Est supra censoris vrnam censor ipse qui sibi est.
Legibus minora censor corripe atq; corrige.
Nemo non sibi ipse iudex mitior mitissimo est.
Non timet censoris vrnam cuncta rite qui facit.
Noxa adulta censor aquus obsecundat in loco.
Noxios censura punit, parcit innocentibus.
Quis grauis censor, quis aquus arbiter scriptis suis.
Quilibet sibimet ipsi lenis est; nemo alteri.
Quisq; iam censoris artes arrogat rudis sibi.
Quisquis est senex, iuuentæ censor est amplissimus.
Turpe, cerdo si reprendat Zeuxidos symmetriam.
Turpius nil quam quem in alio carpis hoc morbo affici.
Censor sui, non pendet à vulgo arbitro.
Censor sui vel censor est regnantium.
Censura & annis adsita est senilibus.
Censura nunquam est iusta multitudinis.
Censura postuma omnium verissima est.
Censura raro recta multitudini est.
Censura semper est penes canos senes.
Culpæ suæ leues videntur omnibus.
Cum cuncta Momus cernat, ipsum se haud videt.

Et molli in herba pestilens anguis latet.
Iani bifrontes æmuli est principes.
Nemo cauet fraudem prius quam fecerit.
Nunquam nocet modesta circumspectio.
Nunquam sibi sat cauta prouidentia est.
Prudens bonis sit quisq;, cautus at malis.
Quod murus vrbi, cautio est quibuslibet.
Si vis tibi cauere, te primum caue.
Suadet timores ac moras pectus sagax.

CELEBRITATIS.

Cui fauet Deus, vel ore fit celebris hostium.
Clarior fit rex Sopho vno quam valenti exercitu.
Imperator difflat hostes nomine ipso clarior.
Quilibet rex fit celebris, vel nota, vel laudibus.
Sunt celebres sempiternis sæculis patriæ patres.
Tam celebris esse nequam rex potest quam strenuus.
A bona arte claritudo surgit & verax honor.
Artibus decus paratur claritasq; nominis.
Clara laus togæ sagiq; mactat insignes viros.
Claritate mentis, aui vincere est angustias.
Esse vis celebris? ore strenuus sis aut manu.
Fulget is qui facta summis digna condit laudibus.
Magna bella sæpe nudum conficit nomen Ducis.
Perseuera in arte, clarus esse qua quondam cupis.
Plurimis cladem obsupremam contigit celebritas.
Vt celebreris necesse est fortia agere item ac pati.
Inter bonos malim esse quam inter splendidos.
Malim latere, quam patere per nefas.
Semper malis inuisa virtus splendida est.

Tan-

Tandem & timendus dux celebris fit suis.
Fiat ut princeps celebris, aut ferat mala, aut patret.

CENSVRÆ.

Principis censuram adores, Aulice, haud examines.
Cuncta dicta, cuncta facta, censor apta tempori.
Cuncta qui facit decenter censor ipsemet sui est.
De bonis bene iudicare quamlibet queunt mali.
Est sibi censor benignus quisq; durus alteri.
Est supra censoris urnam censor ipse qui sibi est.
Legibus minora censor corripe atq; corrige.
Nemo non sibi ipse iudex mitior mitissimo est.
Non timet censoris urnam cuncta rite qui facit.
Noxa adulta censor aquus obsecundat in loco.
Noxios censura punit, parcit innocentibus.
Quis grauis censor, quis aequus arbiter scriptis suis.
Quilibet sibimet ipsi lenis est; nemo alteri.
Quisq; iam censoris artes arrogat rudis sibi.
Quisquis est senex, iuuentae censor est amplissimus.
Turpe, cerdo si reprendat Zeuxidos symmetriam.
Turpius nil quam quem in alio carpis hoc morbo affici.
Censor sui, non pendet à vulgo arbitro.
Censor sui vel censor est regnantium.
Censura & annis adsita est senilibus.
Censura nunquam est iusta multitudinis.
Censura postuma omnium verissima est.
Censura raro recta multitudini est.
Censura semper est penes canos senes.
Culpa sua leues videntur omnibus.
Cum cuncta Momus cernat, ipsum se haud videt.

Tandem & timendus dux celebris fit suis.
Fiat ut princeps celebris, aut ferat mala, aut patret.

CENSVRÆ.

Principis censuram adores, Aulice, haud examines.
Cuncta dicta, cuncta facta, censor apta tempori.
Cuncta qui facit decenter censor ipsemet sui est.
De bonis bene iudicare quamlibet queunt mali.
Est sibi censor benignus quisq; durus alteri.
Est supra censoris urnam censor ipse qui sibi est.
Legibus minora censor corripe atq; corrige.
Nemo non sibi ipse iudex mitior mitissimo est.
Non timet censoris urnam cuncta rite qui facit.
Noxa adulta censor aequus obsecundat in loco.
Noxios censura punit, parcit innocentibus.
Quis grauis censor, quis aequus arbiter scriptis suis.
Qui libet sibimet ipsi lenis est, nemo alteri.
Quisq; iam censoris artes arrogat rudis sibi.
Quisquis est senex, iuuentae censor est amplissimus.
Turpe, cerdo si reprendat Zeuxidos symmetriam.
Turpius nil quam quem in alio carpis hoc morbo affici.
Censor sui, non pendet à vulgo arbitro.
Censor sui vel censor est regnantium.
Censura & annis adsita est senilibus.
Censura nunquam est iusta multitudinis.
Censura postuma omnium verissima est.
Censura raro recta multitudini est.
Censura semper est penes canos senes.
Culpa sua leues videntur omnibus.
Cum cuncta Momus cernat, ipsum se haud videt.

Humaniora censeas semper regius.
Raro incidit malum ille qui cauet malo.
Seuerus in se nemo adhuc iudex fuit.
Stultus propinquos excutit, seipsum Sophus.

CERTAMINIS.

Cum Deo pugnare noli vita longa si placet.
Cum Deo cæloq; certant prosatigi gantibus.
Se malo damnoq; mulctat, pugna cui cum Princi[pe] est.
Artifex cum rege certans palmā ei cedit decet.
Congredi cum rege ciuis non solet, nisi vt cadat.
Cum meliore quando certat, Principis victoria est.
Cum suis si quando certant, vsq; vincunt Principes.
Congredi cum infame non est absq; labe infamia.
Cum pari certamen anceps est improbabile.
Dedecus quærit senectam iunior cum prouocat.
Dulcius nil est amoris mutuo certamine.
Fit niger quicunq; certat fullo cum fuligine.
Fortibus parata palma est, fine sed certaminis.
Gens Pygmea dormientem nil potest contra Herculem.
Herculem alte dormientem pumilus quid excitas?
Herculis Pygmea frustra turba somnos impetit.
Inficitur si quando certat fullo carbonarijs.
Inuido certamen omne cum potentioribus.
Mulus in quocunq; asellum præterit certamine.
Musico certamine omni vincit ignarissimus.
Ne nigros quidem repellas, ipse quin fias niger.
Nemo non fauet minori Martio in certamine.
Non solet palma obtineri fine quam certaminis.

Om

Omne certamen pudendum est quod fit hoste cum impari.
Optimum est certamen acri quod caret periculo.
Optimum est certamen exors ultimi discriminis.
Pugna in omni usq; plebes deterioribus fauet.
Quando fit certamen anceps ui discriminum.
Sæpe de forti triumphat uilis aduersarius.
Tutior nulla est periclo quam carens certatu.
Vincitur persæpe fortis hebetis ab aduersario.
Vt cadat Pæanis arcu, bubo, sortis haud tua est.
Certamen haud fit absq; ui discriminum.
Nunquam caret certamine innocentia.
Pugnare noli cum potentioribus.
Sæpe opprimet se fortiorem imbellior.
Succumbit usq; cum malo certans bonus.
Sudore virtus gaudet ac certamine.
Quicunq; certat, vincat uti, par fuit.
Vinci nequit rex gymnico in certamine.

CHARITATIS.

Charitas Dei indicatur charitate proximi.
Carior Deo est homo ipsi quilibet, quam vel sibi.
Charus Deo est quicunq; non charus sibi est.
Charus est homo sibi ipsi charior tamen Deo est,
In Deum vel proximum omnis porrigit se caritas.
Non potest Deo esse charus chara cui pecunia est.
Non potest Deo esse carus carus est qui Dæmoni.
Non potest Deo esse carus, carus infernalibus.
Charitas quem nulla vallat fulcias frustra hunc metu.
Charitas regum perennat; charitas regni est salus.
Charitate septus armis nullius Princeps patet.

Charitate septus est rex optimus, metu malus.
Impetrare charitatem vis tyranna non valet.
Principum tutela præsens ac salus es charitas.
Rex quotus cupit mereri charitatem ciuium?
A scatebra charitatis omne defluit bonum.
Absq; caritate vita nuspiam innouatio est.
Chara multa sunt, prece empta at omnium charissima.
Carissimum omne est quod mera prece obtines.
Charitas ad summa certam sidera ostendit viam.
Caritas cuicunq; seruit, ridet & æq;, non gemit.
Charitas est absq; lite, pace plena est charitas.
Caritas nunquam sibi ipsi seruam agit, sed proximo.
Charitas portum ad salutis est via illa regia.
Charitas si quando serua est, serua plus quam libera.
Charitas vbi, bonorum copia est ibi omnium.
Charitate fulta nunquam fit minor potentia.
Charitate septus armis nemini expugnabitur.
Caritatem auctoritatis qui parat loco, sapit.
Charitatis Christus vna tessera signat suos.
Caritas imbecillum vinculum est nimis timor.
Est bonum omne charitatis profluit quod è penu.
Nec Deo charus hominiue est carus ipse qui sibi est.
Nemini aduersari, vbiq; caritatem glutinat.
Nil potest à charitate prouenire quam bonum.
Nil potest mali exoriri charitatis è sinu.
Non potest Deo esse carus, carus est qui nemini.
Optimum omne est charitatis quod fluit de fontibus.
Quod prece vlla comparâtur, omnium carissimum est.
Sunt Deo carissimi, orbis quos habet vilissimos.
Tessera haud est Christianis vlla quam alma charita
Carissimum quem lenitas reddit Deo.
Carus sibi vni, charus ipse nemini est.

Legum soluta vinculis est charitas.
Pietatis est soror gemella charitas.
Quisq; est sibi carus magis quam proximo.
Quisq; amicus est amico quamdiu domi expedit.

CHRISTI.

Absq; Christo nil salutis cuipiam est, nil gratia.
Absq; Christi notione nullibi est felicitas.
Ad Deum venire gestis? scala Christus en tibi est.
Christus absque voce ductus instar agni at... ad
Christus ad dextram parentis adsidet Dei Deus.
Christus est homo Deusq; mortuus, quei viuitem.
Entheo cruore Christi viua pascitur fides.
Est loco pœna scelestis petra, portus est bonis.
Induit seruile homullis pro malis corpus Deus.
Ipse Christus, Christus ipse, mortuus nostram est vicem.
Nomen eierare Christi non solent orti Deo.
Noster est Christus sequester, noster est frater pius.
Non sat est prodesse viuis, mortuos Christus beat.
Omne Christi vna vtriusq; vox totus mundi ferit.
Omnibus locis videre cuiq; fas Christi crucem.
Pati solet Christus ministris in suis.
Quæ sinu recepta Christo est, nulla ouis reuellitur.
Qui negat Christum salutis tollit auctorem sua.
Quos crucem Christi ferentes cernis, impios nega.
Vis sequi Christum? expeditus sis oportet ac celer.
Vita Christi tota, quid fuit quam passio.
Vt Deo coniungeremur factus est homo Deus.
Christi vniuersum crux Deo mundum ligat.
Christo fides probanda, non scientia est.

Christus fidelis est motus credentium.
Homo mortuus est vt vinceret mortem Deus.
Humanitas Christi, mea est refectio.
Immunda mundi cuncta Christus sustulit.
Pacis sequester Christus est mortalibus.
Qui corpus ob te vestijt, pare Deo.
Quod amat, in id quod amatur ipsum vertitur.
Si parum est vocare, mente Christe Iesu cogito.

CHRISTIANI.

Aurum vt igne, Christianum sic periclis argue.
Christi oportet esse membrum Christianum quemlibet.
Christiani est viuere absq; crimine, imo eius nota.
Christiani mente in ipsa dedicant sibi Deum.
Christiani, spem salutis totam habent vno in Deo.
Christianis vniuersis tota vita naufraga est.
Christianum nulla vita, nulla mors aufert Deo.
Christianus absq; ferro vincit atq; sanguine.
Christianus Christiani nominis praestes opus.
Christianus est, ab omni qui malo se temperat.
Christianus est, voluntas vna Christi cui placet.
Christianus haud habendus iussa qui temnit Dei.
Christianus quisq; viuit prauitate haeretica.
Christianus se fatetur actione haud nomine.
Christianus vis haberi? Christiani agas opus.
Daemoni renunciare Christianorum omnium est.
Et Deum omnes Christiani consecrant in pectore.
In sinu inq; oculis Dei omnes Christiani viuimus.
Nequidem malum rependit Christianus pro malo,

Pax amorq; Christiani tessera vna & vnica est.
Qui facta dictis iungit est Christi cliens.
Sola Christianitatis tessera est Dilectio.
Spiritu fideq; feruet Christianus quilibet.
Vinculum perfectionis Christiana est charitas.

CIBI.

Est cibus fere Deorum sponte quidquid prouenit.
Proximi sunt à Deo arbor atq; olus quibus dapes.
Ambulare mille passus à cibo nulli malum est.
Augeas cibo calorem corporis non vestibus.
Continenda haud conterenda caussa anima inuentus cibus.
Haud datum est condire cuiuis quo decet cibos modo.
Humidum calidumq; ventri conuenit pulchre senum.
Externum sanus saporem quisq; respuit cibus.
Imperes linguæ, imperes geni, imperes abdomini.
Maxime mellita sunt quæ melle egent bellaria.
Nemini antea est edendum quam fames ipsa imperet.
Non opus cibi vlla orexi, cui fames jejunij est.
Nulla condimenta quærunt famis prisci dapes.
Nulla conditura cœna gratior fame ac siti.
Potio lympha Ceresq; sufficit mortalibus.
Prandium absq; mensa morbos non parit, sed discutit.
Præ dape est amanti amicam contueri proxime.
Quidnam opus condire per se qui sapit satis cibum.
Qui cibum in sudore vultus sumit à malo abstinet.
Sanus ac robustus è cibo esse quis vix potest.
Sobria à cœna atq; sicca inane nulla crapula est.
Vis voluptatum ciborum spernere? exitum vide.

Daps cruda quæ exit, corpori nil adijcit.
Et potui & cibo venenum inest suum.
Humana vita constat vnda & frugibus.
Miserrimum est vesci cibo qui strangulat.
Qualis domus talis fere est item cibus.
Odore pascas, si cibi fastidium est.
Panis merumq; sanguis est terra, est caro.
Suauissime omnem condias cibum fame.

CIVILITATIS.

Admodum illex maximorum est Principum ciuilitas.
Aduena est homo omnis: vnus ciuis orbis est Deus.
Ciuibus tuis placere vis? place antea Deo.
In Deum malus, fere item ciuibus fit pessimus.
Ciuibus nihil bonorum rege sub malo accidit.
Ciuibus nihil malorum rege sub bono accidit.
Ciuibus præstare regem se arduissimum omnium.
Ciuitatum gentiumue publicus rex est parens.
Ciuitatum Principumq; mens perenne dissidet.
Ciuium bono creatur quilibet rex, non malo.
Est opus cura est labore ciuium rectoribus.
In mari Rex inquieto ciuium certa anchora est.
Liberis quod sunt parentes, ciuibus sunt Principes.
Liberas rex ciuitates non amat nisi vt terat.
More ciuis principatum qui regit, diu regit.
Non animis modo sed oculis seruiat rex ciuium.
Optimus rex, non sibi est rex, ciuibus rex est suis.
Regibus non est timori de cibo qui cogitat.
Rex bonus malusue quisq; est, ciuium pro moribus.
Tutor est custosq; Princeps ciuium extra ordinem.

Abs

Absq; virtute esse ciuis non pote aut prudentia.
Ciuis est quisquis valenter obstat aduersario.
Ciuis est seruire patriæ publicisq; commodis.
Ciuis optimus parere atq; imperare nouerit.
Ciuis orbis vniuersi quilibet mortalium est.
Ciuitas ea vsq; floret cuiq; præbet quæ suum.
Ciuitas legum sine vsu stare non potest diu.
Ciuitas primum pusilla grandior fit tempore.
Ciuitas pusilla non est quæ patet virtutibus.
Ciuitatis illud omne est singuli quod possident.
Ciuium curat salutem rex bonus, malus suum
Ciuium damnum malumq; est omne magnis à viris.
Ciuium diu latere non potest discordia.
Ciuium natura leni postulat fræno regi.
Ciuium salus reposita est in salute publica.
Ciuium seruit saluti, negligensq; rex sua est.
Est onus lata vrbis ingens ciuis ignarus iugi.
Legibus quicunq; paret ciuis est vel optimus.
Lingua mensq; in ciuitate libera, cur seruiant.
Meta summa apexq; laudum, ciuitatis est salus.
Otium atq; solitudo potus & cibus sopho est.
Pace vis belloq; ciues optimos? dès præmia.
Pulchrius præesse multis ciuibus quam pauculis.
Qui ferit valenter hostem ciuis est quisquis fuat.
Singulis atq; vniuersis ciuitas ius dat suum.
Temporum beatitudo ciuibus fert gaudia.
Vera dicit iusta patrat ciuis orbis optimus.
Vinculo legum atq; iuris continetur ciuitas.
Ciuem bonum parere oportet legibus.
Ciues quietos mente continet bona.
Ciues tyrannus, ciuibus reges timent.
Ciuis bonus semper metu circumfluit.

Ciuilitate qualibet rex auferat.
Concors domi, foris fortis unita impetrat.
Et ciuitatis pars homo vnus est sua.
In ciuitate nec leo sis nec culex.
Inter tuos nec sis leo nec sis culex.
Lenocinatur maxime ciuilitas.
Plerunq; viles qui ciuiles sunt nimis.
Princeps bonus vel ciuibus obtemperat.
Pro ciuibus perire, regis non male est.
Seruare ciues principi laus maxima est.

CLADIS.

A clade Princeps cuilibet contemnitur.
A clade vix rex ciuibus fidit suis.
Fama cladis suæ regem reddit inuisum suis.
Absq; clade vincere hostem, gratior victoria est.
A repentina stupere clade, turpe nemini est.
Clade publica expiatur sæpe paucorum scelus.
Nemini est à clade amicus, nemini à clade est cliens.
Nullus heros absq; clade factus orbi est inclitus.
Prouideq; fortiterq; bellicas clades feras.
Publica absq; clade nunquam morte vir probus cadit.
Publicam plorare clade non solet, lugens domi.
Quercus est arbor Tonante digna, quamuis eruta.
Vna vt vndam, ita vna clades excipit sæpe alteram.
A clade amicus aut cliens, quis alteri est.
A clade quauis natio contemptui est.
A clade morum, rerum item clades venit.
Cauda minatur anguis vt tritum est caput.

Clades bonos emendat, indurat malos.
Non corrigit clades malos, sed erigit.
Quis non cadente lingua quercu colligit?
Virtus opes à clade ducit qualibet.

CLEMENTIÆ.

Si qua auara, si qua prodiga, haud Dei est clementia.
Æquitati præponenda semper est clementia.
Alterius parcit cruori, ceu suo, clementia.
Audit inquiritque clemens; ducit ac necat ferus.
Ciuium parcit cruori, ceu suo, clementia.
Dignius nil regi quam vti perpetim clementia.
Imperatorem vna adæquat Numini clementia.
Iustitia clementiaque qui carent, reges nega.
Liberalis atque clemens esto rex, aut ne imperes.
Non oportet esse auaram aut prodigam clementiam.
Non potest vinci perennis cura cui clementia est.
Nulla crescunt, nulla florent regna sine clementia.
Nulla maiestas diurnat indigens clementia.
Nulla non virtus decore dat locum clementiæ.
Nulla vis sic regna firmat vt bonum clementia.
O beatos qui merentur ciuium clementiam.
Perficit permulta terror, cuncta sed clementia.
Prima virtus alma in omni Principe est clementia.
Qui nequit clementia vti perdit & victoriam.
Regium sauire non est: regia est clementia.
Salua maiestas in æuum est qua vtitur clementia.
Siderum scanduntur arces simplici clementia.
Vincit vsque & vsque nota cui est clementia.
Vltima atque prima virtus Principis clementia est.

Vsq; & vsq; & vsq; vincit cui sua est clementia.
Abscissa nec sit, nec frequens clementia.
Antiqua pœna? antiquior clementia est.
Clementia absq; iudicio inclementia est.
Clementia ipsa vincitur victoria.
Crudelis est, erga impios clementia.
Dos prima regum grandium clementia est.
Ficta est fere omnis Principum clementia.
Primaria est dos Principum clementia.
Regi nouo fama vtilis clementia est.
Seueritatis proditrix clementia est.

COACTIONIS.

Ad bonum cogatur, vltro si sequi nolit, malus.
Nemini omnium probatur quod facit coactior.
Quisq; nouit parte quanam strictus vrat calceus.
Res coacta omnis molesta est, ergo coge neminem.
Sæpius cogas rogando vi metuq; fortius.
Sponte vult natura duci, non malo cogi metu.
Cogi nequit, fides, cogi nequit pudor.
Quicquid coactum est, exhibet molestiam.
Molesta res est cuilibet, quæ cogitur.

COGITATIONIS.

Cogitat nemo Deum ipsis constitutus quam in malis.
Cogitata cuncta mentis & Deus perambulat.
Criminis loco peracti cogitatio est Deo.
Cum Deus vult cogitata praua finiunt bene.

Cum

Cum Deus vult cogitata dextra succedunt mala.
Est Deo perspecta solum muta cogitatio.
Et cogitatum vindicat Deus nefas.
Interest Deus malorum cogitationibus.
Interest Deusq; nostris cogitationibus.
Interest numen quoq; ipsis cogitationibus.
Non potest peccare qui se quiq; Numen cogitat.
Nulla non aperta mentis cogitatio est Deo.
Nulla cogitationis abdita est Deo fibra.
Praua mentis cogitata vertit in bonum Deus.
Qui Deum Astraamq; semper cogitat, nulli nocet.
Qui Deum noctuq; diuq; cogitat, malo cauet.
Se colentium usq; numen cogitata prosperat.
Transit à bono ad bonum omnis qui Deum usq; cogitat.
Adiuuatur à tenebris nocte cogitatio.
Assequere cogitatu quod nequibis corpore.
Cogita de te, laborat cum similis tui malo.
Cogita pericla mille nauigaturus maris.
Cogitata prouidenter exitus felix beat.
Cogita quot antecedas, non quot ante te ambulent.
Cogita quot te sequantur cum antecedentes vides.
Cogitanda sors adaq; pessima est atq; optima.
Cogitat dicit facitq; pessime usq; liuidus.
Cogitat factura stultus, at Sophus quid fecerit.
Cogitata puniuntur pro actione turpia.
Cogitatione quauis mens penetrat loca.
Cogitationi honesta tempus omne peruium est.
Cogitatus assequetur corpori ire quo haud datur.
Cogitatus calamitosis subuenit quoq; approbus.
Id quod es, te semper esse cogita, & vides bene.
In secundis cogitandum maxime agra quei feras.
Lingua voxq; cogitata promit alti pectoris.

Mens

Mens quibus mala est perenne cogitant semper scelus.
Multa nulli cogitata temporis punctum obijcit.
Nec sibi malum alterive cogitat vir adprobus.
Nil recens repensue surgit cogitanti improspera.
Non potest diu latere magna cogitatio.
Nusquam est subiecta pœnis nuda cogitatio.
Odi vt inferos, loquentes ore aliud quam cogitant.
Quanta quoq; vana fingit corde cogitatio.
Bene cogitata haud respicit semper Deus.
Deum latere cogitatio haud potest.
Et cogitata noxia reus Deo es.
Et cogitatis omnium interest Deus.
In altero ipsum cogitat se qui sapit.
Omnis Philosophi stulta cogitatio est.
Peccant quicunq; cogitant intus scelus.
Quid cogitet Fortuna, pauci cogitant.
Qui cogitat Deum, mali nil cogitat.
Praecogitati mollis est ictus mali.
Reus Deo est, nudum scelus qui cogitat.

COGNATIONIS.

Intimis quoq; est homullis cum Deo cognatio.
Est superbia agnatio omnis imperatricis domus.
Arctius iungit voluntas quemq; quam prosapia.
Dirimit quemcunq; nexum sanguinis fœdum scelus.
Et tacens quoq; ingenuiorum est inuicem cognatio.
Inter affectus, amici vel prioris sunt loci.
Maius est vbiq; morum vinculum quam sanguinis.
Mentium magis ligamur nexibus quam sanguinis.
Moribus mage obligamur mutuis quam sanguine.

Mul

Multa debemus propinquis; plus at aquo, at plus bono.
Multa sanguini, sed aquo plura debes ac bono.
Mutuo magis obligamur, cordibus quam sanguine.
Nemo non suos propinquos anteponit exteris.
Nulla iura sunt ita arcta grande quam soluat scelus.
Nullus est miseri propinquus, diuitis sed quilibet.
Qui nimis laudat propinquos, vix habet laudem sui.
Quis suo gnato anteponat sanguine alieno satum?
Quamlibet cognationem grandius soluit scelus.
Sape noxam vnius omnis expiat propinquitas.
Sancta vbiq; iura summa sunt necessitudinis.
Sanguinis ius grande; sed plus ius honestatis valet.
Sanguinis quoscunq; nexus rumpit indignum scelus.
Soluit & cognationis vincla contumelia.
Vinculum cognationis dirimunt iniuria.
Arte ligat genus, voluntas arctius.
Arctissima est cognatio infelicium.
Cognatus esse quisq; vult felicium.
Cuicunq; homullo cum Deis cognatio est.
Genus propinquos, sed magis studium facit.
Facit magis studium propinquos quam genus.
Late patet cognatio felicium.
Longinquus vsus iura natura obtinet.
Nulla vsquam cognatio infelicium est.
Propinquitatis plurimum est in moribus.
Vbiq; multum iura possunt sanguinis.

COGNITIONIS.

Est sapientia estq; virtus summa notio Dei.
Maximum Deo sacrum offert, scire qui cupit Deum.

Nosc-

Nosse non potes Deum, ipse ni primus te noueris.
Nosse non potest Deum ipsi cognitus nondum sibi.
Qui Dei se nosse iactat magnitudinem, atterit.
Quei Deum nouisse possit, cognitus qui nec sibi est.
Qui Deum cognoscit, ac se, quid requirat amplius?
Qui Deum nouit, probe ipsum sese oportet nouerit.
Qui Deum seque ipse nouit, nota sunt huic omnia.
Qui Deum vult nosse, oportet ante se nouerit.
Qui putat se nosse, minuit magnitudinem Dei.
Qui sibi non notus ipsi est, quo Deum norit modo.
Vt Deum nouisse quærit, sic colit Deum pius.
Dux bonus cognoscat hostem quo queat pacto capi.
Ordo nullus est in aula rex vbi ignorat suos.
Principi mores suorum nosse virtus maxima est.
Qualis heu, confusio est rex ipse, vbi ignorat suis.
Qui suos non nouit, haud est rex suorum sed puer.
Rex sucs qui ignorat vsu mentis orbatus bona est.
Rex suos qui nescit, hospes surdus in regno est suo.
Æde quæ in sua gerantur nemo quærit noscere.
Alterum nosse arduum, ipsum nosse se arduissimum est.
Alterum quei norit, ipsi qui nec est notus sibi?
Cernis vt pedes pudendos pauo caudam contrahit.
Contrahit superbias pauo ad pedes cum respicit.
Desinit quiuis homo esse se satis quam nouerit.
Esse te quod es puta; vmbra somnium nihil mecum.
Esse te quod es putato; nempe bullam atri luti.
Instituit viam salutis nota cui sua sunt mala.
More equi tentes oportet, si quem amas cognoscere.
Multa quamuis nosse possis; plura sunt non cognita.
Neminem non nouit ipsi qui probe notus sibi est.
Neminem qui nouit, idem notus ipse nec sibi est.
Nil mage est homini pudendum se ipse quam si nesciat.

N

Nemini vult esse notus qui sat est notus sibi.
Nemini vult esse notus, ipse notus qui sibi est.
Non cupit sibi esse notus, esse notus alteri.
Nosse peccatum, ad salutem regia est vere via.
Nosse semet haud cuiuis inditum à Deo suo est.
Notus est quisquis sibi ipsi, nouerit quoq; alterum.
Notus est toti vel orbi, notus ipse qui sibi est.
Omnibus sat notus es, si te vel vnum noueris.
Quei queas cognoscere ipsum te puer? vix id senũ est.
Qui negat se agrum, salutem quei queat reddi sua.
Qui nequit se nosse, nosse non potest certe alterum.
Qui satis notus sibi ipsi est, alteri esse non petit.
Qui satis se nouit, idem nouit orbis omnia.
Quo sibi deesse sentit plura quis, plura obtinet.
Qui sibi est ignotus ipse nosse neminem potest.
Qui sibi est ignotus ipsi, notus est nec alteri.
Qui sibi notus sat, esse notus alteri haud cupit.
Qui sibi sat notus vni, notus est sat omnibus.
Quo magis se quisq; nouit, hoc tibi minus placet.
Quo minus quisque est sibi ipsi notus, hoc mage alteri est.
Rarus est qui faustitates rite cognorit suas.
Sæpe se non nouit ipsum scire cuncta qui putat.
Spectat vt pedes, recondit pauo caudæ lumina.
Transit ad stultos, tenetur qui sui ignorantia.
Viuere ac mori beate postulas, te respice.
Vix pedes pauo tuetur, caudæ opes quin contrahat.
A te petas, sis qualis, haud ab altero.
Deum quicunq; nosse vult, se nouerit.
Deus profecto nouit vnus omnia.
Noli ampliora concupire viribus.
Noscendus ante quam colendus est Deus.
Notus sibi idem nouit orbis omnia.

Pri-

Prius Deum noscas oportet quam colas.
Qui semet ipsum nouit, & nouit Deum.
Quicunq; nouit alterum notus si est.
Quis semet ipsum nouit, vt decet, satis?
Se noscere ipsum, difficilimum omnium est.
Se noscere ipsum culmen est scientiæ.
Se noscere ipsum, & arduum, & non arduum est.
Se nosse primus est gradus sapientiæ.
Se nosse, res est omnium ardu issima.
Se nouit ipse notus est quisquis Deo.
Sis qualis ipse, haud alteri crede, ast tibi.

COLLEGA.

Mutuo collega amare se haud queunt si diffident.
Nemo amat collegam, amicus quin sit & reipublicæ.
Promptius ferre improborum est odium quam collegium.
Raro amat collega amore mutuo alter alterum.
Nullus est collega quin se mutuo fere oderit.
Collega amare vix solet fide bona.
Collegam amare longius perarduum est.
Suspecta collegarum amatio omnium est.
Colloquia mores praua corrumpunt bonos.

COLONIÆ.

Limites auge colonis agro in hostico nouis.
Limites in hostico auges, si colonum infers tuum.
Limites auge colonis agro in hostili nouis.
Milites si transferantur victa in arua, sunt tua.

Si cupis domare victos, misce eis colonias.
Subditos vis continere? misce eis ciues tuos.
Sæpe imperat matri sua colonia.

COLORIS.

Anguis colore sæpe proditur latens.
Nihil colorum lana nigra ipsa imbibit.
Pluma cygno candida, ipsi sed caro tamen nigra est.
Quæ fœda sunt ea abdimus coloribus.
Vt semel tinctus colore est vellerum candor, manet.

COMÆ.

Comptior cui capillus, mens ei incomptissima.
Comptulus perire malit publicam rem quam comam.
Cui coma est curæ, is cerebrum negligentius fouet.
Cui coma est gemmata duris plenum ei est cor cotibus.
Cui coma per multa cura mentis alta incuria.
Cui nimis squallet coma auro mente squallidissima est.
Mens nequit comi capillus est vbi comptissimus.
Mentis incultæ putato cui nimis nitet coma.
Mentis ornamenta vix sunt ijs quibus crinis nitet.
Moribus sit quisq; qualis indicat cultus comæ.
Nemo non mores, comarum detegit comptu nouo.
Qui nimis comæ immoratur, parcius curat caput.
Qui nimis comit capillum, comere animum vix potest.
Simius est qui occupatur plurimum circa comam.
Coma arguit virum, suada rhetorem.

Cu-

Cuiusq; mores vna sat prodit coma.
Sit quisq; qualis cultus arguit coma.
Vt rhetorem vox, sic virum ostendit coma.

COMITIS.

Cui comes Deus beato perficit viam exitu.
Candido comes malignus affricat virus suum.
Principum comes perennis, spes bona, ac malus timor.
Sit comes Post vorta regi, Anteuorta sit comes.
Equi loco est comes via facundior.
Sauum esse cogunt Principem comites sui.

COMITATIS.

Comitate plura reges obtinebunt quam metu.
Nemo adhuc communitatem rex ob vllam viluit.
Nulla maiestas adhuc dum comitate viluit.
Nemo maiestate ob artes comitatis excidit.
Comitas cunct. s inescat gratia ac leporibus.
Comitas seruire ficta non solet, regnum appetit.
Comitate alas amicos, comitate compares.
Cum bona quauis serenes gratia, nihil mala.
Exterisq; ciuibusq; commodat se comitas.
Ficta comitas, popelli est hamus vnde pendeat.
Gratia atq; comitate gliscit improbis furor.
Mens malorum comitatis igne duratur magis.
Maximum atq; expers laborum comitatis est lucrum.
Plurimum benignitati gratia addit comitas.
Comos nimis fuge; imperant dum seruiunt!

Fastum alterit nimis nimisq; comitas.
Regum obsolescit comitate auctoritas.

COMMODATI.

Commodata qui reposcit, id reposcit quod suum est.
Nemo tristis commodata reddit usus post suos.
Quis suus? vix commodatus quilibet viuit sibi.
Sic viue tanquam commodatus sis tibi.
Vt commodatus vir sapiens viuit sibi.

COMMODI.

A Deo sunt omnia orbis commoda atq; incommoda.
Principum est vouere mentem commodis communibus.
Commodum nullum inuenire est vspiam absq; incommodo.
Commodus sibi omnibusq; est indolis vir non malæ.
Magna commoda absq; magnis nulla sunt incommodis.
Nemini laboris expers tædij vt commodum est.
Vniuscuiusq; gaza continetur publica.
Commodo ex quocunq; surgat prauitati incommodum.
Commodo vni bina ferme iuncta sunt incommoda.
Commodum antea tulisti? fer vicissim incommoda.
Commodum ex re non honesta maximum est incommodum.
Commodum nostrum omne manat proximi ab non commodo.
In bonum suum omne vertunt quidquid accidit probi.
Nemo non incommoda horret, appetitq; commoda.

Nil

Nil ita est malum, suum vnde non ferat bonum probu
Curat suorum curia omnis commoda.
Et commodum omne debet esse cum modo.
Et com m do cuiq; additum est incomm dum.
Ius commodo omni commode vtitur Sophus.
Qui commodus non est sibi, nec alteri est.
Seruire nouit quisq; commodis suis.

COMPARATIONIS.

An quid optimo est amori comparab le est; Deus.
Comparatione crescunt commoda atq; incommoda.
Comparatione quiuis est beatus vel miser.
Est culp , non laus, comparari p ssimis.
Nemo fortis inuenire fortiorem quin queat.
Nem tam est deformis, esse quin queat deformior.
Nemo tam est ineptus alter quin sit illo ineptior.
Nemo tam malus poeta peior esse quin q eat.
Nil ita est pulchrum inuenire quin queat illo pulchri
Nulla pulcra, pulcriores inuenire quin queas.
Quis sui parem inuenire, quisue maiorem nequit?
Sæpe fortis, ante tempus se priorem repperit.
Sæpe fortis fort orem quam ipsemet sit inuenit.
Stul us est mulos asellus qui feroces comparat.
Intus est nemo, i uenire quin queat sibi parem.
Etiam leo sese priorem ol m inuenit.
In f rtiorem & fortis incidit leo.
Se fortiorem sæpe fortis inuenit.
Ne tu leonem metiare ex simia.
Quid comparari non potest? solum Deus.

Quis tam leonem mensus est ex simia?
Nemo est miser nisi alteri se comparet.

COMMVNITATIS.

Omnium à Deo rigatur, haud seges tantum mea.
Carnifex vocandus est rex qui suis non prospicit.
Omne quod gestum est secundo Marte, dux ducit suum.
Optimum putato regem qui alteri est rex haud sibi.
Pro bonis caput neci offert rex bonus communibus.
Regium est sectari honesta commodis communibus.
Regium est se offerre letho pro bonis communibus.
Abluit sinistra dextram: nemo solus sat sibi est.
Adiuuant se ceterosq; consecrati literis.
Alteri cuicunq; iustus, iustus est idem sibi.
Alteri iustus, sibi ipse deesse certe non potest.
Alteri nocere qui vult, antea nocet sibi.
Alteri probus, sibi ipsi non potest esse improbus.
Alteri prodesse qui scit, nec sibi, alteri sapit.
Consulit nemo alteri idem consulat quin & sibi.
Consulit sibi potenter, alteri qui subuenit.
Copulat gentem voluptas, copulat gentem dolor.
Est labor communis; & sit fructuum communitas.
Et malum struit sibi ipsi qui struit malum alteri.
Et senectus & iuuenta tradita ex æquo omnibus.
Fructui vsuiq; quæ sunt nemini, neges bona.
Inter optimos amicos omnium consortium est.
Morbidis quisquis medetur, is medetur & sibi.
Nemini prodest amico qui nihil prodest suo.
Nemo fallit alterum ipse se ante qui fefellerit.
Nemo non prodest sibi ipsi, cum benignus alteri est.

Nonpotest bonus vocari, qui sua caussa est bonus.
Offeras caputq́; letho pro bonis communibus.
Prospicit sibimet ipsi qui benignius alteri est.
Qui bono viuit alieno, maxime viuit suo.
Qui iuuat pressos malo, ipsum se potissimum iuuat.
Qui sibi est diues sua idem diues est reipublicæ.
Qui sibi nocere non vult quempiam, cunctos iuuet.
Qui sibi prodesse nescit, alteri qui proderit?
Qui sibi tantum est amicus, est amicus nemini.
Quid iuuat vastū esse & amplum, commodus si nemini
Quidquid est in orbe firmum est propter vsum mutuu
Quilibet bonus malusq́; tam sibi ipsi est quam alteri.
Quisq́; vim sentit veneni quo alterum pessundedit.
Quisquis malus sibi est & alteri est malus.
Quod fit à communione fit volenter, fit cito,
Quis bonum neget perire pro bonis communibus.
Quod bono cui est futurum maxime id bonum tuum
Reduuiam membrum omne ad vnam cingitur dolorib
Sunt amicis singulorum singula, omnia omnium.
Vnius sumus parentis, mens sit vna vt omnibus.
Vir sophus sibi ipse vitam qui negat, multis negat.
Vt voluptatum, & doloris sic ligat communio.
Vtilis sibi esse non quit alteri non vtilis.
Vtilis sis & tibi ipsi, non modo reipublicæ.
Arena calce trita tignum sustinet
Caput bonis quis deuouet communibus.
Commune naufragium omnibus solatium.
Commune vbiq́; est quod putatur optimum.
Commune ciuium singulis stulte obijcis.
Communis est quiuis amicorum dolor.
Communius quo quidq́;, eo est præstantius.

Nemo alteri est probus sit idem quin sibi.
Nemo est malus soli sibi, est & alteri.
Nemo nimis studet bonis communibus.
Non est amicus tua cui haud communicas.
Præstat sibi ipse quisq; præstat quæ alteri.
Qui res agit tantum suas, vrbem iuuat.

CONATVS.

Æqua conanti, perenne lumine ipse adstet Deus.
Viribus conare paria, si Deum vis adiuuam.
Quod nequit natura, regum perficit vesania.
Regium est tentare & illud assequi quod non queant.
Æstima conatum ab igne mentis, haud à viribus.
Cui bono tentare quod non effici dein potest.
Cuncta tentando assequetur pertinax ni dustria.
Grande nil conatur vnquam qui nimis semper timet.
Illa auspicare luce honesta quæ nitent.
Magna moliare oportet, magna si vis assequi.
Ne nimis mentem fatiges arduis conatibus.
Nemo summa vnquam assequetur, summa qui nõ appetit.
Niti ad id quo peruenire non potest, dementia.
Obtinere summa non est, summa si non appetis.
Stultus aspires ad illa, nemo quæ assequi potes,
Viribus maiora quisquis appetit, frustra appetit.
Acturus aliquid, nemini prædixeris.
Est & suis non parua laus conatibus.
In laude idem est conatus ingentis rei.
Perpende vires omnibus conatibus.
Quis tentet id quod obtinere non potest?
Semper Deus iustis adest conatibus.

CONCORDIÆ.

Crede ibi Deum esse semper, est vbi concordia.
Vis Deum usque habere tecum? diligas concordiam.
Vis Deum tibi fauentem rex: foue concordiam.
Dux vbi vnus est & alter, rara est concordia.
Omnibus mens est apum vna quam diu rex est super.
Nemo non regum odit vrbes libera concordia.
Quod cupis, rex esse tutum, munias concordia.
A voluntatum iugo vno iugis est concordia.
A parente omnes sumus vno, nos vt amemus mutuo.
Alis vna vbi à volatu cessat, omnes consident.
Discrepans vbi est voluntas rara ibi concordia.
Est ibi beatitudo vera, vbi concordia est.
Exteros non curat hostes omnium concordia.
Gratia ac beneficium omne vincla sunt concordiæ.
Labe opum optime paratur qualibet concordia.
Non potest diu stare regnum nulla vbi concordia.
Noxia est vbique cuiuis ordini concordia.
Parua res propinquiorum dissipat concordiam.
Pax ibi quin quoque perpes, est vbi concordia.
Plurima est in ore, rara cordi inest concordia.
Qui minus sibi os refrenat dissipat concordiam.
Sumus ab vno omnes parente, mens sit vt vna eadem omnibus.
Temperat creata cuncta dissonans concordia.
Vinculum concordiæ vbique maximum externus tim[or].
Vnitas concors vt extet, omnibus vnus est parens.
Vnius sumus parentes, mens sit vna vt omnibus.
Absque æquitate nusquam concordia est.

Ales vt vna subuolat, cuncta auolant.
Est fortior discordia concordia.
Morum vnitas vbi est, ibi concordia est.
Nil impiorum peius est concordia.
Nil non potest concordia consensio.
Nullum est bonum quin insit in concordia.
Vinci nequit volens idem concordia.

CONFESSIONIS.

Nemo non Deum fatetur ore, corde quem negat.
Plurimi ore confitentur qui Deum factis negant.
Qui Deum confessus ore est, corde turpiter negat.
Regium est peccata fassis gratiam largirier.
Et loco solutionis ipsamet confessio est.
Imperitiam fateri, maxima est prudentia.
Iudicium amplum est sanitatis confiteri crimina.
Mens bona & culpam fatetur supplicio, nemo nota.
Nemo se reum fatetur, millies licet reus.
Quos pudet culpam fateri crimen annon approbant.
Vlcera incurata celat stulti hominis malus pudor.
Delicta nunquam confiteri amat potens.
Nunquam suum vltro fassus est nocens scelus.
Peccasse se nunquam fatetur improbus.

CONFIDENTIÆ.

Dei afferunt fiduciam prudentibus.
Bellica in re cuncta perdit virium fiducia.

Quæ metus seruarat, exest spissa confidentia.
Est noxiosa vbiq; confidentia.
Florente in æuo multa confidentia est.
Incuriosa vbiq; confidentia est.
Nunquam exitu est decora confidentia.
Bello atq; pace inutilis confusio est.
Confusioni tetrius nullum est malum.
Confusionis cuncta sunt absq; ordine.

CONIVGII.

Coniugis vitiosa demum noscimus post nuptias.
Coniugum beata vita est, vnum idemq; queis placet
Dulce quid mage atq; amœnum coniugali copula?
Fons dolorum fons laborum tota vita coniugum est.
Si cupis vitam absq; lite, iunge te pari parem.
Si tibi est frugi vxor, eius perferas conuitium.
Vita coniugum beata est quis litat concordia.
Coniugium aufer, tota res est sæculi mortalitas.
Formosa coniunx non leue est viro malum.
Qui diligit se, diligitq; coniugem.

CONSCIENTIÆ.

Conscientiam timete: conscientia est Deus
Conscientia medullas semper obsidet Deus.
Nemo non patet Deo, etsi clausa conscientia est.
Belluina mens foret regum absq; conscientia.
Est supra regum timores conscientiæ timor.
Lege rex quisq; est solutus, nemo conscientia.

Principi mala vsq; tortor conscientia est sua.
Rex verere famam, at ipsi conscientiæ stude.
Regna vincit, maius orbe est, conscientia bonum.
A bonis mali periclum postulantur quod merentur.
Absq; pœna nemo peccat: pœna conscientia est.
Alteri dictum, applicat sibi omne conscientia.
Anxie vsq; quod meretur mens pauescit conscia.
Carnifex cuiuis perennis noxæ conscientia.
Carnifex est auum in omne praua conscientia
Carnifex heu qualis atq; quanta conscientia est.
Conscientia impixta non amat frequentiam.
Conscientiæ mederi nemo vulneri potest.
Conscientiæ theatri plausibus, præfer fidem.
Conscientia tyrannis est apex tyrannidum.
Conscientiam timere qui potest, nihil timet.
Conscios timent nocentes; conscientiam probi.
Conscius non credit vlli quam sibi de se magis.
Est apex boni supremus, pura conscientia.
Est supra cunctos pauores conscientiæ pauor.
Fert necem, vultu quieto pura conscientia.
Gaudio nunquam suo expers sana conscientia est.
Gaudio timet perenni læta conscientia.
Gaudium omne pellit à se mœsta conscientia.
Gaudiumq; tristitiasq;, dona conscientiæ.
Gaudium securitasq;, conscientiæ est bonum.
Heu bona malaue vis est quanta conscientiæ.
In bona bonus reponit cuncta conscientia.
In bona nulla est timoris gutta conscientia.
In voluptate est perenni pura conscientia.
Insidet cuiusq; menti vsq; vsq; conscientia.
Lux grauis quandoq;, quauis conscientia est mala.
Mæror omniũ gaudiumq; mens ministrat conscia.

Multum ames famam, sed ipsam conscientiam mag
Nemo non malum omne in horas quod meretur exp
Nemo non prauus periclum quod meret semper pauet
Nemo tristis, nemo lætus absq; conscientia est.
Non amat lucem, ast tenebras spurca conscientia.
Non potest diuelli ab vllo conscientia metus.
Non timet tribunal vllum pura conscientia.
Nulla maior est tyrannis mente conscia mali.
O bonum quale atq; quantum pura conscientia est!
O miser quem vermis exist conscientia mala!
Obsita est mœrore iugi mæsta conscientia.
Omnibus commune dictum conscius sibi applicat.
Pauca gens selecta soli conscientiæ student.
Pluris est mihi, omnium quam sermo, conscientia.
Præmij loco est opimi pura conscientia.
Pro domestico flagello conscientia est malis.
Quemlibet vincit timorem conscientiæ timor.
Qui sibi nil conscit omnem vitam agit feliciter.
Quid serenius quiete conscientiæ haud malæ?
Respuit fatum omne vermis ille conscientiæ.
Sat probat se qui vel vni conscientiæ probat.
Semper à metu soluta est pura conscientia.
Turpius nil est probrosa labe conscientiæ.
Tuta secura non est praua conscientia.
Vir malus famam veretur, conscientiam bonus.
Vir pius beatur vna teste conscientia.
Ad se rapit dicta alteri mens conscia.
Et carnifex sibi ipsa conscientia est.
Famam verere: at conscientiæ stude.
Nulli sophus cupit placere quam sibi.
Nullum bonum ante conscientiæ bonum est.
Præfer theatro conscientiæ fidem.

Q

Qui se timet nil huic timendum nascitur.
Quiduis timet qui conscientiam timet.
Sat testium vna teste conscientia.
Timoris expers recta conscientia.
Torquet diu noctuq; conscientia.
Vis nil timere? conscientiam time.

CONSILII.

Abditum forte, haud iniquum consilium tamen Dei *est.*
Ad Deum referre par est consilij omnes exitus.
Consiliorum mentiumq; est acer arbiter Deus.
Cum Deo consulta, & in re quaq; ages feliciter.
Fulmen absq; consilio ipse Iupiter nunquam iacit.
Nec polum sustentet Atlas absq; fultura Herculis.
Absq; consilio optimatum nil aget rex prouidus.
Ciuibus obtemperare Principis non est mali.
Ciuium rei ac saluti consulunt reges boni.
Conficit Dux quaq; ferrum consilijs qui temperat.
Consilio tantum suo vti regis afflictissimi est.
Consulas senes; iuuenta Principi hastas sufficit.
Consulat prouinciales sæpe rex raro exteros.
Militis conducit operam dux, sibi ipse consulit.
Obuio à Vectore rector admoneri non fugit.
Perdet vsq; & vsq; Reges consilium domesticum.
Principi nunquam sinistre consulit Vox ciuium.
Regi opus cuiq; administris atq; consultoribus.
Vt saluti subditorum consulant reges, regant.
A *bono exitu maloue consilium aut malum aut bonum est.*
A *voluptate, à dolore, consilium haud feres bonum.*

Absq; consilij vigore mancus est belli rigor.
Absq; consultatione, mole vis ruit sua.
Alteri auscultare honestum est: ne nimis credas tibi.
Alteri quei consules, male ipse suades sibi tibi?
Alterius mutare damno consilium suum, improbi est.
Consiliario fatuo vti si cupis, teipso vtere.
Consilij boni adprobator, par ei est qui excogitat.
Consilij boni esse semper exitus sueuit bonus.
Consilij cursusq; finis vnus esse non solet.
Consilij est in nocte multum: consulit noctem Sophus.
Consilij expers est iuuenta: cana vix sapit coma.
Consilij si adest egestas, maximum est præsens malum
Consilij vim roborisq; sæpe fortuna enecat.
Consilio carent Senatus qua expedit affectuum.
Consilio è malo exoriri non potest vllum bonum.
Consilio vti neminem est æquum suo vsquequaq;.
Consilio obsequi Sophorum qui negat, nulli sapit.
Consilio vis destituta mole corruit sua.
Consilio vix acer est is, quisquis acer est manu.
Consilium à quocunq; sume vel miserrimo bonum.
Consilium bonum malumue cur ab exitu probes?
Consilium bonum putatur exitus cui est bonus.
Consilium bonum supra aurum est gemmeasq; bracte
Consilium fidele quouis tempore vtilissimum est.
Consilium haud est in pauore: cuncta fati vis agit.
Consilium in bello omne honestum est additum cui vti
Consilium malum putatur, exitus cui est malus.
Cuncta vi facit iuuentus; cuncta consilio senex.
Mentis consilium fatiscit omne vbi fata imminent.
Consilium mutationem quod capit, non pessimum est.
Consilium optimum impedire res queat minimissima.
Consilium plerunq; deest maxime quando illo opus.

Co

Consilium quod vnq; non fert imminens periculum.
Consilium rerum omnium vrget vir Sophus non exitus.
Consilium salubre ludit sapius sors improba.
Consilium sequi minoris si bonum est, res mascula est.
Consilium valet aque egeni; quam potenter diuitis.
Consulas plures, sed idem te quoq; ipsum consule.
Consulas votem parentum, plurimoq; vsu senet.
Consulat plus sapiens vnus mille quam è plebecula.
Consulat senex iuuentus arma tractat patria.
Consule hos queis gnara sortis vtriusq; præmia.
Consulenti attende nunquam, sed rei quam consulit.
Consulit saluti amicus, at voluptati gnatho.
Consulunt affectiones, consulunt sed pessime.
Consulunt bene vsq; amantes, ore qui sunt libero.
De graui re commoda omnis longa consultatio est.
De sua vnius bifrontes nil gerunt sententia.
Expedit sese ante tempus consilium mixtum moram.
Fas timere consulentes cuncta, pugnantes nihil.
Femina cur consulis male? ad malum instructissima est.
Femina consulta vergunt ad latus dextrum minus.
Fulmine occidendus vltro surdus ad tonitrua est.
Gnarus vtriusq; sortis optime hercle consulit.
In dolore gaudione nemo dextre consulit.
In graui re haud esse quit longa consultatio.
Mens amore insana, frustra sana consilia appetit.
Multa natura impedita consilij vis expedit.
Nemini non est sinister consiliarius timor.
Ne nimis credas tibi ipsi, consulas sæpe alterum.
Nemo consultare sueuit facta vt est assensio.
Nil valet virile robur consilij expers prouidi.
Nocte consultare nigra quæq; cordatus solet.
Non mage aptus consulendo est nobilis quam rusticus.

Nulla de salute ciuis longa consultatio est.
Nulli adhuc fuit nociua crebra consultatio.
Omnis est parens honesti consilij dius pudor.
Optime consulta finem sæpe habent improsperum.
Optime consulta sæpe non boni sunt exitus.
Optime præcogitata sæpe pessime cadunt.
Pendet exitus profecto consilij omnis à Deo.
Pessime consulta sæpe non mali sunt exitus.
Profutura veri amici consulunt, non quæ placent.
Quimlibet guberna vectorum audit, vt furit mare.
Qui sibi male, alteriq; consulet certo male.
Quinq; stultorum antecedit consilium vnius Sophi.
Quisq; consulit sibi ipsi res vbi vltime imminent.
Rarus est consultor acer, acer est quisquis manu.
Re peracta inire tandem consilium solet stultus.
Rebus in cunctis senes consule, & nunquam rues.
Rebus in diserte iniquis nulla consultatio.
Rebus in dubijs temeritas consilij supplet vicem.
Rite consultata prosper sæpe fallit exitus.
Robur ac vis consilij expers mole propria ruit.
Robur expete à iuuenta: consilium roga senes.
Sæpe consilij insalubris est salubris exitus.
Sæpe consilium nefastum forma velat blandior.
Sæpe sors peregit, impar consilij vis cui fuit.
Sæpius scypho è nouello promitur vinum vetus.
Sæpius scypho è vetusto promitur vinum nouum.
Si palam nequis palam at vrbi consule vtilissima.
Sordidatus consulendo est aptus æque ac purpura.
Spes auaras, viuq; cassa consili vt nata est, ruit.
Tempus expecta; est in ipso consilium vel optimum.
Terminatur fine fausta consilium cunctantibus.
Veri amici profutura consulunt, non quæ placent.

Vis superba destituta consilij fructu ruit.
Vt Ioui Themidem, assidere sic decet Regi probum.
Ambigua prudens caussa consilium expedit.
Audire noli si bonum suadet malus.
Bonis Deus consilia suggerit bona.
Consilia multis in bonum cedunt mala.
Consilia nemo recta commotus capit.
Consilia nemo recta commotus dedit.
Consilia sana quære sortem apud malam.
Consilia tarda finem habent statim in manu.
Consulta ibi non sunt vbi est affectio.
Consultor acer ore, raro acer manu est.
Consultor infidelis admodum est metus.
Contra Deum omnis vana consultatio est.
De quaque re bis, ter, quaterque consule.
Diuina lex guberna consilij omnis est.
Haud cursus idem finis est ac consilij.
In consulendo dira contumacia est.
In consulendo iniusta festinatio est.
Ira ac cupido consulunt, sed non bene.
Magis valent consilia natu grandium.
Mendicus æque consulat bene ac nepos.
Moras requirit consilium immutabile.
Multum manus? plus consilium potest bonum.
Ne consulas suauissimum, sed optimum.
Ne dulciora consulas, sed optima.
Nil consilij dementium penuria est.
Nil consulit recte voluptas, nil dolor.
Nil non patrat vis consilij maturior.
Non obligat se qui absque fraude consulit.
Non consulet bene obsitus spe vel metu.
Nulla est honestis sera consilijs dies.

Nulli expedit vulgare consilium Ducis.
Nunquam fidele consilium dedit timor.
Nunquam satis consulta mens est improbis.
Permulta vis, consilium at omnia efficit.
Profecto res est sacra consultatio.
Prudens ab hoste consilium capit suo.
Prudentis & consulta sunt prudentia.
Quiddam sacrum profecto consultatio est.
Quod optimum est id consulit quoq; optime.
Recte futuris nemo consultauerit.
Res est profecto sacra consultatio.
Semper probos consilium sequitur ac pudor.
Turpis fere omnis consilij est mutatio.
Viris bonis consilium adest usq; ac pudor.
Vis multa sed plus consulens vir perficit.
Vix rex ab vna se sapit sat ciuibus.

CONSTANTIÆ.

Ardua in re mentis alta proditur constantia.
Constantia omnis femina, inconstantia est.
Nil bona maliue sorti peruium constantia est.
Nulla abest virtus vbi vna visitur constantia.
Perdius pernoxq; eodem Socrates stetit gradu.
Rara auis constans amicus: saeculis vix nascitur.
Constantia hostis usq; Pœnitentia est.
Nec spe metuue infringitur constantia.

CO

CONSVETVDINIS.

Consuetudo inscripta lex est, usq; quod cuiuis placet.
Consuetudo stuporem mitigat rerum omnium.
Consuetudo tyranno quolibet potentior.
Dura cuncta leniuntur inge consuetudine.
Est vis potens illexq; consuetudinis.
Longa consuetudo legem publicam fere facit.
Nemo non viator auget scorpionem Herma petra.
Nulla consuetudo longa est quæ omnibus non perplacet.
Praua consuetudo sensim corrigenda, non simul.
Probanda non est consuetudo qualibet.
Redditur iucunda egestas dote consuetudinis.
Vsus atq; consuetudo omne quod vult obtinet.
A bona abire turpe consuetudine.
Natura consuetudo prorsus altera est.
Perdunt suam vim cuncta consuetudine.
Tyrannis est, heu, quanta consuetudinis.
Vincenda consuetudo consuetudine.

CONTAGII.

Pollui à mortale seclo non potest numen Dei.
Dextra cuinam pura ab omni munerum contagio?
Inquinat vicinam omnem morbus vnius celer.
Inquinatus labe, tactu plurimos suo inquinat.
Inuenitur æger ægram multus ob viciniam.
Sæpe sanus proximorum tangitur contagio.
Vna ouis contagione polluit totum gregem.

Vnius contagium omnem destruat viciniam;
Contagio vna gregem ouis totam inficit.

CONTEMPTVS.

Quam mage es despectus orbi, tam Deo es vicinior.
Non minus contempta curat Numen orbis quam ard
Cuncta contemnenda præter mentis indolem bona.
Despicabiles egestas reddit omnes quas premit.
Ferre contemptum sui æqua mente, perfectissimi est.
Neminem contemne: quiuis vindicare se potest.
Nemo apisci cuncta, cuncta sed potest contemnere.
Nil ita in bello est pusillum quin ferat spretum mala
Non minus nocet, quibusuis despici, quam suspici.
Non potes vitare mortem, sed potes contemnere.
Promptius nocere, uenit, quidquid est despectui.
Contemnere id quod nescit, amentissimi est.
Contemnere id quod nesciat, nemo potest.
Contemptor auri solus est dignus Deo.
Contemptus hostis vsque & vsque præualet.
Qui spernit hostem, mox ab hoste spernitur.
Quidquid nequimus adsequi contemnimus.
Se temnere ipsum, est apex scientiæ.
Semper perit contemptor audax hostium.

CONTENTIONIS.

Ciuium cum rege amandi splendida est contentio.
A solo ad cælum vsque crescit peruicax contentio.

Affi

Afficit graui malo vrbes rebrior contentio.
Eruditorum arte in omni suauis est contentio.
Coniugum de amo e vtrinq; dul is est contentio.
Aut ferit contentiosus, aut sat as l tes fouet.
Diuiti incrementa præstat pauperum contentio.
Elicit modesta verum sæpius contentio.
Ius ibi deest & æquum summa vbi est ontentio.
Nemini contentiosus parcit, omnibus Goliath.
Nemo non contendere audet cum suis æqualibus.
Nemo non contentione pascitur potentium.
Non potest victoria esse nulla vbi contentio est.
Optima est contentio in qua nulla vis periculi est.
Optima est contentione qua caret contentio.
Qui lutum stercusq; tractat, non abit pura manu.
Ridet omne æquum bonumq; pestilens contentio.
Sit licet nana in gigantem deinde abit contentio.
Veritas hæret sub ictu dum nimis contenditur.
Æquum bonumq; respuit contentio.
Contentionis mater iracundia est.
Contentionum plurima est contentio.
Contentiosus nunquam adulatorem aget.
Contentiosus omnibus dentem imprimit.
Incertus est contentionis exitus.
Peioribus contendere haud est inuidi.
Præstat sequi robustiorem quam trahi.
Vinci nequit fortitus improbus probum.

CONTINENTIÆ.

Continens nemo esse cui non id Deus dedit, potest.
Aulam habere continentem rex cupiens te contine.

Ciuis

Vnius contagium omnem destruat viciniam;
Contagio vna gregem ouis totam inficit.

CONTEMPTVS.

Quam mage es despectus orbi, tam Deo es vicinior.
Non minus contempta curat Numen orbis quam ardua
Cuncta contemnenda præter mentis indolem bona.
Despicabiles egestas reddit omnes quas premit.
Ferre contemptum sui æqua mente, perfectissimi est.
Neminem contemne: quiuis vindicare se potest.
Nemo apisci cuncta, cuncta sed potest contemnere.
Nil ita in bello est pusillum quin ferat spretum mala.
Non minus nocet, quibusuis despici, quam suspici.
Non potes vitare mortem, sed potes contemnere.
Promptius nocere, ueuit, quidquid est despectui.
Contemnere id quod nescit, amentissimi est.
Contemnere id quod nesciat, nemo potest.
Contemptor auri solus est dignus Deo.
Contemptus hostis vsq; & vsq; præualet.
Qui spernit hostem, mox ab hoste spernitur.
Quidquid nequimus adsequi contemnimus.
Se temnere ipsum, est apex scientiæ.
Semper perit contemptor audax hostium.

CONTENTIONIS.

Ciuium cum rege amandi splendida est contentio.
A solo ad cælum vsq; crescit peruicax contentio.

Afficit

Afficit graui malo vrbes crebrior contentio.
Eruditorum arte in omni suauis est contentio.
Coniugum de amore vtrinq; dulcis est contentio.
Aut ferit contentiosus, aut satas lites fouet.
Diuiti incrementa praestat pauperum contentio.
Elicit modesta verum saepius contentio.
Ius ibi deest & aequum summa vbi est contentio.
Nemini contentiosus parcit, omnibus Gnatho.
Nemo non contendere audet cum suis aequalibus.
Nemo non contentione pascitur potentium.
Non potest victoria esse nulla vbi contentio est.
Optima est contentio in qua nulla vis periculi est.
Optima est contentione qua caret contentio.
Qui lutum stercusq; tractat, non abit pura manu.
Ridet omne aequum bonumq; pestilens contentio.
Sit licet nana in gigantem deinde abit contentio.
Veritas haeret sub ictu dum nimis contenditur.
Aequum bonumq; respuit contentio.
Contentionis mater iracundia est.
Contentionum plurima est contentio.
Contentiosus nunquam adulatorem aget.
Contentiosus omnibus dentem imprimit.
Incertus est contentionis exitus.
Peioribus contendere haud est inuidi.
Praestat sequi robustiorem quam trahi.
Vinci nequit fortitus improbus probum.

CONTINENTIAE.

Continens nemo esse cui non id Deus dedit, potest.
Aulam habere continentem rex cupiens te contine.

Vnius contagium omnem destruat viciniam.
Contagio una gregem ouis totam inficit.

CONTEMPTVS.

Quam mage es despectus orbi, tam Deo es vicinior.
Non minus contempta curat Numen orbis quam ardu
Cuncta contemnenda præter mentis indolem bona.
Despicabiles egestas reddit omnes quas premit.
Ferre contemptum sui æqua mente, perfectissimi est.
Neminem contemne: quiuis vindicare se potest.
Nemo apisci cuncta, cuncta sed potest contemnere.
Nil ita in bello est pusillum quin ferat spretum mala.
Non minus nocet, quibusuis despici, quam suspici.
Non potes vitare mortem, sed potes contemnere.
Promptius nocere, ueuit, quidquid est despectui.
Contemnere id quod nescit, amentissimi est.
Contemnere id quod nesciat, nemo potest.
Contemptor auri solus est dignus Deo.
Contemptus hostis vsque & vsque præualet.
Qui spernit hostem, mox ab hoste spernitur.
Quidquid nequimus adsequi contemnimus.
Se temnere ipsum, est apex scientiæ.
Semper perit contemptor audax hostium.

CONTENTIONIS.

Ciuium cum rege amandi splendida est contentio.
A solo ad cælum vsque crescit pernicax contentio.

Afficit

Afficit graui malo vrbes rebrior contentio.
Eruditorum arte in omni suauis est contentio.
Coniugum de amore vtrinque dulcis est contentio.
Aut ferit contentiosus, aut satas lites fouet.
Diuiti incrementa præstat pauperum contentio.
Elicit modesta verum sæpius contentio.
Ius ibi deest & æquum summa vbi est contentio.
Nemini contentiosus parcit, omnibus Goliath.
Nemo non contendere audet cum suis æqualibus.
Nemo non contentione pascitur potentium.
Non potest victoria esse nulla vbi contentio est.
Optima est contentio in qua nulla vis periculi est.
Optima est contentione qua caret contentio.
Qui lutum stercusque tractat, non abit pura manu.
Ridet omne æquum bonumque pestilens contentio.
Sit licet nana in gigantem deinde abit contentio.
Veritas hæret sub ictu dum nimis contenditur.
Æquum bonumque respuit contentio.
Contentionis mater iracundia est.
Contentionum plurima est contentio.
Contentiosus nunquam adulatorem aget.
Contentiosus omnibus dentem imprimit.
Incertus est contentionis exitus.
Peioribus contendere haud est inuidi.
Præstat sequi robustiorem quam trahi.
Vinci nequit sortitus improbus probum.

CONTINENTIÆ.

Continens nemo esse cui non id Deus dedit, potest.
Aulam habere continentem rex cupiuit te contine.

Ciuis

Vnius contagium omnem destruat viciniam.
Contagio vna gregem ouis totam inficit.

CONTEMPTVS.

Quam mage es despectus orbi, tam Deo es vicinior.
Non minus contempta curat Numen orbis quam ardu
Cuncta contemnenda præter mentis indolem bona.
Despicabiles egestas reddit omnes quas premit.
Ferre contemptum sui æqua mente, perfectissimi est.
Neminem contemne: quiuis vindicare se potest.
Nemo apisci cuncta, cuncta sed potest contemnere.
Nil ita in bello est pusillum quin ferat spretum mala.
Non minus nocet, quibusuis despici, quam suspici.
Non potes vitare mortem, sed potes contemnere.
Prompt... is nocere, nequit, quidquid est despectui.
Contemnere id quod nescit, amentissimi est.
Contemnere id quod nesciat, nemo potest.
Contemptor auri solus est dignus Deo.
Contemptus hostis vsq; & vsq; praualet.
Qui spernit hostem, mox ab hoste spernitur.
Quidquid nequimus adsequi contemnimus.
Se temnere ipsum, est apex scientiæ.
Semper perit contemptor audax hostium.

CONTENTIONIS.

Ciuium cum rege amandi splendida est contentio.
A solo ad cælum vsq; crescit peruicax contentio.

Affi

Afficit graui malo vrbes crebrior contentio.
Eruditorum arte in omni suauis est contentio.
Coniugum de amore vtrinq; dulcis est contentio.
Aut ferit contentiosus, aut satas lites fouet.
Diuiti incrementa præstat pauperum contentio.
Elicit modesta verum sæpius contentio.
Ius ibi deest & æquum summa vbi est contentio.
Nemini contentiosus parcit, omnibus Gnatho.
Nemo non contendere audet cum suis æqualibus.
Nemo non contentione pascitur potentium.
Non potest victoria esse nulla vbi contentio est.
Optima est contentio in qua nulla vis periculi est.
Optima est contentione qua caret contentio.
Qui lutum stercusq; tractat, non abit pura manu.
Ridet omne æquum bonumq; pestilens contentio.
Sit licet nana in gigantem deinde abit contentio.
Veritas hæret sub ictu dum nimis contenditur.
Æquum bonumq; respuit contentio.
Contentionis mater iracundia est.
Contentionum plurima est contentio.
Contentiosus nunquam adulatorem aget.
Contentiosus omnibus dentem imprimit.
Incertus est contentionis exitus.
Peioribus contendere haud est inuidi.
Præstat sequi robustiorem quam trahi.
Vinci nequit sortitus improbus probum.

CONTINENTIÆ.

Continens nemo esse cui non id Deus dedit, potest.
Aulam habere continentem rex cupis? te contine.

Vnius contagium omnem destruat viciniam.
Contagio vna gregem ouis totam inficit.

CONTEMPTVS.

Quam mage es despectus orbi, tam Deo es vicinior.
Non minus contempta curat Numen orbis quam ardu
Cuncta contemnenda præter mentis indolem bona.
Despicabiles egestas reddit omnes quas premit.
Ferre contemptum sui æqua mente, perfectissimi est.
Neminem contemne: quiuis vindicare se potest.
Nemo apisci cuncta, cuncta sed potest contemnere.
Nil ita in bello est pusillum quin ferat spretum mala.
Non minus nocet, quibusuis despici, quam suspici.
Non potes vitare mortem, sed potes contemnere.
Promptius nocere, ueuit, quidquid est despectui.
Contemnere id quod nescit, amentissimi est.
Contemnere id quod nesciat, nemo potest.
Contemptor auri solus est dignus Deo.
Contemptus hostis vsq; & vsq; præualet.
Qui spernit hostem, mox ab hoste spernitur.
Quidquid nequimus adsequi contemnimus.
Se temnere ipsum, est apex scientiæ.
Semper perit contemptor audax hostium.

CONTENTIONIS.

Ciuium cum rege amandi splendida est contentio.
A solo ad cælum vsq; crescit peruicax contentio.

Affici

Afficit graui malo vrbes rebrior contentio.
Eruditorum arte in omni suauis est contentio.
Coniugum de amore vtrinq; dulcis est contentio.
Aut ferit contentiosus, aut satas lites fouet.
Diuiti incrementa praestat pauperum contentio.
Elicit modesta verum saepius contentio.
Ius ibi deest & aequum summa vbi est contentio.
Nemini contentiosus parcit, omnibus Goliath.
Nemo non contendere audet cum suis aequalibus.
Nemo non contentione pascitur potentium.
Non potest victoria esse nulla vbi contentio est.
Optima est contentio in qua nulla vis periculi est.
Optima est contentione quae caret contentio.
Qui lutum stercusq; tractat, non abit pura manu.
Ridet omne aequum bonumq; pestilens contentio.
Sit licet nana in gigantem deinde abit contentio.
Veritas haret sub ictu dum nimis contenditur.
Aequum bonumq; respuit contentio.
Contentionis mater iracundia est.
Contentionum plurima est contentio.
Contentiosus nunquam adulatorem aget.
Contentiosus omnibus dentem imprimit.
Incertus est contentionis exitus.
Peioribus contendere haud est inuidi.
Praestat sequi robustiorem quam trahi.
Vinci nequit fortitus improbus probum.

CONTINENTIAE.

Continens nemo esse cui non id Deus dedit, potest.
Aulam habere continentem rex cupit? te contine.

Ciuis

Ciuis omnis continentis principis se continet.
Continens est aula se rex ipsemet cum continet.
Continens sit rex, eruntque continentes subditi.
Non sat est te continere; contine rex & tuos.
Contine linguam atque ventrem, contine penem & ma
Continentia ac pudoris iure contubernium est.
Continentia voluptas omnis expers termini est.
Non eget claustris seraque quam voluntas continet.
Pro medente pharmacoque continentia est sibi.
Quo Cato ortus vtero, eodem nata continentia est.
Pulcrum meretur continens animus decus.

CONTVMELIÆ.

Æquum animum indignantem iniquat dira contum
Contumelia à vetusta lu'ibrium speres nouum.
Contumelia moueri mentis est humillima.
Contumeliis onustum vulgus, absumit metum.
Ecquis inultus contumelias libenter ferat.
Filia vbertatis alma dira contumelia est.
Ingenuus quauis mouetur contumelia pudor.
Rumpit & suprema amoris vincla contumelia.
Seculo iusto, absque pœna nulla contumacia est.
Solitudinis sodalis fusca contumacia est.
Soluit abrumpitque amores quosque contumelia.
Vim pati proteruiamque conuenit ferro truci.

CONVERSATIONIS.

Cum Deo versatur antequam ad Deum redis probus
Cum malis versare noli: fac amicus sis bonis.

Est bonus stacte, almum odorem proximis sibi adfricat.
Est parens contemptionis crebra conuersatio.
Improbi haud sunt improborum qui cauent consortia.
Parturitq; verum amorem longa conuersatio.
Quisq; talis qualis eius dulce contubernium.
Qui malo conuiuit, ijsdem est qualis ipse moribus.
Si malos inter versatur cum malis bonus perit.
Colloquia mores praua corrumpunt bonos.
Quisquis frequens est cum malis, fit & malus.
Quisquis malo se sponte miscet, est malus.
Si quis frequens est cum malis, erit malus.

CONVICII.

Arma pauperum in potentes sola sunt conuitia.
Non decet ducem popelli circumagi conuitijs.
Regium non est popelli quærere conuicia.
Rex æquum æmuletur; haud se vertat ad sonum canis.
Celsa mens contemnit ore vernulæ frontis iocos.
Corpus ensis, verba mentem sauciant sanam mala.
Dedecus probrumq; inurunt cuilibet conuicia.
Despicit latrationem quamlibet præstans equus.
Dicta si sunt falsa temne; vera si sunt corrige.
Esse vis conuicianti pessime? ipsum temnito.
Imperiti æqua audienda mente sunt conuitia.
In caput conuitiantis recidit dictum malum.
Insilit testis sonora grando grandi, at non nocet.
Longius conuitiator voce pergit quam tuba.
Mortuis conuitiari non solet nisi impius.
Nemini conuitiatrix lingua contulit lucrum.
Nil mouent licentiora dicta labiis inscios.

Non vulnerat mentem bonam conuitium.
Nuspiam licentiora dicta sinceros mouent.
Conuicia aures falsa fac praeteruolent.
Conuitia ira tela sunt prima omnium,
Conuitianti ne obloquare, & viceris.
Conuitianti vix sua est tranquillitas.
Conuitari regibus noli male:
Conuitiator quid nisi est vilis culex?
Conuitiator vocem habet modo tuba.
Conuitijs nullus mouetur improbus.
Expostulator quamlibet vincit tubam.
Licentiora dicta puros non mouent.
Mens pura linguas ridet irridentium.
Quemquam ne verba commouent phrenetici.
Vita mala conuitium haud abest procul.
Os silentio coerce: res mala est conuitium.
Pascitur lasus querela libera ac conuitijs.
Qui dolet quando male audit, conscius certe mali est.
Qui lacessentem facit nauci altius turba eminet.
Se magis conuitiator inquinat, non alterum,
Stoico contemnas ore vernula frontis iocos.
Strenua pro laude habendum est improbi conuitium.
Vlceris tactu mouetur, illico psora obsitus.

CONVIVII.

Ad bonorum etiam inuocati iusti eunt conuiuia.
Ambrosia est mica omnis; etsi decidit, mensis Deûm.
Apparatus! esto mundus: mensa lauta dissilicet.
Appares non ampliter sed comiter conuiuia.
Caua cui desit sodalis, nomen abnuit suum.

Cœna nulla delicata est quæ caret sodalibus.
Cœnæ amicus condimentum est omnium suauissimum.
Culpa magnis magna ferme regnat in conuiuijs.
Dapsilem mensam iocosis condias sermonibus.
Et Deo virûm bonorum dulce contubernium est.
In sale atq; mensa, amoris pignus est vel maximum.
Maxime iucunda cœna est sophorum in crastinum.
Maxime suauis sophorum mensa fit postridie.
Mensa præsepe est, ab ipsa vox abest si mutua.
Mortibus plerumq; soluunt principes conuiuia.
Multus ad mensam est amicus, rarus in re non bona.
Muta nil præsepe ab ipso differunt conuiuia.
Nemo mensa unquam senescet ad meraca fercula.
Nil magis conuiuij ornat gratiam quam æqualitatis.
Nil seueri seruijue postulant conuiuia.
Non modo in præsens proborum est cœna grata, & cras iuuat.
Pascitur conuiua verbis vocibusq; æque ac cibo.
Poculo per mensam eunti multa inest loquacitas.
Quidquid è mensis Deorum decidit, fac colligas.
Qualis est conuiua talis esse qui vocat solet.
Relliquias cœnæ peracta sparge, circumstantibus.
Serijs vacare rebus commodum conuiuio est.
Sponte adit iustum bonorum non vocatus ad dapes.
Suauiter condire cœnam vis? amicos aduoca.
Aptissima est conuiuio omni æqualitas.
Boni ad bonorum sponte eunt conuiuia.
Caret iocorum cœna temeti carens.
Conuiua si absit, ne voces conuiuium.
Conuiuij augent gaudium vox cum lyra.
Conuiuiorum gratia omnis in ioco est.
Cœnas inanes gens odit Gnathonica.

Em-

Embamma amicus optimum conuiuij est.
Foras maneto qui foras eliminat.
Loquela multa dedecet conuiuium.
Multus sodalis est honos conuiuij.
Nil mensa muta dictat à præsepio.
Non canat ast edit, sodale qui caret.
Loquacitatis plurimum in conuiuio est.
Sermone sis modestus in conuiuijs.

CORDIS.

A Deo cor molle, nec non à Deo durum venit.
Corda durat, corda mollit & Deus mortalium.
Corda munda, corda nuda sunt Deo cordi vnice.
Cordis intimi recessus vnico patent Deo.
Molle cor durumue ab vno prouenit cuiuis Deo.
Nulla eos formido terret, corda quorum agit Deus.
Qui Deum semel recepit corde semper continet.
Seu velit nolitue circumquisque corde gerit Deum.
Cor ei sit cui tuenda creditur populi salus.
Corpus vnum ut regatur corde ab vno desitit.
Non facit tiara regem, cordis ast benignitas.
A maligno corde frustra quid boni expectaueris.
Cor philautia repletum sapere se solum putat.
Cor saginatum bono omni, marcet ad tactum mali.
Cor tuum custodi: ab illo nam bonum omne est ac malum
Corda laudi auersa Musas Gratiasque non fauent.
Corda praua vsque vsque punit carnifex domesticus.
Corde ab impudenti maior lingua impudentia est.
Corde ab impudente oriri nil potest nisi impudens.
Corde corpori carenti, virga opus, nec non lupo.

Cor-

Corpore in grandi frequenter cor ineſt breuiſſimum.
Corde inermi, miles cetera membra inepte armat.
Cordibus committe leges, non columnis æreis.
Cordis à freno, omnis oris vel bonum omnem vel malum eſt.
Cordis à peruerſitate oris eſt peruerſitas.
Cordis à radice verus eſt amor, vera & fides.
Cordis à radice verba profluunt tantum impia.
Cordis exilis putatur cor cui auguſtiſſimum eſt.
Cordis impudentis, & frons & loquela eſt impudens.
Diuiti vix eſt cor vnum pauperi fere eſt duplex.
Felle cor quibus repletum eſt ore mel quei perferat.
Gaza vbi eſt cuiusq; ibidem cor habet perenniter.
Grande cor perſæpe paruo delitet ſub corpore.
Grande cor vix hoſpitatur grandiore in corpore.
Ah miſerrimum cor intus cuius igne acri flagrat.
Imperator vsq; prudens ſeruit vsq; cor hebes.
Impudens fit vox manusq; à cordis impudentia.
Impudens os impudentiores cordis ianua eſt.
Impudens os, impudentis officina pectoris.
In ſchola Chriſti inueniri non poteſt cor peruicax.
Maius eſt captum eſſe corde quempiam quam corpore.
Maſculum ſtatim euiratur cor voluptatum à lue.
Melle cor datum eſt homullis: corde bruto ſunt fero.
Muſa liberum requirit cor & os myſtæ ſui.
Ne geras viro minora corda rebus in malis.
Nemo non eſt lingua amicus, corde ſed pauciſſimus.
Nemo non magis propinquus corde cui quam ſanguine eſt.
Non poteſt ære æſtimari digna corde ars libero.
Non timent viciſſitatem cor quibus modum tenet.
Eſt miſer, cui cor latenti flammeum eſt incendio.

Ore

Ore qui felicem amicum laudat, corde ei inuidet.
Praua corda vltro suismet puniuntur moribus.
Plurimis nitent labella, corda at horrent sordide.
Sapius grande hospitatur cor in pusillo corpore.
Sapius grande in pusillo delitet cor corpore
Se putat cuncta esse solum cor, philautia obsitum.
Tam bonum nil est malignum quin cor illico inquinet.
Totus est Dei recepit corde eum si quis suo.
Verba perdit qui domare cor ferum tentat prece.
A corde frontis omnis impudentia est.
A corde puro verba pura profluunt.
A paruo honore cor minus fit maximum.
Arcana cordis sæpe vultus arguit.
Cordatus vnus vulgus omne dissipet.
Deum ade bardus, corde prudens consecrat.
Duci volunt generosa corda, non trahi.
Et consecratum corde habet Deum pius.
Importuosa corda sunt parum pijs.
Scelesta corda puniunt mores sui.
Verbis amantem non amo: cor quærito.
Veris amicis cor duobus vnicum est.

CORONÆ.

Est Deus benignitatum circulus perennior.
In Deum pietas corona omnium virtutium.
Quem Dei fauor coronat, cuncta mundi habet bona.
Quem Deus semel coronat, sæculo omni audit bene.
Absq; Musarum coronis Principum marcet decus.
A Deo corona regum; à Deo regum omnia.

A Deo

A Deo sunt sceptra regum candidaq; fascia.
Aut modeste perferenda est, aut corona in te ruet.
A metu atque spe tiara tota constat Principum.
Ius facit verumq; Reges, non corona verticis.
Non fa. it diadema regem, s:d fides, sed æquitas.
Plurimum mali regentum d. litet sub fascijs.
Principum diadema cura constat à laboribus.
Principi pietas corona est omnium virtutium.
Actus vltimus poetam vel coronat vel notat.
Ante certamen corona nemini victrix datur:
Ante far vinumq; nemo serta gessit vertice.
Anteit corona querna cæteras honoribus.
Anteit cunctas coronas ciue saluo qua datur.
Aureas paruo coronas quis labore nunquam tulit?
Ciue seruato corona qua datur primaria est.
Cui data est corona, quidnam is amplius desideret?
Cui sedes sua ac corona est, nonne habet satis boni.
Dignior corona nulla feminis silentio.
Est corona opima, salui ciuis ergo qua dature
Est corona summa salui ciuis ergo qua datur.
Est coronarum suprema regiarum ciuica.
Est min: r laurus triumphi quam corona ciuica.
Feminis corona summa purpura silentij est.
Fortitudinis corona danda nulli in angulo est.
Maior est ibi corona, plaga vbi est profundior.
Nemini datur corona antequam certauerit.
Non carent fructu labores queis corona ceditur.
Non coronatur pericla quit imet clausus domi.
Non iuuat corona molli lecta mõtis è iugo.
Non mali viri corona est præmium silentij.
Nullam iners speret coronam quam vacantis Murcia.

aPlladis dignus corona est literatorum chorus,
Pauperum corona flores habent non omne genus.
Pauperum :orona plexa pauculis è floribus.
Plurima laudis coronam durior capit labos.
Pro corona insigniore crinis est canus seni.
Quæ datur corona salui ciuis, est opimior.
Quem nepos multus coronat cum perit non interit.
Verticis corona clari præmium est gratissimum.
Verticis corona laudem plurimam semper notat.
Vir pius cruces coronas arbitratur aureas.
Vir probus priscum coronat fine supremo decus.
Amore palmæ si cales, metum abijce.
Canos senum mores coronant optimi.
Corona, inanis bulla tantum gloria est.
Corona nulli debita est inertia.
Corona quæuis symbolum victoriæ est.
Corona regum splendida, innocentia est.
Corona signat præmium victoriæ.
Corona signum insignis est victoriæ.
Corona vbi est, ibi sua est perfectio.
Promittitur corona, sed certantibus.
Quiuis sacerdos consecratur stemmate.
Senum corona est, vsus annorum sagax.
Vbi corona, ibi fere est & vinculum,
Vbi corona, ibi operis est perfectio.
Vbi corona, laus ibi est ac gratia.
Vbi est honos, ibi corona plurima est.
Virtus corona digna qualibet sua est.
Vita corona perseueranti datur.

COR-

CORPORIS.

Corpus vsq; ad ima mentem deprimit, Dei immemor.
Absq; cura habere corpus rex solet mentis bona.
Corporis rex dignitate qui valet, multum valet.
Regibus multum est repostum dignitate corporis.
Est domus animi omne corpusq; animus exit si ruat.
Corpori des quod necesse est, non quod expedit gula.
Corpori seruit profanus, corpori indulget pius.
Corporis cura alma multis, cura mentis nemini.
Corporis prima est voluptas: mente cæcus quilibet.
Corporis sodalitate mens laborat noxia.
Corpus absq; edace cura sempiterne floreat.
Corpus exercemus omnes: cura mentis nemini est.
Corpus hospitium esse noris cuiq; anima nulli domum.
Corpus omne ad ima pronum deprimit mentes humi.
Eccui tam cura magna mentis est quam corporis.
Ecquis est qui non tumescat corporis sui bonis?
Fama, res, honor, decusq; corporis satellites.
Nemo magnus, curiosus corporis est suimet.
Nemo natus est mancipium corporis sit vt sui.
Non potest ei esse cura mentis, est cui corporis.
Non potest membrum esse habile vllum, par fere si corpori est.
O beatum sana sano mens cui est in corpore!
Purgat exercetq; quimuis corporis dolentia.
Stultus est qui pluris ipso corpore vmbras æstimat.
Torpet & mens fata curis corpori cum non bene est.
Ad ima mentem corpus vsq; deprimit.
Corpus viget curas edaces quod fugit.

Est corpus hominis involucrum, haud est homo.
Et corpori mentis nocet contagium.
Mens sana raro est corpori sano minus.
Nil corpus est quam iniusta mentis sarcina.
Sapiens habitat haud viuit in corpusculo.

CORRECTIONIS.

Corrigit regitq́ mentes vnus vnicus Deus.
Non corripit Deus nisi vt quem corrigat.
Quem corripit manus Dei, hunc & corrigit.
Est opus die ac quiete corrigas vt publicum.
Corrigi potest malum vnum à bonis quam pluribus.
Corrigi pudet superbos, vtpote errare inscios.
Cum periclo lugente, plebis corrrigis lasciuiam.
Iuniora finge: truncus non reformatur vetus.
Mille mille corrige vna criminosorum nota.
More adultas prauitates irritus correxeris.
Morte vastas ciuitatem plurium non corrigis.
Non eget correptione sponte qui se corrigit.
Optimum est pati po ite corrigi quidquid nequit.
Qui negat peccasse se, ille corrigi prorsus nequit.
Qui simul semelq́ cuncta corrigit, nil corrigit.
Temporis sociq́ non sui asperat correptio.
Vix malo vllo corrigantur lata res quos perdidit.
Constanter id feras nequit quod corrigi.
Correctio nulla absq́ lenitudine est.
Multos malos vnus bonus quei corrigat?
Peccare qui se nescit haud vult corrigi.
Quiuis cadit fœde, iacet sed fœdius.

Quod

Quod corrigi nequit, ferendum fortiter.
Quod corrigi non est pote, optimum est pati.

CRASTINI.

Quis Deo ortus lucis vnquam crastina certus fuit?
Quis Deos sibi fauentes polliceri cras queat?
Quis cliens sibi Deûm ausit polliceri crastinum?
Principum speret fauores quis sibi vsq; in crastinum?
Quis sibi regum tiaram spondeat vel crastinam?
Christianum cogitare vix decet de crastino.
Cognitum nulli an futurus sit superstes crastini.
Delicate viue, sed sic vt memor sis crastini.
Nemini vita est in horam certa, nedum in crastinum.
Nemo nouit an videre crastinum possit diem.
Nemo nouit vita an ipsi sit futura in crastinum.
Nemo scit victurus an sit in diem vsq; crastinum.
Nemo vita certus horam est, imô ne eius scrupulum.
Qui sibi horam pollicetur, pollicetur plus satis.
Quis die ausit polliceri crastina fructum sibi?
Quis sibi potest amicos polliceri in crastinum.
Quis sibi vnquam est ausus horam polliceri crastinam.
Quis sibi vnquam polliceri quiuit horam crastinam?
Sic diem tibi ordina omnem, ceu cariturum crastino.
Veritas nullum requirit cogitandi crastinum.
Viue suauiter, sed ipsum cogites vt crastinum.
Vita nobis est horaria, imo momentanea.
Nulli sua est beatitas in crastinum.
Ob crastinum torquere se, dementium est.
Hodie beatus cras miserum ipse se vocat.
Qui frater est hodie, esse cras hostis potest.

CREDENDI.

Fides salutis cuilibet compendium est.
Qui fidem Deo reseruat iustus ipsimet Deo est.
Qui fidem induit fatetur illico in ignorantiam.
Vnicam fidem intuetur, non opus nostrum, Deus.
Quisquis orbi & rebus orbis credit, haud credit Deo.
Credulum ducem haud opina damna cingunt vndiq;.
Cuncta credunt vera, de se quæ autumamus Principes.
Morbus in tyranno, amicis raro habet fidem.
Sæpius nessa tenetur hostium dux credulus.
Auribus fides habenda est? at oculis certe magis.
Credito patri atq; matri de Deis cœlestibus.
Credulum nimium esse oportet nem. nem, certe senem.
Credulus ritu Sabino somniat quidquid cupit.
De fide cuiusq; credas oculis, haud item auribus.
Femina nil crede, certe non palam esse quod times.
Ne quid alteri vnquam crede plus quam ipsi tibi.
Plura sunt credenda de actis quam scienda Numinis.
Si fidem tibi obligari vis, habe fidem alteri.
Tam malum est fidem habere cunctis quam fidem habere nemini.
Vera tantum crede, per te quæ ipsus exploraueris.
Vix homo est vocandus, ipsum qui iubet credi Deum.
Credas Deum colasq; sed mera fide.
Credas tibi de te ipse, non item alteri.
Deum esse crede & colito, sed non quærito.
Fidit latroni femina qui habet fidem.
Inuitus vt quid credat anquis cogitur?;
Peioribus ferme fidem præstat metus.

Ple-

Plerunq; & ipsa habita obligat fides fidem.
St-ltus fidem verbis habet, rebus Sophus.
Veris amicis credimus nostra omnia.
Vix invenit fidem vllam egeni oratio.

CRIMINIS.

Criminum crescente cursu crescit ira Numinis.
Criminum vindex in alto est Numen & seruat pios.
Tu licet tegas negesq; crimen, at Deo patet.
Crimen omne plecte, princeps, improbi, aut facis tuũ.
Crimine vno regum in aula mille merita diluas.
Imperantum mussitanda, haud vindicanda crimina.
Perpetrat rex ipse crimen omne quod non vindicat.
Quos liberat rex crimine, haud semel notat.
Additur statim peracto crimini comes timor.
Crimen vt iam perpetratum est fœditas eius subit.
Crimina illico inualescunt ni manu coerceas.
Crimina indurata sero corriguntur: permanent.
Crimini vitioq; prona turba mortales sumus.
Criminis cuiusq; mater vera, concupiscere.
Crimini cuicunq; prona turba mortales sumus.
Criminis cuiusq; origo est Error atq; Infirmitas.
Criminosorum cultor ensis imminet ceruicibus.
Criminum flammis suorum quilibet fons vritur.
Criminum lues scelesti cordis è sinu scatet.
Criminum quiuis suorum funibus semel tigat.
Ecquis est contentus vno crimine? ad plura inde hiat.
Liberat quem crimine error stultaq; ignorantia.
Mens habet tormenta tot quot criminum turget fibris.
Morte delinquentis omne crimen extingui solet.

Non minus fit crimen ullum numero delinquentium.
Non patet nisi à patratu magnitudo criminum.
Noxa praesto est criminoso, sit licet claudi pedis.
Omne in ipsis corrigendum crimen est cunabulis.
Crimen facis tuum omne quod non vindicas.
Crimen ratum omne vita, non testis, facit.
Crimen senecta ne voca ludum ac iocum.
Duplare crimen omne vis? crimen nega.
Est crimen ipsum poena summa criminis.
Est crimen omne grandius scientium.
Post crimen ipsum criminis pondus patet.
Quis nobilis, quis diues, horret crimina?
Solus suo tenendus auctor crimine est.
Virtutem egestas; crimen obtegunt opes.
Omnium profecto mater criminum est cupiditas.
Quod sine vmbra corpus, hoc est quispiam absq; crimine.
Saepe voce, sub decora; criminis confessio est.
Poenam habet tergo sedentem qui sinu crimen fouet.
Qui negat se criminosum criminosus maxime est.
Ter sacra est, soluta lege magnitudo criminum.
Vita multis absq; crimine, absq; peccato haud idem est.
Vniuersis imputantur pauciorum crimina.
Vt peractum est crimen eius noscitur profanitas.

CRVDELITATIS.

Haud diu ciues gubernat qui gubernat aspere.
Quei queat cuiquam esse grata Principis crudelitas.
Saepius metum in furorem regum agit crudelitas.
Ibides vnis feroces sunt domi serpentibus.
In scelestos iusta semper qualibet crudelitas.
In suos crudelis, esse mitis haud pote exteris.

Lassa

Laßa vbi est, esse il videtur vix sibi crudelitas.
Mollias ferrum quidem igne, ferrum at interim manet.
Nil minus crudelitate feminam decet probam.
Quando vitam aufert leoni fortior forti leo.
Qui bonus pœnis minisq; est, more bellua est malus.
Respuit dilationem grandior crudelitas.
Sanus haud est qui sinistra dexteram tollit sibi.
Auaritia vicina item est crudelitas.
Crudelis esse audaxq; non potest simul.
Crudelis est timor magis quam audacia.
Crudelitas crudelitatis talio est.
Crudelitate quid negotiosius?
Eadem est tyranni, lanionis qua est domus.
Ignauia fere addita est crudelitas.
Lupus leoq; sæuit in dispar genus.
Nil in se habet crudelitas audacia.
Odij parens est arrogans crudelitas.
Princeps crearis ob salutem ciuium.

CRVCIS.

A Deo plus quisq; amatur, quo cruci plus subiacet.
Nulla crux est, inuenire corde regis quin queat.
Ad cælum feruntur omnes mille quos vexant cruces.
Arbori quod Eurus, hoc crux est pio, fit firmior.
Crux duplex cuiq; est, cupido lucis, ac mortis timor.
Diuitum cura metusq; mille sunt cruces.
In sinu crucem vsq; gestat improbus domesticam.
Multa vexat crux homullos, summa at est iuris rigor.
Non crucem, sed illum adora qui pependit in cruce.

Sarcina est iucunda crux ijs qui viam vitæ terunt.
Vis nocendi opumq; census, improborũ sunt cruces.
Vt perennet, condienda est sale crucis felicitas.
Iuxta scholam lucis schola adsita est crucis.

CVLPA.

Culpa Principum expiatur innocentum sanguine.
Grandior fere visa vulgo culpa lausue Principum est.
Laudibus culpisue regum, semper addi quid solet.
Absq; pœna culpa nulla est: culpa pœna ipsa est sibi.
Alterius perire culpa quisq; mallet quam sua.
Culpa maior est minorq; pro gradu peccantium.
Culpa vbi est inde esse longe nigra pœna non solet.
Culpa vbi est, inde esse pœna non potest longe timor.
Grandis occupat triumphum culpa parua carcerem.
Nulla culpa plus remordet quam perenni sontium.
Nulla sic venit dolenda culpa quam merentium.
Parte ab omni vita nulli est absq; culpa simplice.
Pessimus culpa peracta iactat innocentiam.
Quisq; culpat, quisq; laudat Principes iusto acrius.
Prærogatiua grauatur culpa, certe haud fit minor.
Prærogatiua eminentis culpaq; eminentior.
Quam magis celare culpas quæris, hoc minus latent.
Quam sit ingens culpa nouit nemo quam qui eam subit.
Qui rogat culpam fatetur, qui rogat veniam petit.
Qui suam culpam fatetur prorsus is culpam exuit.
Caret pudore culpa, teste quæ caret.
Nemo est ab omni parit qui culpa vacet.
Suosq; culpa plectere auctores amat.
Tristius perire culpa non sua quam propria.

Vã-

Vacare culpa, murus hic aheneus.
Vacare culpa summus est apex boni.
Vt corpori umbra, homini usq; sic culpa est comes.

CVLTVS DEI.

Ad Dei cultum magister est metus longe optimus.
Ad Dei cultum requiro conscientiam integram.
Cultiora temple quo sunt, hoc mage est cultus Deus.
Dam̄num cultura aliena est à Dei cultoribus.
Et fidem & deuotionem cultus exigit Dei.
Impium non esse, cultus est Dei vel vnicus.
Infidelis à metu ortus cultus est, nec permanet.
Innocenter atq; iuste qui se agit, cultor Dei est.
Munerum splendore Numen non coli vult, sed fide.
Ne Deum colas opimo munere, vt casta fide.
Non malum esse cultus vnus est Dei, imo & vnicus.
Ni tenes cultu, recedit Cælitum benignitas.
Non potest quis esse Princeps si caret cultu Dei.
Ore dexteraq; numen, corde sed magis cole.
Qui colit Deum omniumq; cultor est mortalium.
Qui Deum colet, coletur à colentibus Deum.
Qui Deum colit, parentes diligit, nulli nocet.
Qui sapit sumptus opesq; spernit à cultu Deûm.
Sospitant ope bona omnes Numina ipsos qui colunt.
Animo colendus maxime pijs Deus.
Credas Deum colasq; quærere at fuge.
Cultus Dei, mentis mage est quam corporis.
Cultu Dei, prodes tibi, haud prodes Deo.
Cultus Dei nulli absq; conscientia est.
Cultus Dei vnus, abstinere crimine.

Cultus Dei vna, imo vnica est sapientia.
Dei absq; cultu principatus mox ruit.
Deum puta esse, & percole: at ne quærito.
Nequam lauat Deo manus, mentem probus.
Regnare, cultus est Dei vel maximus.
Verus Deo ipso cultus est in pectore.

CVLTVS ANIMI.

Absq; cultu literarum senticescit cor Ducum.
Corda dura molliuntur regibus per literas.
Corda ni regum colantur artibus, sentes ferunt.
Principum nitere corda quei queant, nisi colas.
Cuilibet mens senticetum redditur, nisi colas.
Ingenium est ager, vepreſcit vsq; quaq; ni colas.
Literis ornate mores; moribusq; literas.
Nulla non cultu nitescunt liberali pectora.
Plurimum in cultu fideli est: cultus in mores abit.
Rite culta mens ad omne laudis exemplum volat.
Mollito cultu liberali pectora.

CVLTVS CORPORIS.

Quem Deus quæso ex amictu vel probat vel non probat?
Simplici cultu fruuntur proximissimi Deis.
Cultus admirationi est, ipse rex contemnitur.
Pauo cauda honorus, at rex gemmeo igne verticis.
Pauo cauda, veste Princeps obuijs miraculo est.
Principum plures adorant purpuram, quam Principes.
Quiuis rex pauo est, amictus lumina omnium ferit.

Com-

Comptus est satis superq; dia virtus quem polit.
Ditiore cultu honestes quamq; pulchritudinem.
Eripi haud debet potestue cura cultus femina.
Est sita in pennis tua omnis, pauo mi, præstantia.
Gemmeo à fulgore forma feminis fit auctior.
Non eget cultu, decorem cui natura contulit.
Mens cui est animus cura, corporis valet decor.
Penna pauonem ornat, omnis corpus expers gratia est.
Quem satis natura compsit, cultibus non indiget.
Sæpius quocunq; cultu cultior neglectio est.
Tolle pennas gratiosi nil erit pauonibus.
Fit pulchrior formosa cultu diuite.
Haud cognitu pronus vir est fuco oblitus.
Modico virilis forma amat coli modo.
Plumis superbit pauo quisq; haud corpore.
Quis iudicauit corporum è cultu probos.
Sat cultus est rex multa virtus cui comes.
Vagina ferrum nec bonum aut malum facit.

CVPIDINIS.

Diuites regnoq; fulti plura quam fas est petunt.
Nil auere, nil timere, prorsus est res regia.
Vis supra regem esse regum? nil cupisce, nil time.
Ampliora concupisce viribus; mox corrues.
Appetitu temperato qui potest vti, valet.
Appetitus à ratione si recedit, deuiat.
Auiditas iniuriarum ipsa est velut metropolis.
Concupiscere est malorum fons scatebraq; omnium.
Concupiscere haud sua, est res omnium iniustissima.
Concupiscimus quod abstat, spernimus præsentia.

Creber vsus vsq; quaq; destruit cupidines.
Cui minima in vita cupido est, minimum ei in vita nuli est.
Cuncta habet cui docta mens est in salubri corpore.
Cupiditas est appetitus non mali, sed & boni.
Diuitiis cupido egena est inter aggestas opes.
Dum nihil cupidini est sat, semper in siti ac fame est.
Ecquis est metam ecundæ qui statuat cupidini.
Est aqua interius cupido: crescit vna cum bonis.
Ex rei haud suæ cupidine omne nascitur malum.
Filio Philippi hic vnus orbis haud erat satis.
Fons iniquitatis omnis concupiscere vnicum est.
Fons mali omnis est cupido, fons mali omnis est amor.
Incutit sui auctiorem cuiq; res cupidinem.
Inter aggestas cupido semper est inops opes.
Ipsi Alexandro orbis vnus noster haud fuit satis.
Maximus cupido diuûm est maximus, sed pessimus.
Multa multi concupiscunt propter ignorantiam.
Nemini non est cupido lucis ac mortis timor.
Nemo ita est peculiosus plus habere quin velit.
Nemo sat magnus sibi vni est, etsi alijs vel maximus.
Nil petentibus, locus omni, voti adest fructus sui.
Non amor, verum voluptas, finis est cupidinis.
Non habet finem cupido vasta, non habet modum.
Non habet finem cupido, non modum: vult omnia.
Nulla res sitim satullat improbi cupidinis.
Nullus est ita altus esse quin aueret altior.
Omnium fons est malorum concupiscere haud suum.
Pauca vita, plura luxus poscit aduentitius.
Plus eget orbe, cuius orbis non capit cupidinem.
Qui cupit virtutem, honorem qui cupit, malum neget.
Qui nihil cupit beatus est magis quam qui omnia.

Qui nihil se habere credit, concupiscit omnia.
Qui se habere cuncta credit, concupi cere haud solet.
Qui valet, potestq; multum, posse plura adhuc cupit.
Quo minor spes est cupiti, fructus hoc est gratior.
Rebus humanus cupido semper imminet nouis.
Semper eadem velle si vis, vera oportet vt velis.
Semper humanus cupido rebus imminet nouis.
Semper in fame sitiq; victitant cupidines.
Sunt boni ac mali appetitus turbida cupidines.
Tam mulier quam vir nociua capitur cupidine.
Terra, cælum, pontus, orcus iussa obeunt cupidinis.
Cupidinem omnem vsus replet frequentior.
Dilationem non ferunt cupidines.
Feralius nil vinculis cupidinum.
Frui cupitis qui nequit, dic Tantalum.
Habere multa si cupis, partium parum est.
Hebet cupido cum frui prompte licet.
Libido habendi, finis exors ac modi est.
Nunquam repletur pera mendicantium.
Nunquam tyranno flaccida cupidines.
Opum cupido maximum orbis est malum.
Potest habere cuncta qui nihil cupit.
Qui plus habet, is habere plus posse incipit.
Quo plura quis requirit, hoc eget magis.
Quo suauior cupido, eo est crudelior.
Quod non licet solum libet cupidini.
Quod vis vt habes vbiq;, qui nihil cupis.
Radix malorum est omnium in cupidine.
Res perpera est permulta concupiscere.
Retinentur arcte quæ quis ardenter cupit.
Stulta est cupido, quæ dies longos sitit.

Vbi vsus est, ibi cupido deficit.
Voluit cupido quodlibet, quod non licet.

CVRÆ.

Cura nulla ei est molesta, qui suo cura est Deo.
Cura eadem non fouentur à Deo mali ac boni.
Nec Deus virtusq; curat accipitres pecunia.
Nil Deos curat, malo addi cuius haud quidquam potest.
Nulla eget re qui fideli se dedit cura Dei.
Præter vnum illum vnicumq; nemo nos curat Deum.
Qui Deo cura est, ab ipsa soluitur inuidentia.
Qui Deo est curæ, æuo in omni liber à curis agit.
Semper bonorum suscipis curam Deus.
Sic sibi cura atq; amori nullus est, vt est Deo.
Humana curat iudicatq; mens Dei.
Cura habe magis salutem ciuium rex quam tuam.
Incubant indesinenter regibus cura ac labor.
Maximum regnum vndiquaq; cura cingit centuplex.
Subditos iuuare cura Principi vna atq; vnica est.
Absq; cura ac tristitate repperire neminem est.
Attrahit Lauerniones cura diligentior.
Corpori cui cura magna, magna item animæ incuria est.
Cura corporis is cuiq; est; curam animi nemo gerit.
Cura egentis, more nubis simplicis mox transuolat.
Cura eget nec non labore fulgurans victoria.
Cura maxima est parentum, liberis sit vt bene.
Cura vbi est ærumnaq; esse multa ibi virtus solet.
Diligensq; cura vincit omne natura bonum.
Diligenter quisq; curat se, magis sed liberos.
Eluit curas edaces liberalis potio.

Est amici cura habenda sed tamen viri magis.
Est supra periculum omne curam agit cui Deus.
Gratia Musæq; curas à suo fugant Lare.
Mens ei deformis est, cui cura pulcri corporis.
Multa corporis cuiq; est cura, nulla pectoris.
Nemo non cura est sibi ipsi, nemo non domesticis.
Nemo non cura solutus rebus est in prosperis.
Non honor non gaza mentis discutit curas graues.
Nulla cura nunc honestis, nullus pulchris excubat.
Qui minora curat, vtiq; prospicit maioribus.
Semper inuenire curas Principum est circa domos.
Sensibus curas acerbas qui gubernat, est catus.
Sensibus curas acerbas sic guberna ne furant.
Seu domi sit seu peregre, cura, quem tenet, ligat locus.
Vixerunt alti saporis, alta cura quos premit.
Cui cura formæ, mentis illi incuria est.
Cura corporis cuique, cura mentis nemini est.
Curæ Deo boni vsq;, at inuisi mali.
Curæ volant circum domos potentium.
Cura fere ipsa redditur peior malus.
Curam omnium gerit rex, haud solum sui.
Curare ventrem qui solet, mentem haud solet.
Curato corpus, est enim ipsa animæ domus.
Curis duobus esse par rarus potest.
Deo vtiq; cura Principis probissimi est.
Excludere hostes arduum; at curas magis.
Imperia summa cura summa vsq; obsidet.
Lauerniones cura diligens trahit.
Longe alia cura animi aliasq; est longe cutis.
Nunquam benigna cura clauda est calitum.
O quanta curas fata mortales agunt.
Oppleta curis corda sunt amantium.

Qui se nequit curare liberos nequit.
Suspecta fraudum est cura diligens nimis.

CVRIOSITATIS.

Curiosus est in omnes, maxime in bonos Deus,
Curiosus esto rex, sed ciuium omnium bono.
Sæpe fallit regem oportet, scire qui vult omnia:
Absq; damno curiosus nemo adhuc fuit suo.
Ah nihil explere mentes curiosorum valet.
Curiositas ingenio haud vtitur sed abutitur.
Curi si a e nemo factus est b atior.
Curiositatis omne turbulentum præmium est.
Curiosus ciuitati plus nocet quam commodo est.
Est sibi alteriq; damnosissima curiositas.
Impudentia referta est dote curiositas.
Inquietat semetipsam n ua curiositas.
Ius & æquum abesse sueuit curiositatibus.
Non vetustis sed nouellis curiosus incubat.
Omnium in secreta quærit sola curiositas.
Quid mali egerit rogamus, non item quidnam boni.
Incuriosus nullius rei est Deus.
Mens curiosa credula in pœnam est suam.

CVSTODIÆ.

A Deo quicunq; pendet, fune pendet aureo.
A Deo qui: unq; pendet non cadit quamuis ruat.
Commodi deesse nil quit ijs; quibus præses Deus.

Cui

Cui Deus custos vigilq; est non subest periculis.
Est supra dolum est supra vim cui Deus custodia est.
Gentis humanæ est perennis tutor ac custos Deus.
Neminis Deus recessit vspiam à custodia.
Nil phaselo est nociuum, cui Deus loco anchora est.
Non eget custode custos Angelus cui est Dei.
Non eget custodia vlla quæ Dei custodem agit.
Non timet damnum aut periclum cui Deus custodia.
Pergimus quocunq; custos est vigil nobis Deus.
Quem Deus custodit illi cuncta prosunt noxia.
Quem Deus custodit, omne difflat infortunium.
Quem Deus custodit omni maior infortunia est.
Quem Deus custodit omni tutus orbis à malo est.
Quem semel Christus recepit in sinum, non excidit.
Qui colit iustum piumq; præside est tutus Deo.
Qui Deo ipsum sesesosq; credidit, cur nam timet?
Qui Deo se credit vni, tutus est omni à malo.
Qui Deo tutore viuit, est supra spes ac metus.
Quos Deus custodit, est vis manca in illos, est dolus.
Non eget custode septus charitate ciuium.
Principum fidia amorq; ciuium seruat satis.
Vis diu regnare? custos esto iusti, esto pij.
Vnico custode cæli fat beatus rex pius.
Abdita ad lanerniones cura diligens trahit.
Ai sq; custode animus, muris destituta ciuitas.
Auris est custos fidelis; seruat est venter nihil.
Clausa portis vectibusq; sollicitant furum manus.
Credita Argo Io, placere cœpit acrius Ioui.
Eruditio, bonusq; sermo, custos vrbium est.
Luminis qui non gemelli pupulam custodiat?
Nemo custodire natæ sat decus potest parens.
Nil in orbe est quin magistra, s fulciat custodia.

Nocte

Nocte quid prodest, sopori si vacat, custodia.
Non eget custode, custos cui fides est, cui pudor.
Non eget custodiis vlla quem tenet pudor sui.
Non eget custodiis vxor, it comes cui castitas.
Non eget sera atque claustris ipsa quæ custos sui est.
Non potest dici fidelis, credit custos malus.
Quem fides munit marita non eget munimine.
Quam pudet peccare, custos acris est sui satis.
Quam pudet peccare, serua non eget custodia.
Qui nequit sibi esse custos, alterum custodiet?
Semper in cura metuque est aurea custos domus.
Suaue pomum est quod remotis carpimus custodibus.
Vtile est regi iuuentam sub patrum custodia.
Ædes egentum non egent custodia.
Bonos Deus custodit, ac frenat malos.
Custode cælo sat beatur rex pius.
Custodia vrbis certior nulla est Deo.
Custodiam cælo tui transcribito.
Custos fidelis Principi innocentia est.
Nemo est monendus ad sui custodiam.
Nulla est Deo securior custodia.
Perenni custos legis est Deus suæ.
Vix ipse custos fiet agnorum lupus.
Vrbs magna multis indiget custodijs.
Vrbs parua paucis indiget custodibus.

DÆMONIS.

Constat omnis fraude Dæmon, constat inuidentia.
Dæmon omnis est malignus, dæmon omnis est ferus.
Dæmonas fugare si vis, fac lites menti bonæ.

Dæ-

Dæmones permulta possunt, sed tamen non omnia.
Dæmoni abrenunciauit tota Christianitas.
Dæmoni artes sunt nocendi mille, mille nomina.
Dæmonum est surripere sensus per vagos mentem bonam.
Dæmonum mente, atq; sensus fascinamur artibus.
Dæmonum latente marte iugiter lacessimur.
Dæmonum prodesse non est, est nocere Dæmonum.
Haud solet prodesse dæmon cuiquam, omnibus nocet.
Vinum, libido, liuor & dæmon, pares.
Mutat in formam hanc se & illam dæmonum subtilitas.
Non potest Deo placere, Dæmoni vsq; qui litat.
Non potest Deo vacare mancipatus Dæmoni.
Non queunt nocere tantum dæmones, quantum volunt.
Qui Dei iugum recusat dæmonum vngues incidit.
Mentiri, opus est vnum vnicuiq; dæmonum.
Semper cupit nocere dæmon, sed nequit.

DAMNI.

Et Deus maiora damnis commoda ex ipsis trahit.
Publicis damnis mouetur rex bonus; malus suis.
Alteri qui damna quærit in suum damnum ruit.
Alterius sapiens periclo discit, insipiens suo.
Cur grauas damno, actionis nulla qui sensit lucra?
Damna tunc demum sua orbis sentit, vltro vt perdidit.
Hoc habent damna: villa vix sunt absq; pœnitentia.
Non potest prudens vocari qui suo discit malo.
Præuenire damna præstat vindicare quam data.
Quis malis suis cauere quærit alterius malo.
Rarus est qui causa amici perditum ipse se velit.
Rarus exemplo auocatur proximi à malo suo.

Vix sapit quis absq; damno vel rei vel nominis.
Damnum lucrumq; omne à Deo est mortalibus.
Plagis docetur quisq; vel miserrimus.

DAMNANDI.

Est stupor damnare quidquid assequi satis nequis,
Illico reum coercet puniens damnatio.
Neminem vnquam ex asse damnes luce quamdiu vescitur.
Sponte se damnauit ipse scelere conuictum Oedipus.
Culpam sequi solet Dei damnatio.
Damnatus alijs ipse damnes neminem.
Damnent nocentes regij, puros probent.

DEBITORIS.

Debitor vult esse nemo, ne cœli quidem Deo.
Vt Deus sit, debitori lenis esto item tuo.
Debitor nemo vocari Principum vult, sit licet.
Nemini debere reges quid volunt; omnes beant.
Debitoris execratur quisq; nomen, & rei.
Debitum omne fac refundas mente eadem qua datur.
Filius patris tenetur soluere heres debita.
Nemo iustus illibenter fert reposci debitum.
Nemo sanus creditori reddit ægre debitum.
Nemo se cuiusquam in ære fassus est vnquam libens.
Post nouas etiam tabellas debitum as soluit probus.
Debere reges non solent: præmunerant.
Grauissimum est debere cui nolis onus.

Obna-

Obnoxiosa mente viuit debitor.
Plerumq; debito est comes mendacium.

DECEPTIONIS.

Decipi nemo veretur, aute quam qui decipit.
Decipit nemo vniuersos, vniuersi neminem.
Decipit se maxime ipsum, proximum qui decipit.
Decipit se quisq; maxime alterum qui decipit.
Promptius cunctos amicos quam vnicum hostem decipes.
Promptius mille atq; mille quam vncium deceperis.
Promptius quis mille centum, quam vnicum fefellerit.
Turpe decipi, sed ille turpior qui decipit.
Deceptio deceptionem concitat.
Qui cogitat decipere, dignus decipi est.
Se decipit fere, alterum qui decipit.
Se decepit vere alterum qui decipit.
Se decipit quoq; alterum qui decipit.
Vis decipi probe ipse? decipe alterum.

DECORI.

Est nefas posse id regentes, quod regentem dedecet.
Ars vbi est ibi & decorum; ars vbi est ibi & decor.
Copula admodum salubris est decorum atq; vtile.
Cui datur munus loquendi est sic loquatur vt decet.
Cuncta doctus est, decoro qui litat per omnia.
Cuncta sunt posita in decoro qui decore agit.
Est vbi decor, rei exstat elegans concinnitas.
Literas nemo requirit, norit hoc vt quod decet.

Mica cui nulla est decori quei decore se gerat?
Nullus est locus decorum in periculo est salus.
Rebus extremis decori perpera obseruatio est.
Turpiter serues decorum rebus afflictissimis.
Vnicum hoc putat decorum inscitia, ipsa quod facit.
Decent iuuentutem omnia; haud etiam senes.
Diale fulmen Bacchicam haud armat manum.
En, omnia ingenuos vt egregie decent!
Felix decori seruiat, vita miser.
In mente sola verus est situs decor.
Inscitia solum id decorum est quod facit.
Nihil decorum est, si suo caret modo.
Nil est, decore quod vir haud agat probus.
Nil non pium, nil non decet virum probum.
Omnes perisse duco queis perijt decor.
Quauis decent bonos, malosq; dedecent.
Vah, quam decorum quidq; summis est viris!
Virum decorum mentis ornatum puta.
Vltima in necessitate quis decoro attenderit?
Vt decet fac queq; inepte qui facit, nihil facit.

DECORIS.

In ducem transferre miles dedecus solet suum.
Cognitum nemo esse multis dedecus cupit suum.
Dedecus domus silemus cognitum si nemini est.
Omne quod fit diciturq; fiat ad decus Dei.
Peruico labore, palma nobile obtines decus.
Publicum decus, decusq; singulorum existima.
Quo decus vocat sequamur: cuncta virtuti patent.
Ingens decoris est probrum deformitas.

Nil gratius decore, nil fugacius.
Periculum timeto, dedecus magis.
Prudens dolone neminis ladas decus.
Venditur decore curto iunioribus salus.
Vt dedecus Liuor decus horret tuum.

DEFENSIONIS.

Cui Deus patronus ipse est, multa ei defensio est.
Cum Deus quenquam tuetur, cedit aduersarius.
Quem Deus manu tuetur, optime defenditur.
Duplicatq; triplicatq; qui tueri audit scelus.
Numquam opus defensione regibus: nemo notat.
Imperat defensionem lexq; mosq; omnis sui.
Nulla lex defensionem cuipiam vetat sui.
Est genus defensionis quodpiam silentium.
Parricidium defendere parricidium alterum est.
Patria defensione nulla auis contraria est.
Qui suos nequit, tueri quei valebit cateros.
Qui suum crimen tuetur ore, re certe approbat.
Se tueri voce pulcrum; pulcrius silentio.
Tutius defensione quasi quidnam mutua est.
Defensionem nulla lex vetat sui.
Nullum est scelus cui non sua est defensio.
Iniusta facta qui tuetur, duplicat.

DEFORMITATIS.

Alcibiadis nocinus Ægipan nulli fuit.
Alcibiadis Sileni ridiculi sunt, sed iuuant.

K *Dic*

Dic ibi deformitatem sunt vbi mores mali.
Gemmea quoq; è vagina culter exit plumbeus.
Sæpe naeuus caram amici decolorat gratiam.
Sæpe sordidas crumenas æs nota occupat proba.
Vnicum formosa coniux est malum, turpis duplex.
Decoris ingens est probrum deformitas.
Deformis uxor pessimum viro est malum.
Deformitatem censeas mores malos.
Quale est caput præstatur & t. l.s sapor.

DEGENERATIONIS.

Liberi regum parentes vix superant virtutibus.
Bestijs ipsis pudendus omnis est pol degener.
Degener tantum est homo vnus: nulla degener fera est.
Ecquis isto maior auo nascitur parentibus?
Filiam mihi esse nullam mauelim, quam adulteram.
Nemo iactat se ob parentem, filius quam degener.
Nulla non parente peior, certe auo, proles suo est.
Nemo non patre atq; matre peior est gnatus suis.
Obuia est vbiq; proles patre peior quæ suo.
Optimi persæpe patri sunt sceleſti liberi.
Optimo sere parenti liberi nequissimi.
Peior est parente proles multa, rara insignior.
Peior est plerunq; nata matre filius patre.
Posteri raro priores sunt suis maioribus.
Quæritur nec inuenitur patre natus sanctior.
Qui minus laudat parentes laudis indiget sua.
Quot patres minus beati sunt malos ob liberos.
Rarius fit vt parentes ipse vincat filius

Rarum

Rarum auorum æquare facta, rarius ſ. d vincere.
Si bonus quis eſt, habebit filios quinq; improbos.
Turpe f. ctis famam auorum prodere indecentibus.
Turpe gloriam parentum ſubruiſſe ignauia.
A filijs haud ſæpe vincitur pater.
Æquant patres boni, antecedunt optimi.
Fama parentum incumbere, n. ſi miſſimi eſt.
Incumbe famæ non parentum, ſed tuæ.
Laudant parentes, laus quibus non eſt ſua.
Nunquam anſerem progenerat armiger Iouis.
Nunquam è leone degener ſurgit lepus.
Peior ſexa eſt proles ſuis parentibus.
Raro anteit virtute filius patrem.
Raro parentes antecedit filius.
Raro prior virtute filius patri.
Raro ſuos vincunt parentes poſteri.
Semper fere præſtant parentes liberis.
Virtute maior filius raro patre eſt.
Virtute patres arduum eſt tranſcendere.
Virtute raro filius tranſit patrem.
Virtute raro liberi accedunt patres.

DELIBERATIONIS.

Quem Deus vult perdere, ille quod malũ eſt putat bonũ.
Parte ab omni eſt abſolutum quod Deus vult exequi.
Ante opus deliberato rex, agesq; dextere.
De mala deliberare qui poteſt re, dic malum.
De ſalute nemo homulli plus deliberat.
Dextere deliberata dextereq; ſe explicant.
Haud pari deliberatur atq; bellatur modo.

Parte vtraq; examinata rem tuam delibera.
Res grauis deliberari vult frequente cum mora.
Transeat nox ante quam de serijs deliberes.
Delibera bis terq;, tuta si mora est.
Delibera longe atq; late res graues.
Deliberant Sophi, imperiti iudicant.
Deliberare cum metu, nulli nocet.
Deliberare nil solet dextre metus.
Deliberare non scit infelicitas.

DELICIARVM.

Quam magis rex delicate viuis, hoc minus bene est.
Vita regum delicata mille subiacet dolis.
Delicata contumacem feceris seruum dape.
Delicata vita, vita maxime aduersaria est.
Delicias quicunq; quarit in voluptatem incidit.
Haud datum est cuiq; nocti delicate viuere.
Nemo non sibi esse malit delicate quam alteri.
Quidquid est carum ac remotum delicatis mattya est.
Quidquid in promptu ac paratum est delicatis nausea est
Vita delicata, vita ter quaterq; morbida est.
Vt vomant edunt, vomuntq; delicati inde vt edant.

DELICTI.

Principum delicta parua quiuq; censet maxima.
Principum delicta pendit sape plebes innocens.
Filij delicta quis non obtegit silentio?
In mari belloue, nulli bis licet delinquere.
Nemo non delicta honestis afficit vocabulis.

Delicta belli corrigi queinam queant.
Delicta belli cuncta mortem ipsam inferunt.
Delicta patrum filij impie luant.
Delicta regum plebs expiat cruor.
Delicta regum tota ciuitas luit.
Tollant delicta Principes, non puniant.

DEMENTIÆ.

Principij mens alta nulli est absq; parte amentia.
Indole regum in altiore plurimum dementia est.
Literata cum quiescit mens, mera est amentia
Non potest amens vocari qui furit cum amentibus.
Non potest amens vocari qui locis cunctis sapit.
Non potest decenter vti quopiam dementia.
Qui minime est amens, videtur esse amens amentibus.
Quisquis odit Dijs amicum se arguit dementia.
Voluitur ritu cylindri vita tota amentium.
Fertur cylindri more vita amentium.
Iucunda nunquam est veritas amentibus.
Soror malitiæ maxima est amentia.

DEPOSITI.

Non potest perire totus qui Deo se credidit.
Qui Deo se credit ac sua, omnium est tutissimus.
Qui Deo se credit, illi seipse item credit Deus.
Qui Deo suum omne credit, fœnerato inde accipit.
Auribus deposita quisq; prodit, à fure haud abit.
Cautius deposita amici verba serues reculis.

Depositi actione culpam nemo praestat sed d lum.
Non modo opes apud amicos deponuntur, sed logi.
Deposita ferme dantur absq; testibus.

DESERTI.

A parentibus relictus: in Dei *incidit fidem.*
D stitutus patre, matre, sic tamen pende à Deo.
Quem Deus relinquit, à Deo non statim relinquitur.
Quem Deus *relinquit, acer fit sodalis* Dæmonum.
Qui sibi non desit ipsi, deesse non solet Deus.
Solus est vereq; solus, destitutus à Deo.
Deserunt eum statim omnes ipse qui se deserit.
Experire inante cunctare te prius quam deseras.
Qui proijcit vitam mori vult turpiter.
Quisnam eum non derelinquat, ipse qui se deserit.
Quisq; se destitutus resp cit, non alterum.

DESIDERII.

Regna non desiderare, regis est paris Deo.
Assequi desideratas res, voluptas maxima est.
Esse vis vere beatus? fac nihil desideres.
Illico obtinere gestit quisq; quod desiderat.
Nemo non d siderata posse se assequi putat.
Nil diu desideratur, quam quod & summum fuit.
Non potest consta e paruo quisq; quod desiderat.
Re cupis potiri? eandem paululum desid res.
Se fuisse voti pote tem qui nihil desiderat.
Vt potitus quis cupite est, nil timet periuria.

Desi-

Desideratis magna semper gratia est.
Quod expetit quisq; id fore actutum putat.
Verum esse credit quisq; quod desiderat.

DESPERATIONIS.

Arma vimq; subministrat ipsa desperatio.
Cauta virtus multa patrat, plura desperatio.
Cogit vltima experiri quemq; desperatio.
Cum spes nihil est, in arma pallidus ruit timor.
Despicit periculum omne mors cui est contemptui.
Duplices vires ministrat arcta desperatio.
Et spei persæpe caussa facta desperatio est.
Exitu clauso est esse forti cuilibet.
Feminis vires ministrat arcta desperatio.
Fit spei subinde caussa nigra desperatio.
Iste habet vitæ necisq; ius, mori qui non timet.
Inuenit vias salutis qui perire destinat.
Ius habet reges in altos qui paratus est mori.
Maximas vires ministrat arcta desperatio.
Maxime in pugna est timendus, cui salus nulla, est salus.
Nemo non mori paratus tollet inclitum ducem.
Præualens extrema cuncta tentat ac patrat timor.
Sæpe spem forti reduxit alba desperatio.
Sæpius spei vna causa facta desperatio est.
Sæpius spes abdicata caussa fit victoriæ.
Sæpius victoriarum caussa desperatio est.
Spernit aurigam quadriga, quæ data est iuri suo.
Spes nouas viresq; subdit atra desperatio.
Summa desperationum est, cum malo cedit bonum.
Animos facit sibi arcta desperatio.

Litat dolori qui timere desiit.
Nil arduum est, præsens quibus votum mori.
Resumit arma, cum spei nil est; timor.
Si nil licet sperare, fas pugna immori.
Spei fit auctrix sæpe desperatio.

DEI.

A suis Deus vocatur rex adulatoribus.
Ciuium fauentia ipsi Principes fiunt Dei.
Fit Deus rex dum fatetur se lutum vel puluerem.
Quisq; regum audire diuus gaudet & credi cupit.
Rex Deus qui se minorem censet, hoc ipso est Deus.
Rex Deo est secundus Vni, ceteris vnus prior.
Rex, homo à Deo est secundus, rex Deo vnico est minor.
Qualis est rex ipse talis cuiq; se exhibet Deus.
Vis Deo par esse Princeps? sis benignus omnibus.
Assecla est quandoq; homullis, non comes diuinitas.
Ecquis est Deus, libenter qui fabrum cernat suum?
Est Deus noster triunus; vnitrinus est Deus.
Est Deus supra omne nomen, & locum, & motum, & statum.
Est Sophos fatum sibi ipsus; est sibi Sophos Deus.
Exuit hominem vocari quisquis expedit Deus.
Explet ipsum se, sui'q; solus est capax Deus.
Fer Deo acceptum quod ipse es vnico minor Deo.
Fis Deus; si rite pendis quam caduca res homo est.
Iam Dei omnes segregantur rebus à mortalium.
In solo poloq; vtramq; paginam Deus facit.
Inuocant persæpe mortem quos habemus pro Deis.
Maxime felix, miserq; maxime, haud putant Deos.

Nec Deo mors nec senecta est: cetera omnia occupat.
Nil Deo par, nil secundum: solus est sibi omnia.
Non Deus nobis, egemus quisq; nostrum sed Deo.
Non potest Deus vocari natus humano satu.
Non potest Deus vocari quem è nihilo fecit Deus.
Non potest Deus vocari qui Deo est contrarius.
Nulla gens tam bruta viuit esse quin putet Deum.
Numinum semper minorem legibus mentem gere.
Numinis cuiusq; homullis architector est metus.
Pace dux vilescit vrbi, bello erat cuius Deus.
Qualis est quisq;, ipse talem cuiq; se praestat Deus.
Quei Deus *queat vocari, semine humano satus?*
Quei queat coli, imo haberi pro Deo, *qui homo fuit?*
Qui bona in re est, non homo esse iam amplius vult, sed Deus.
Qui Deum *se fert* Deiq; *Numen arrogat, lutum est.*
Qui Deum *se vult haberi vix vocandus est homo.*
Qui patrat negata homullis, migrat ex homine in Deum.
Subruit Dei *omne numen esse qui cupit* Deus.
Venter ac moneta, mundo sunt Dei *sacerrimi.*
Vix homo dici meretur vult haberi qui Deus.
Vix homo est, qui audire diuus gaudet ac credi cupit.
Vix Deum *agnoscunt priores semet humani Ioues.*
Vis Deus *fieri ex homine? illud quod negatum homini est patres.*
Vltro homines Deosq; *temnit qui videri vult Deus.*
Vt Deis conferre capit se Niobe facta est lapis.
Caelo recepit Romulum assentatio.
Crepitusque ventris numen est Ægyptium.
Deus *mihi omnia, in* Deo *vita vnico est.*
Homo in Deum *conuertitur cum sit fera.*
Iouem vocamus quod innet vitam omnium.

Nemo non sibi videtur esse numen, cum bene est.
Non sunt Dei mortali qui fiunt manu.
Parens Deorum Numinum omnium est Metus.
Quem nostra mergunt fata, homo est certe haud Deus.
Qui fallitur fallitue, non vtiq; est Deus.
Reges sacrati, proximum Deo genus.

DEXTERITATIS.

Ansa ea quidq; apprehensas qua teneri apte potest.
Dextera datum sinistra qui excipit, binis nocet.
Maius est dextre prolixas ferre res quam tristia.
Qua datur res dextera, illam dextera, haud leua, accipe.
Sponte quaritat sibi malum in potestatem dicax.
Dextere bonum malumue ferre qui potest, regit.
Dextere fer, ferre qua te Numinis fatum iubet.
Dextere sinistra qui fert, mutat in prosperrima.
Ferre sortem vtramq; dextre qui potest nunquam ruet.
Quidquid tibi à Deo obuenit, fer dextere.
Quod pates dextra, sinistra non decenter excipis.
Diuina dona dextera sumas manu.

DICACITATIS.

Haud queunt constare paruo regum amicis scommata.
Qui malum bonumq; dextre fert, vtiq; & imperat.
In magistratum dicaces, quaritant sibi malum.
Qui potentiam lacessit, maxime damno est sibi.
In grauem inq; prouidentem, inimicum nil aut dicax.
In miseros dicacitate qui vtitur, vulnus nouat.

Inge-

Ingenij nota est sinistri mordicans dicacitas.
Qui dicax est in misellum, vulnere haud vno excipit.
Serius ad res ineptus est dicax & morio.
Nemo in potentes absq; noxia est dicax.
Virum in politum non cadit dicacitas.

DIEI.

Absq; rectore vniuersi vix diem duret pila.
Singulis aliquid diebus fac homini gratum aut Deo.
Suggerit cuiq; mentem in singulos Deus dies.
Esto Rex sol, ac videndum quoq; te prabe die.
A die primo imus omnes pensili ad mortem via.
Annus ac Dies, edaces temporis magni patres.
Arguit dies sceleftos longa, pœnaq; applicat.
Aurum vt ignis, sic amicos longior explorat dies.
Eccui beatitudo constat in diem alterum?
Hei, die quot Phœbus vno casuum spectat vices.
Ne fluat dies quin opere lineam ducat manus.
Nemini, quid quisq; vitet, in diem satis liquit.
Nil dies firmum tuetur, maxima illa aui parens.
Nil dies vehit, beatum quod modis sit omnibus.
Nocte vt ire & ambulare quis queat, dies facit.
Non potest diem probare qui die non vtitur.
Ob diem lucemq; vita grata ferme cuilibet.
Ob diem lucemq; vitam viuimus iucunditer.
Omnem eam beatitatem sperne quam terit dies.
Nemo ita est senex diem vnum speret improbe vt sibi.
Nullius non vita spectat in diem vsq; crastinum.
Optime viuit, diem esse quemq; qui vltimum putat.
Pius patet lux vna docti, quam imperiti seculum.

Qualis aër est, item esse gens solet mortalium.
Quem diem viuis, futurum credito tibi vltimum.
Quilibet vitæ putandus est dies tanquam vltimus.
Quisquis in diem beatus est, beatus est satis.
Quodlibet malum patrare vel die vna quit malus.
Sæpe regna opesq; regnorum vnica euertit dies.
Sat beatus est, malorum nil cui in diem accidit.
Sat beatum, cui nil fit de die in diem mali.
Sic age vltimum vt futurum quemlibet putes diem.
Singulos dies putare singulas vitas, iuuat.
Singulus cuiusq; vitam ducit ad metas dies.
Sunt mala paucaq; quàs hoc vrbe viuimus dies.
Talis est mens cuiq; quouis dat Deus qualem die.
Tam senex est nemo, vt vnum speret improbe diem.
Viue ita vt credas supremum iam illum agi diem.
Vltimum tibi esse credas quemq; quo viuis diem.
Vna cuncta humana tollit; vna deprimit dies.
Vnicus dies probi, annos mille vincit improbi.
Die esse quauis non potest cuiuis bene.
Die sereno non latet solis iubar.
Dies sibi salubre sæpe pharmacum est.
Dies bonos ferre optime, haud est omnium.
Haud vlla forti signis illucet dies.
Isto die bene est cuiq;, alio male.
Multum patet malo ad malum diecula.
Nil non dies longa inficit robigine.
Plane dies mores probat mortalium.
Producit omnia & dies & iudicat.
Quod consecrauit ocyus mouet dies.
Semper diem quiddam reconde in crastinum.
Tandem dies longus scelestos arguit.
Vnus dies vita est gratus mortalium.

DIFFIDENTIÆ.

Casuum sinistra prudens, dextra morus cogitat.
Credulus nimium esse noli: non malum est diffidere.
Cuncta habe suspecta; amicos sed tamen vel maxime.
Cur tibi fidum esse credas cui fidem ipse non habes.
Doctior, magis veretur, & sibi fidit minus.
Doctior quo quisq; callet, hoc sibi fidit minus.
Dux malus nihil sinistri cogitat, bono satur.
E petra prorepere omni scorpius quiuis potest.
Eruditione pollens maxima, fidit minus.
Et mori Dion praeoptat, quam suis diffidere.
Mentis est bonae timere culpam, vbi culpa haud subest.
Mentis est nota character optima, diffidere.
Ne quidem fidit sereno rector immutabili.
Nil geret rei praealtae, nemini qui habet fidem.
Nil ita aeque seruat vrbes atq; diffidentia.
Nil sibi cor fidit asprum cote prouidentiae.
Nil sibi sat esse credit stulta diffidentia.
Non sapit, bona omnia vni qui sua indit alueo.
Nulla non suspecta nautae est aequoris tranquillitas.
Nuspiam duplex Vlysses corde nobis deficit.
Omnibus diffide, nulli crede; manca iam est fides.
Plus valet quocunq; muro lenta diffidentia.
Quolibet qui plura callet, hic sibi fidit minus.
Quisq; vult credi sibi, & ipsam habita obligat fides fidem.
Quo quis est mage eruditus, hoc minus fidit sibi.
Scorpius saxo sub omni delitescit: hunc fuge.
Sis vigil, nulliq; fide: nerui in his prudentia.
Vtilis res, res honesta, modica diffidentia.

Diffide: nerui sunt in hoc prudentia.
Diffisus armis, semper vtitur dolo.
Docuere multi fallere dum falli timent.
Et fronde myrti ferrum acutum conditur.
Falli merentur qui nimis falli timent.
Fidus oportet si tibi haberi vis fidem.
Molli sub herba pestilens anguis latet.
Munire cor memento diffidentia.
Munito cor frequente diffidentia.
Quo quisq; plura callet, hoc fidit minus.
Saxo sub omni delitescit scorpius.
Securitatis neruus est diffidere.
Vbiq; opus prudente diffidentia.

DIFFICVLTATIS.

Numini sunt prona cuncta: Numini nil arduum est.
Arduissimum est tenere rebus in cunctis modum.
Arduum nil est homini in solo, arduum nil in salo est.
Aspero loco omne pulcrum est; suaue at eius præmium est.
Cum labore fit moraq; quidquid est perarduum.
Difficultas ac periclum sunt fere vnius iugi.
Difficultas omnis vna pernia est pecuniæ.
Et rei ipsa difficultas addit ardorem viris.
Ignis aurum explorat, acrem difficultates ducem.
Non graue, imo vel leuissimum omne, sponte quod facis.
Quod potest statim obtineri; nemo maioris putat.
Prompta est Deo res quæq; & arduum nihil.
Quod arduum est homini, arduum non est Deo.
Quod nos nequimus, id Deo facillimum est.

DIGNITATIS.

Absq; maiestate quauis corruit mox dignitas.
Alter locum meretur altiorem dignitas.
Antecellat dignitate, laude virtutum prior.
Appetitus dignitatis si caninus est, nocet.
Dignitas aequi bonique nemini non proficit.
Dignitas fidesque non sunt, est vbi fraus ac dolus.
Dignitas honosque, quales sint viri statim indicat.
Dignitas in minime digno, purpura est turpi in luto.
Dignitas mentis tenorem turbat ac sui modum.
Dignitas peccare nescit quin palam sit omnibus.
Dignitas labore parta protegenda industria est.
Dignitas, viro virili est gemma quod auro indita.
Dignitate celsiore ciuium indolem augeas.
Dignitati seruiendum, sed tamen mage vtili.
Dignitatibus tumescit gens egena gloria.
Ecquis est, qui dignitatis vindicem oderit sua.
Est onus plerumque, certe non honos est, dignitas.
Est supra omnes quaestiones literata dignitas.
Ex suo labore quauis aestimanda dignitas.
Foeda valde dignitatis tota nundinatio est.
Gaudium inter dignitates quaeritans, curam inuenit.
Imperiis conspectiores dignitas sordes facit.
Qualibet pro dignitate qui experitur dio marem.
Quisquis emit dignitatem, iure eam dein venditat.
Ridicule colossum honores pumilorum balthеis.
Splendor auri quod smaragdo, dignitas viro probo est.
Spolia Pygmea in colossum posita risum concitant.
Sunt opes sunt dignitates menti aperta retia.
Virga iustorum antecedit dignitates improbi.

Ad dignitatum culmen euehunt opes.
Cura at fide tuenda summa est dignitas.
Dignitas, indignitatem turpium magis notat.
Ignota fit sibi fere ipsi dignitas.
Mutare mores dignitate cogimur.
Nihil colosso demit aut addit basis.
Nihil cothurnus adiuuat nani statum.
Pretiosa ab auro gemma non fit, dat decus.
Quacunq; vult potest suprema dignitas.
Virtus vbi est, abesse nescit dignitas.

DILECTIONIS.

A Deo recte diligetur qui Deum recte diligit.
Diligas quantum Deum, index est amor in proximum.
Diligit plus quemq; Numen, filium vllum quam pater.
Qui diligit Deum, hominem odisse non potest.
Firma Principi columna est ciuium dilectio.
Liberas rex nullus vrbes diligit nisi vt domet.
Non potest rex esse quisquam qui nos non diligit.
Plurimi reges timentur, diliguntur pauculi.
Regia est apex salutis ciuium dilectio.
Charitas dilectioq; tota quaestuaria est.
Diligi nequit qui amoris mutuas spernit vices.
Diligi si aues, amico mutuas praesta vices.
Inuicem se diligendo muniuntur alites.
Largiore diligendi laus in excessu sita est.
Quo magis se quispiam odit, hoc magis se diliget.
Satietatis omnis expers qualibet dilectio est.
Ab altero qui diligi vult, diligat.
Dilectio mera est negotiatio.

Dilectionis fructus omnis est bonus.
Dilectionis laus in excessu sita est.
Fictorem honorat quisquis hominem diligit.
In diligendo qui modum exit pro optimo est.
Inter pares dilectio firmissima est.
Laus diligendi tota in excessu sita est.
Odisse turpe eum Deus quem diligit.
Quæ mutua est, perennis est dilectio.
Quem diligis bona fide, te diliget.
Qui diligit fratrem, Deumq; diligit.
Qui diligit, quidquid facit, facit bene.
Quis alterum æque ut se suos diligit.
Quis non magis se diligat quam proximum.
Radix bonorum est omnium dilectio.
Regum est timeri à ciuibus, non diligi.
Se quilibet plus diligit quam proximum.
Tam vile nil est quod Deus non diligat.

DILIGENTIÆ.

A Deo omnia obtinebis mole diligentia.
Cuncta diui largiuntur dona diligentiæ.
Mens Iouis beatitatem diligentium regit.
A Deo rex impetrabit cuncta diligentia.
Cuncta quæ vis obtinere est iuge diligentia.
Excidit sæpe & sibi ipsi summa diligentia.
Etiam odiosa est nimia diligentia.

DISCENDI.

Absq; præceptore quanuis distit improbus mala.
Arbores creuisse sentit quisq; nemo crescere.

Disce quæ in vita inq; morte plurimo sint commodo.
Disce quæ iuuare vitam, disce quæ mortem queant.
Disc itur nil absq; cura spirituq; industria.
Et senescenti decorum est tota nondum discere.
Iam senex Cato docetur literas Græcanicas.
Lana quæ nullos colores imbibit, prone accipit.
Mult p ex est estq; tardum quidquid vsu discitur.
Ne foris pete vnde discas, si facultas est domi.
Neminem contemne quam te: turpe non est discere.
Nemo tam senex, adhuc dum multa discere quin queat.
Nil discet vnquam, scire cuncta qui putat.
Nil fere constat minoris atq; filius patri?
Nil potest statim doceri, temporis mora est opus.
Non amat maior doceri à suis minoribus.
Non segescit herba summo sparsa telluris solo.
Non sinunt sese qui docere iam solent.
Non potest nimis doceri, quod satis non discitur.
Non potest satis doceri, quod satis non discitur.
Non vult doceri, imo nequit iam, vir senex.
Parsimonia parentum liberi discunt male.
Prima ab ætatis puellis turpiter discat senex.
Quam diu viuat doceri turpe adhuc nulli fuit.
Quod cito disci pote, illud optime perdiscitur.
Semper addiscens senectam venit ad summam Sophus.
Seu iuuenta seu senecta cuiq; sit, discat licet.
Tam diu discas oportet quam diu haud scis omnia.
Tam diu discas oportet quam diu quid nescias.
Tam senex nemo est, adhuc dum quin sit aptus discere.
Turpe non, imo est honestum, iam senenti discere.
Vltima ætas indecore discat à minoribus.
Amor magister optimus discentium est.
Est nemini ætas sera, discat vt bonum.

Nemo

Nemo Deum esse discit, id tantum monet.
Nemo satis discit, satis nemo sapit.

DISCIPVLI.

Altius præcepta primis imprimas ætatibus.
Carduos inter vepresq; nulla prouenit seges.
Cerea est ætas tenella: cuncta ei vt vis imprimas.
Discipulo semper molestus doctor, & nato pater.
Ecquis vnguentum vnquam olenti vasculo recondidit.
Fertilem vis hortum? es infer semen ac solum bonum.
Fœtido quæ vnguenta vasi condit, vti non potest.
Horreo ingenij ex inani prouenire quid queat?
In matellam immitte vinum, turpe fiet lotium.
Indolem rectam ars laborq; fingit in ceræ modum.
Inquinas id omne vasi creditur quod fœtido.
Nemo non didicisse mauult iunior quam discere.
Nemo virtutes bonorum quæq; sequitur crimina.
Præfocatur illico omne quod seris iuxta vepres.
Prolium mentes nouellæ quo velis duci queunt.
Quæ tenellis imprimuntur altius descenderint.
Quale vas est, tale & ipsum fit quod illi immittitur.
Quidquid in scaphiam liquoris inditur, fit lotium.
Sentibus terra occupata ferre fruges quei queat.
Strangulatur omne semen quod rubos inter cadit.
Terra non subacta aratra nil creat quod vtile est.
Discipulus est prioris insequens dies.
Durant sapores imbuis quibus noua.
Inter rubos semen satum statim interit.
Inter vepreta semen omne extinguitur.
Pro vase vasi traditus sapit liquor.

Puella

Puella docta literas, ean lens chalybs.
Qui crudus exit, corpori nil dat cibus.
Vnguentum olenti vasculo non creditur.
Nec magistro eget libriue quem docere amat Deus.
Sub Deo doctore nil non discitur celerrime.
Absq; praeceptore cuiuis quodq; discitur scelus.
Absq; praeceptore nulla ars, expedite discitur.
Alteri praestare nescis illud ipse quo cares.
Alterum docere nescit qui docere se nequit.
Alterum nequis docere quod minus notum est tibi.
Auri amator in docendo semper est fluxa fide.
Cognitum est malum omne prauis, sed malum haud omne exerunt.
Doctor est praeclarus illud omne si imples quod doces.
Doctor es; tu sis tuus ore, nec minus vita & prece.
Excolentis laude, fructu triste amenatur solum.
Nil patri constat minoris paedagogis filij.
Non docet mens, cuncta quae scit: otio omni nam caret.
Nil docet mens multiformis cui eruditio.
Nemo eget doctore prauus fiat vt doctor sibi est.
Non eget doctore prauus; nouit à se ipso omnia.
Nemo non maiore tractat cura equum quam filios.
Non opus doctore cuiquam discat vt scelus orbis.
Non potest satis doceri quod satis non discitur.
Omne discimus malum omnes absq; praeceptoribus.
Ore viuo opus magistri est, per doceri si cupis.
Pascuis infelicis esse lac nequit salubrius.
Quei nimis queat doceri nemo quod satis sit.
Qui docet mercedem ob vllam, non docet fideliter.
Qui docent lingua atq; scriptis, sint loco parentum.
Qui lingua docet calamoue, quid nisi alter est parens?

Pra-

Prauitas in ventre matris omne nouerat scelus.
Prauitas malum omne docta est primulam ante infantiam
Prauitas malum omne nouit; notum at haud vna exercuit.
Prauitas malum omne nouit, sed malum omne non facit.
Prauitas monstrante nullo proficit: se ipsam docet.
Prauitas Tagetis instar, nata vt est, scit omnia.
Qui malus vult esse, discet pædagogo se mala.
Qui nequit seipsum docere quei docebit alteros?
Qui quod ipse expertus haud est, quei docebit ceteros?
Quisq; natura est scelestus, cunctaq; aptus ad mala.
Sit grauis, sit sanctus ille qui iuuentutem docet.
Sub fideliter docente, discere est statim omnia.
Vis scientiam magistri scire? discipulos roga.
Auctoritatem habent senes, quidquid docent.
Doce iuuentam quod capit, non quod cupit.
Docere recte nemo quod nescit potest.
Numquam docet, nummos amans, fideliter.
Quod ipse nescis quei docebis alterum?
Turpe est, vbi docet senes pueritia.
Vafri magistri discipulus nocentior.
Velne doceto, vel docete moribus.
Viue vt doces, aut veritati es noxius.

DISCIPLINÆ.

Dux bonus leges vel ipsa morte sancit bellicas.
Imperantis disciplina nil quam obedientia est.
Absq; disciplina mundus fit Caci peius specu.
Absq; dote disciplina virgo brutum agit merum.

Absq; freno disciplina quid iuuenta est quam pecus?
Acri frenum disciplina est, sed bono ferentium.
Compedes qui disciplinæ non tulit, probum nega.
Cuncta habent opus magistro, cuncta habent opus lupo.
Disciplina ætate prima, prorsus instar omnium.
Disciplina ciuitatum specula præstantissima est.
Disciplina comparari nulla amat licentia.
Disciplina, est mortis exsors: sunt caducæ omnes opes.
Disciplinæ vita præmia est læua legum acerbitas.
Disciplina quaq; duplat omne naturæ bonum.
Disciplinam tarda ad omnem quinq; sunt sensus senum.
Disciplina tristiore continendi liberi.
Disciplina vbi est, ibi omnis vrbs viget re qualibet.
Disciplina vincit ipsum docta naturæ bonum.
Disciplina vix iugari se sinit victoria.
Disciplina militaris negligens, se perit.
Disciplinæ vincula vrunt sola refractarios.
Disciplinæ vrit lupatum? vrit at salubriter.
Est perennis disciplina; res caducæ sunt opes.
Est supra gemmam est supra aurum, quod saluti est vinculum.
Impijssima est iuuentus passa quæ non est iugum.
Iuniorum disciplina vita prorsus altera est.
Militaris disciplina luxui pestis mera est.
Mordet ætatem tenella disciplina, ast & regit.
Nemini non sunt decoræ compedes Mentis bonæ.
Nil boni est ea in iuuenta tota iuris quæ sui est.
Non catena sed monile est iuniores quod regit.
Omnibus sunt torquium instar disciplinæ compedes.
Peior omnis fit iuuentus improba licentia.
Perditam cense iuuentam cui sua indulgentia est.
Piscis in salo educatus indiget tamen sale.

Pri-

Prima virtus disciplinæ puniçans silentium est.
Quæ iuuentus disciplina se regi bona sinit.
Quodlibet iugum tenellæ pergraue est ceruiculæ.
Sæculi fundanda lapsa disciplina moribus.
Bonum absit disciplina, quid iuuenta est quam efferã.
Sunt quidem arctæ disciplinæ vincula, at salubria.
Tolle frenum, erit iuuentus belluis ferocior.
Vincla continent iuuenta sed suo summo bono.
Vincula vrunt disciplinæ iuniorum si trahis.
Vniuersam disciplina prima vitam roborat.
Dux lenior tandem & suis contemptui est.

DISPLICENTIÆ.

Displicet sibi, placere qui parat cæli Deo.
Displicet Deo omnibusq; qui sibi non displicet.
Non potest Deo placere qui nimis sibi placet.
Non potes Deo placere si tibi non displices.
Qui Deo cupit placere, displicet mortalibus.
Qui Deo placet, placere non potest mortalibus.
Qui Deo placet sibiq; displicet, cunctis placet.
Qui placet mundo placere non potest idem Deo.
Si Deo placere quærit, quæ i placere Orbi?
Vis Deo efflictim placere? displice efflictim tibi.
Displicet quandoq; factum sed genus facti placet.
Displicet sibi, hoc mage ipsi quisq; quo sit nequior.
Displiceat multis oportet qui nimis sibi placet.
Displicere laus, probari pessimi opprobrium est.
Haud queas placere cunctis si tibi solus places.
Hoc malum omni vbiq; genti est quæq; displicet sibi.
Nemini potest placere qui nimis sibi placet.

Nemo

Nemo non sibi quotannis, imo in horas displicet.
Non potest bonis placere qui malis displicet.
Non potest placere multis qui placere vult sibi.
Non queunt placere multis qui sibi multum placent.
Omnibus potest placere qui sibi ipse non placet.
Optimis placere si vis, displice quam plurimis.
Optimis placere si vis, displiceto pessimis.
Quei queas ei placere qui sibi ipsi displicet.
Qui sibi placet speculoq; nemini non displicet.
Quei queat placere cunctis qui sibi ipsi displicet.
Qui nimis placet sibi ille displicet fere omnibus.
Qui cupit placere cunctis, displicebit omnibus.
Qui cupit placere nulli displicebit nemini.
Quo sibi magis qui ipsi, hoc minus placet Deō.
Qui Deo cupit placere displicebit omnibus.
Qui placet turba Quiritum, displicet Senatui.
Si cupis placere multis, displice primum tibi.
Vis placere orbi vniuerso: displice tantum tibi.
Vix potest placere multis qui sibi non displicet.
Vniuersis displicere vis? tibi ipsemet place.
Vniuerso vis placere: displice vnico tibi.
Deo cupis placere? displice tibi.
Deo placere, displicere est omnibus.
Deo placet quicunq; non placet sibi.
Laus displicere maxima est Vatinijs.
Quidquid placet Deo, omne mundo displicet.
Quisquis sibi placet, Deo alte displicet.
Qui displicet Deo omnium est miserrimus.
Si displices viris bonis, places malis.

DIS-

DISCORDIÆ.

Morbus est mors, imo regni pestilens, discordia.
Ob nefas potentium omne plebis est discessio.
Absq; curæ externa habentur cum in sinu discordia est.
Ciuitati noxia omni est ciuium discordia.
Ciuium dissensiones sunt fere ob pecuniam.
Ciuium è dissensione pestis vrbis maxima est.
Dissipare vis amicos? prædam eis breuem obijce.
Mentium à disiunctione qualibet dissensio.
Nulla pestis maior vrbis ciuium discordia.
Pessimo cuiq; vis est plurima in discordijs.
Pessimus clauum gubernat naue turbata Notis.
Piscium Euxino in profundo rarior discordia est.
Publicæ rei venenum pestilens discordia est.
Rixa vbi est morum perennis, est ibi discordia.
Vix mederi est absq; cæde ciuium discordias.
Agni lupiq; nuspiam concordia est.
Alit ipsa motus motuum discordia.
Discordiarum mater est plus ac minus.
Dissensio, rerum omnium infirmissima est.
Et naue in vna noxia est discordia.
Nunquam societas fida diffidentium est.
Nullum est malum quin insit in discordia.

DISPVTATIONIS.

De Deo, natura & diuis, disputandum sobrie est.
Disputator nocte lucem, nigra vertit candidis.

L *Nemo*

Nemo non iam disputare mauelit, quam credere.
Nemo non vult disputare: viuere at quis appetit?
Non potest plebs disputare, rixa disputatio est.
Non vigebit disputando verum agendo veritas.
Pertinax toto orbe regnat disputatorum genus.
Pigra mens torpensq; acutis acquiescit omnibus.
Viuito ex virtute; frustra disputatur de ipsamet.
Vspiam vitare non est disputatorum genus.
Cum pertinace disputare amentium est.

DIVINATIONIS.

Absq; diuinatione nulla mens mortalium est.
Bellum vbi est multos Deorum corripit statim furor.
Diuinationis expers mens sacrata nemini est.
Insita est cuiusq; menti sacra diuinatio.
Mars vbi est, multus futura mente captus pracinit.
Multus est vbiq; vates rebus afflictissimis.
Quisq; vult diuinus esse rebus extreme malis.
Quisq; vult vates videri cuncta cum sunt perdita.
Rebus in malis vbiq; multa diuinatio est.
Rebus Deus dat esse doctas entheis.

DIVITIARVM.

Diues est auum per omne quem Dei ipsi diuitant.
Diues est pauperq; nemo Cælitum absq; munere.
Nemo diues nemo pauper fit Dei absq; numine.
Si Deus ditat scelestum, fit scelestus omnibus.
Diuite sub rege semper est egens respublica.

A gen-

A gente egente diues usq; vincitur.
Absq; Pluto magnus animus explicare se nequit.
Applicat se sycophantis Plutus, ac transit probos.
Colligunt apes mel, ullum non creant hortis malum.
Creditur diues beatus esse, sit quamuis miser.
Cuncta diues dextere implet; cuncta cum Deo facit.
Dicitur diues beatus, sit licet miserrimus.
Dis abunde est quem paratus paruuli non pœnitet.
Dis abunde est qui paratu ducit auum paruulo.
Ditior quidem est hic ille, non tamen beatior.
Ditiorum vita nil quam somnus est ac somnium.
Diues est deesse qui nihil iudicat rebus suis.
Diues est, fortuna cui quod donet inuenit nihil.
Diues est qui perbreui in re nil tamen desiderat.
Diues est qui supplet aqua mente quod deficit rei.
Diues est qui spem suam omnem lege natura regit.
Diues est, sors inuenire cui nihil quod det potest.
Diues haud est, cui sat est nil, concupiscitq; omnia.
Diues omnis conditionis illico oblitus sue est.
Diues omnis est auarus, diues omnis est rapax.
Diues omnis, est honestus: pauper omnis, est niger.
Diues omnis insolescit, despuitq; pauperem.
Diuitem bonum esse si vis, tolle opes superfluas.
Diuitem inter pauperemq; iugis est discordia.
Diuitem quocunq; bello vincit indigentior.
Diuitem stulte vocabis mente tota pauperem.
Diuites boni putantur sint licet velpessimi.
Diuites multi vocantur sint licet paucissimi.
Diuites pauper frequentat, non egentem diuites.
Diuiti cum dant egeni, pauperes se esse indicant.
Diuites nil mentiuntur; pauperes contra omnia.
Diuiti donans, vel expers mentis est, vel dans petit.

...i nemo est inimicus sit licet nequissimus.
...i omnes blandiuntur, diuiti quiuis fauet.
D... nil est, ope vlla cum iuuandus est egens.
Diuiti quisque est amicus, nemo amicus pauperi.
Diuitias nactus oculatas, illico cæcas facit.
Diuitiis cupido egena est inter aggestas opes.
Diuitijs male incubantes, & vitijs male incubant.
Diuitum hospes mens mala, at mens est bona indigentium.
Diuitum ira grauior plumbo, leuior pluma gratia est.
Dulce sic ditescere vt sors iuncta sit menti bona.
Est malus bonusve quiuis, qualis est habentia.
Facta fortior recenset, diues ast opum strues.
Illico status prioris diues obliuiscitur.
Impune diues quemlibet palam necat.
Iure amant te Plute cuncti: fers enim mala optime.
Ad pauperem venire diues non solet.
Æque malis se Plutus offert quam bonis.
An diues, omnes quærimus, nemo an bonus.
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.
Contenta censu mens suo dis est satis.
Cuncti volunt ditescere, at non & queunt.
Ditescere omnes quærimus, pauci queunt.
Facillime quoduis malum dites ferunt.
Gens diuitum plerunque prorsus desipit.
Haud difficulter quisque fert diues mala.
Hei quot laborant diuites voto suo!
Linguas habet diues duas: vix vnam egens.
Mens diuites facit, facit mens pauperes.
Nemo repente dis fuit, viuens bene.
Nil ditius quam læta conscientia.
Non quare, & unde, quid habeas, tantum rogant.

Qui

Qui diues est fautorum habet quam plurimum.
Qui diues est, idem est profecto nobilis.
Qui multum habet cupitq; plus, ditem neges.
Quisquis cupit ditescere, & cupit cito.
Sine me vocari pessimum, vt diues vocer.
Sanus tumorem non curat hydropici.
Sursum ac deorsum diuites casus rotat.
Verum omne habetur quod loquuntur diuites.
Mancipant opes tenebris diuites & carcere.
Mente diuitem esse praestat quam patrito fœnore.
Moribus ditem esse praestat quam strue pecuniæ.
Nemo amicus est egenti, nemo inimicus diuiti.
Nemo non seruire malit diuiti quam pauperi.
Non potest diues vocari domi forisq; qui eget.
Non potest malus quis esse cui domi vis est opum.
Nulla tangit cura vita diuitem: quod vult patrat.
Nullus absq; honore diues, nullus absq; noxa egens.
Nullus est in vrbe diues esse quin votis queat.
Optimum est ditescere absq; nominis fama mala.
Parce diuitem vocare spiritu pauperrimum.
Peruenit frequenter ad nos Plutus aduerso Ioue.
Plurimos adire Plutus sueuit auerso Ioue.
Plus fauet Plutus scelestis, quam quibus mens est bona.
Plus molestiæ ac doloris diuiti est quam pauperi.
Precibus optatisq; diues esse quilibet potest.
Qui cito vult esse diues, perdit innocentiam.
Quisq; est bonus, quisq; est malus pro habentia.
Quisquis est diues, celebris: quisquis est pauper iacet.
Rapta auare nullum in vsum prodiguntur ditibus.
Semper addit ditiori cui domi res pessima est.
Sunt magis virtutum amici diuites quam pauperes.

Sunt magis vitiorum amici pauperes quam diuites.
Tota vita ditiorum est in luto libidinum.
Vsu opes metire: paruo diues esse quis potest.
Vix potest quis esse diues & simul mentis bonæ.

DOCTRINÆ.

Absq; doctrina politum nil parit mortalitas.
Cui bona doctrina, si nil adferat quam auram leuem.
Doctus, at rudis sibi ipsi, summa res pol est lucri.
E rubo, Ceres, quis vnquam mergites legit tuas?
Mollias quacunq; cultu liberali pectora.
Nemo se cupit doceri: ius docendi iam omnium est.
Nobili doctrina prodest: noxia est ignobili.
Non facit coquum machæra: non facit doctum liber.
Non placet doctrina quæ nil quam meram famam ferat.
Non potes doctrina abuti noxia absq; maxima.
Non potes doctrina abuti quam scelus per vltimum.
Non potest nimis doceri, quod nimis nemo facit.
Non potest satis doceri quod satis non discitur.
Nullius rei est mathesis, mens nisi adsit quæ sapit.
Quæris esse doctus? omnes serio doctis cole.
Semen omne præfocatur quod rubos inter cadit.
Stultus est qui diues esse mauelit quam doctior.
A doctiore certior fias rudis,
Doctrina abuti non solent nisi improbi.
Doctrina ad vsus haurienda publicos.
Doctrina adhuc erepta per vim nemini est.
Doctrina gladius est in insani manu.
Doctrina gnaris eripi nunquam potest.
Doctrina magna est, quæ placet nocentibus.

Doctrina mores esse non sinit feros.
Doctrina mores format in cera modum.
Doctrina recta cuiq; natura a tera est.
Doctrina rebus atq; dictis instruit.
Doctrina dos est quæ eripi nunquam potest.
Doctrina summum procreat vitæ decus.
Doctrina vitæ, mortis est odor malis.
Possessio est doctrina tolli quæ nequit.
Quo doctior quis est, eo est modestior.
Quis non doceri turpe deputat probrum?
Scelus doceri si cupis, dic sapine.
Virtuti iter doctrina cuiq; præstruit.

DOLORIS.

Quisq; gaudet pro se, at rex ipse pro cunctis dolet.
Res perit cum iras in vnum publicus confert dolor.
A dolo caue atq; fraude silua vbi est, vbi est palus.
Ad furores incitatur contumelijs dolor.
Adijs cui iam nihil potest, eius in tuto est dolor.
Cæcus est surdusq; primus, nec sibi cedit dolor.
Caustico in dolore vocem nemo habet sua in manu.
Centuplare vis dolores miseræ? ne sinas queri.
Creditus testi fideli fit minor sensim dolor.
Cum volentibus dolere, præcipit ius ac pium.
Diuide in plures dolorem si cupis sit vt leuis.
Dulce pharmacum est doloris vera condolentia.
Eccui doloris expers vita in orbe contigit.
Egerit doloris ignem qui de eo potest queri.
Est ibi dolor libenter, cura vbi eius plurima est.
Et modum sermonis omnem cogit egredi dolor.

Et viri incumbunt dolori, nedum vt hæreat femina.
Ex leui dolore ma us ex, ites malum caue.
Fit furor terrore præceps & malis fessus dolor.
Haud horam fert longiorem si quis est ingens dolor.
Id diu diuq; magnum quod fuit, fit & leue.
Ingeniosius dolore nil, vbi sese vtitur.
Ingenium summum est dolori: nil dolor non inuenit.
Lacrima ærumnas leuare est: strangulat multa dolor.
Maxime dolet, doloris ipse qui caussa est sui.
Mens dolore obnubilata saniora non videt.
Mitigas dolorem, aliorum si refers os ad mala
Multiplex fit vis doloris, nemini quem enun. ias.
Muta nunquam est vox doloris: quin querela pascitur.
Nemini in dolore summo vita vitalis diu.
Nescit à dolore vinci pectoris vis masculi.
Nil in orbe est quin ei adsit nunc voluptas nunc dolor.
Nil mage est solers dolore, semet vti cum libet.
Non dolet multum, dolores respicit qui non suos.
Non dolor nos, sed doloris vexat vna opinio.
Non parum leuat dolorem, qui dolorem publicat.
Non potest dici supremus si potest loqui dolor.
Non potest diu dolere summus vrget quem dolor.
Non potest scire ipse quantum lugeat cæcus dolor.
Non solet dolos timere qui est alienus à dolis.
Nulla vis tam magna magnus quem dolus non atterat.
Nullus est tantus ferendo quin dolor fiat leuis.
Perfer obduraq; summus non diu durat dolor.
Publicat stultus dolorem quem Sophus premit sinu.
Qui dolorem expectorare non potest, triplum dolet.
Qui potest dolere, is exul esse & infelix potest.
Qui prius dolosa fecit, semper expectat dolum.

Quos

Quo magis abstrudis doloris, hoc mage intus æstuant.
Ter triplo hercle corda terret cognitus nondum dolor.
Tolle fortunam, dol res tollis & mortalium.
Tollit & sensum doloris dura desperatio.
Vis dolor decrescat? illum cuiptam communica.
Vix cauet sibi à dolo, ante qui nihil fecit dolo.
Vix dolor receptat vll-m, grandior solatium.
Vnge ei caput, meroq; tinge cor, cui est dolor.
Vulpis adsuenda pellis vbi leonis deficit.
Ætate sensim summa decrescant mala.
Aut tempore, aut ratione; curatur dolor.
Alienus vnum vix diem durat dolor.
Communicatus fit dolor grauis minus.
Cuilibet dolor videri grandior præsens solet.
Curam mede tis odit impotens dolor.
De side mentem g andior turbat dolor.
Dolor ac voluptas sunt parentes omnium.
Dolor dolori, luctui est luctus comes.
Dolor leuatur si alteri facis palam.
Expectoratur si dolor, minus nocet.
Expers doloris vita nulli viuitur.
Falsa vltione tollitur falsus dolor.
Fictus dolor dolore vero grandior.
Iustum dolorem temperare quis potest?
Latissime se spargit ignarus dolor.
Lenit dolorem tempus omnem longius.
Leuare vis dolorem? eundem fac palam.
Leuat dolorem qui alteri communicat.
Licet quidem dolere, sed pro vulnere.
Magis dolores vir ferat quam fœmina.
Malum sibi auget ipse qui solus dolet.
Manus refertur sæpe ad illud quod dolet.

Mæror minor fit si alteri ore publicat.
Medicina spes accommoda est dolentium.
Mentis doloris grauat dolorem corporis.
Nemo diu dolet nisi culpa sua.
Nil timere, nil dolere, nullius nisi Sophi est.
Pars ingenij ipse sæpius magna est dolor.
Præsens dolor cuiuis putatur maximus.
Quiuis ferendo redditur dolor leuis.
Sæpe ipse sese nescit infelix dolor.
Summus dolor vitam statim cuiq; eripit.
Tacito dolori nulla succurrit dies.
Tempus dolorem lenit, imo internecat.
Tempus medetur omnium doloribus.
Vbi dolemus, admouemus & manum.
Vbi dolor fouetur inde vix abit.
Vbi quis dolet, plerunq; ibidem habet manum.
Veteresq; curas suscitat recens dolor.
Vocem quoq; ipsam summus eripit dolor.
Vocem quoq; ipsam grandis occidit dolor.

DOLI.

Nil valet clam fraus dolusq; nil palam vis in Deum.
Principem malis Leonem quam leuem vulpeculam.
Principes dolo impetrare plura quam ferro solent.
Ad dolos cacutit, vnam respicit prædam fera.
Cui dolus dedit salutem de dolo nequit queri.
Femina es? instructa mille corda sunt tibi dolis.
Inueniundis feminarum sæculum valet dolis,
Iudicis quodcunq; iussu fit, dolo non fit malo.
Machinis excogitandis feminæ omnis mens valet.

Natus ad technas, virile nil patrat, nil cogitat.
Non potest dolus vocari quo nocetur hostibus.
Plus dolis valent in hostem quam arma visq; dextera.
Qui sciunt consentiuntq; de dolo queri haud queunt.
Quo tegit mage hic mage ipsum detegit sese dolus.
Quod nequit vis ferri & ignis, proxime id expedit dolus.
Vir duplex vulpem Leoni, vimq; consuit dolis.
Astutus vnus mille franget dexteras.
Bis victor est dolo dolosum qui dolat.
Cuniculis tentes nequis quod machinis.
Dolus per omnem quemq; personam patet.
Et pisce piscem captat obiecto dolus.
Reapse nil mage vtile in bello dolis.
Vincunt viros technis dolisq; feminæ.
Viris dolosis nemo non dicet male.

DOMINI.

Rex bonus studet parentem se vocari, non herum.
A scelesto hero scelesta seruulorum natio est.
Absq; spe metuq; viuit quisquis est herus suus.
Ciuium quiuis vocari vult herus, nemo pater.
Claritate seruientum fama herorum fit minor.
Est herus sophos sibi ipse, Liber in summo Deo.
Nequam hero necesse seruos esse item omnes improbos.
Nil hero magis molestum, iudicari quam à suis.
Non potest herum agere seruus antea qui non fuit.
Non potest dominus diu esse, ferre qui dominum nequit.
Qualis est herus fere esse talis & seruus solet.
Vix herum seruorum ad ipsum murmuratio venit.
Vt volunt herum esse serui, sic fere est domi ac foris.

In æde dominus princeps quilibet sua est.
Inter coemptos imperat seruos herus.
Seruorum herus suorum vbiq; seruus est.
Seruos herosq; vita sola factitat.

DOMVS.

A fabro vix exit expers funeris nigri domus.
Absq; vicini querelis exstrui domus nequit.
Æde & infumosa honore splendet haud leui Dice.
Æuo auorum exesa rupes commodam dabat domum.
Ante erat tutela, nunc sed est domus periculum.
De domo sua extrahendus nemo lictoris manu.
Debitori ædes asylum est, debitori ara est domus.
Dedecus domus sua fere vltimos nouit parens.
Dedecus sua patere quis velit multis domus?
Est domus decus perenne comis aduentoribus.
Est suus tortor scelesto cuilibet semper domi.
Et magistratum suum ædes quæq; habet, ne mox ruat.
Frigus, imbrem, æstumque vimq; quæ vetat, iusta est domus.
In domo desideratur qualibet rector suus.
In domo nullus tyranna longius liber manet.
In domo sua est tyrannus quisq;, vel rex, vel pater.
In rogo vna Vrbis superstes Pindari mansit domus.
Incapax domus pusilla grandis infortunij est.
Metienda ædes ab vsu est: nil iuuant superflua.
Ne domum voces pusillam multum amicum quæ capit.
Ne quidem priua absq; clauo longius perstet domus.
Ne quidem priuata constet absq; patrono domus.

Nec domus durat diu, vxor est vbi viro prior.
Nempe virtutem receptat quamlibet breuis casa.
Nil domus, quam arcaniorum vela turpitudinum.
Non potest intrare damnum grandius paruam domum.
Non timent casæ venena, non timent sicarios.
Nullus est in orbe cui non noxa sit domi sua.
Omnis ædes absque tecto neminem quidquam iuuat.
Omnibus domus polita est; mens politur nemini.
Oppidum tale vniuersum est qualis est cuiuis domus.
Quæ capit multos amicos parua certe haud est domus.
Qualis ædes sit futura, vestibuli os subindicat.
Quamlibet domum, pusillam credito rempublicam.
Quid foris fortem esse prodest, vita si domi mala est.
Quis domum vocet quæ amicos plurimos capit breuem.
Quot domos, videre, tot te septa cladium, puta.
Rarius subit iacentes improbos lares amor.
Terra tota, tota terra pro domo est mortalibus.
Veritas candorque raro regias intrat domos.
Vis domum? calcem adde saxis; adde lignis bracteam.
Vbi si commoda ædes est tuo; pulcra est satis.
Ædes secundum flumen empta vix tua est.
Audit domi plura quisque quam foris.
Angusta magnos culmina excludunt metus.
Casa bubulci non timent sicarium.
Diogeni erat versatilis pro aula cadus.
Domi manere si potes, manes tuus.
Domus domino honestanda, non dominus domo.
Domus superba parte maxima vacant.
Exire grande de casa nequit malum.
Immensa curis plurimis patet domus.
Incestuosam non subit Deus domum.
Maiore sumptu ædes tuemur splendidas.

Nec gratior nec sanctior locus domo est.
Nemo extrahi in ius de domo debet sua.
Nunquam superbas incolit domus fides.
Quocunq; sapiens tendit in domo sua est.
Semper coquit domos Erinnis principes.
Semper patet Regum domus felicibus.
Tutissimum ædes cuiq; asylum sunt sua.
Viri Sophi domus vice est oraculi.

DOMESTICI.

Principum vis scire mores, respice ad domesticos.
Qualis est domesticorum, vita talis regia est.
Talis est rex quisq; qualis præsto ei est domesticus.
Qui domesticis iniquus est, erit quoq; exteris.
Oppidum tale vniuersum est, cuiq; qualis est domus.
Nemo damna nemo culpas detegit domus sua.
Nemo sic amat alienos vt domesticos sibi.
Rebus in malis amico, nil prius domestico.
Scire vis sit quisq; qualis? respice ad domesticos.
Stultus est quicunq; crimen ædis euulgat suæ.
Sub domestico flagello vsq; vsq; nequam vapulat.
Talis esse quis putatur, qualis eius est domus.
Dominus fere omnis iudicatur de domo.
Heri est sui omnis æmulus domesticus.
Mentis flagellum cuilibet domesticum est.
Nil est amico opimius domestico.
Pluris facit quiuis suos quam extraneos.
Qualis hera, tales putato ancillulas.
Rex ipse peccat, quod peccant domestici.

DONATIONIS.

Cui Deus bonum dat vnum, bina ei adijcit mala.
Da modo, tibiq; habebis obligatos & Deos.
Et pusilla dona magnus excipit grate Deus.
Gratuitum est omne nobis à Deo quod prouenit.
Haud decore dona spernas cum offeruntur Numinum.
Nemini vnquam id auferetur, quod cui dedit Deus.
Nemo cuncta fert, cuiq; dona certa dat Deus.
Ordinauit certa dona cuiq; mortali Deus.
Quæ Deus dat cuncta mente suscipe acceptissima.
Quis Dei data alterutra dona lante fert bene?
Quod Deus dat cunq; saltem mente iniqua ne feras.
Te Deo da: quisquis illi se dat, accipit Deum.
Vasta vastis, parua paruis largiuntur Numina.
Desidi nil da: illud omne namq; ac tibi perit.
Dona regum, mille constant ciuium dispendijs.
Dona regum sparsa crescunt: condita horreis marcent.
Dona regum, seruitutis aureæ sunt compedes.
Gratiora sunt suamet quæ manu dant Principes.
Improbis donare scit rex quilibet, nemo probis.
Omne habet, habesq; tuto, rex, dedisti quæ tuis.
Plurimis donat salutem rex bonus, nulli eripit.
Principum est donare dignis, non & indignissimis.
Regium est donare; verum Principes quinam id sciunt.
Si sciat donare dignis rex aget ditissimus.
Vsq; & vsq; in immerentes dona Principum cadunt.
Alteri nunquam bene probes, ab alio extortum male.
Ampla dat, qui dat merenti non grauate quod potest.
Arduum est donare sed non arduum est disperdere.

Principum donare vulgus nescit, omnia abijcit.
Dantis affectus amandi sunt supra dona omnia.
Dat quod ignauo nec ipsi nec tibi vnquam commodo est.
Dat satis qui dat merenti non grauate quod potest.
Diffidi nil da; illud omne nam tibi atque ei perit.
Dona amico amica Iani luce quiuis missita.
Dona nulli grata sunt quæ conferuntur cuilibet.
Dona Sortis, commodata credito aut precaria.
Duplicat donum qui honorem blanda ei voce adijcit.
Frontis ab infirmitate manat & donatio.
Gaudeat dator necesse est si placere vult Deo.
Grata non sunt dona longas passa temporis moras.
Hoc datum sibi arbitratur quisque, quod digno datum est.
Hostium dona in sinistros desinunt fere exitus.
Hostium sunt dona diris illita ac tincta artibus.
Magna non diu perennant dona, parua permanent.
Nemo dat quin det libenter, nemo dat quin det cito.
Non fruenda sed carendo dona nostra nouimus.
Parua dona diu perennant; magna mox mutant herum.
Principes donis mouentur, cæli & ipsa Numina.
Pauperi dans, exprobransque, absinthio mel temperat.
Præter exspectationem quod datur gratissimum est.
Pulchrius donum fit omne; mentem vbi ad bonam venit.
Quæ tenes donante amico, sunt amici æque ac tua.
Qui dedit tarde diemque protrahens, vix profuit.
Quod semel datum est, repetere haud solet quis, quam puer.
Quod semel dedisti amicis, eripi deinceps nequit.
Sæpe sub donis dolosa delitescunt retia.
Sæpe quis dono suo emit grande odium sibi ac malum.
Sunt supra fortunam amicis quæ damus pauperculis.
Vnici donum diei vel Creonta perdidit.

Anotæ

Amen volente quod datur, non debeo.
Animo benigno da, benigno & accipe.
Bis id perit, quod nescienti elabitur.
Captare reges si libet, donis capis.
Corrumpit omne quod donat superbia.
Diuina gratus dona quisnam amplectitur.
Donare nescit fœmina, omnia accipit.
Donare non est Principis, sed perdere.
Donata quæ sunt, sunt amici, non tua.
Donatum amico iam tibi eripi nequit.
Donare reges nesciunt: sunt prodigi.
Donis homo corrumpitur, non & Deus.
Donum approbato quodlibet spontaneum.
Donum Dei omne, gratuiti muneris.
Habere fœdus non decet dantem manus.
Ignauia omne quod datur bis interit.
Libentius reddas donum omne quam accipis.
Multus latere sueuit in donis dolus.
Nemo bonus cuiquam Dei dona inuidet.
Nulla donat femina: imo femina omnia accipit.
Pauci queunt donare; plures prodigunt.
Pauci sciunt donare, multi perdere.
Placare donis se sinit nullus Deus.
Qua mente dentur dona plurimum interest.
Quæ dantur vltro sunt datis gratissima.
Quæcunque dat Deus cape, & cum gratijs.
Qui dat libenter, & statim; bis obligat.
Quidquid dari potest & eripi potest.
Quisquis Deo se donat, accipit Deum.
Quod rete aui est, hoc dona sunt mortalibus.
Regem timeto, multa cum dare incipit.

Splen-

Splendore mentis regias aques opeis.
Virtute nullum gratius donum est Deo.

DOTIS.

Dos potissima est potentis Principis benignitas.
Vltima atq; prima dos est Principum clementia.
Absq; dote literarum vita viua est mortua.
Absq; dote luculenta ne quidem virtus placet.
Absq; dote nemo virtutem ambit aut modestiam.
Cassa quod sit dote Musa, restat illocabilis.
Diues atq; annosa coniux, caussa fit mortis sua.
Diuitum, stultitia dos est; pauperum sapientia.
Dotis vxor insolentis insolenti obit nece.
Feminis liberrimum est os quas beat dos pinguior.
Insitam doctrina dotem roborat mentis magis.
Luculenta feminarum forma, dotis & loco est.
Magna dos, marito amara pœna & absq; termino est.
Neminem dotes; paterna quemlibet beant opes.
Nemini indotata virtus se potest obtrudere.
Nequidem virtus amica est, dote si caret sua.
Nemini absq; dote virtus se facit locabilem.
Nunquam aget sua absq; lite cui marita dos domi est.
Sæpe anus diuesq; coniunx, coniugis perit manu.
A dote, feminæ oris est licentia.
Formosa virgo fronte dotem gestitat.
Dotis loco forma est egenti femina.
Nummata coniux morte raro obit sua.
Plerisq; mortis caussa dos fit feminis.
Virtus facit non dos beatas nuptias.

DVBII.

Nil idem placet; die ſ no centies dubius tremit.
Omne quod dubium, æquitatis penſitandum regula eſt.
Rebus hæſitato in illis certa quarum haud eſt fides.
Recta mens res circa honeſtas hæſitare non ſolet.
Fuge auſpicari quidpiam de quo ambigis.

DVLCIS REI.

Dulce vbi eſt, ibiq; amarum. mel vbi eſt, ibiq; apis.
Nauium è terra laborem cernere haud quidquã graue eſt.
Nemini res vlla dulcis eſt ſodale qua caret.
Nulli ab ortu ad vſq; mortem vitam tota mellea eſt.
Puncta cunctorum meretur dulce miſcens vtili.
Quei queat ſe amaritudo vertere in dulcedinem?
Suauis eſt res intueri naufragam puppem è ſolo.
Vita adhuc cui dulcis eſt, animæ eius eſt longa à Deo.
Exors ſpei metuſq; viuit ſuauiter.
Nihil potita dulcius victoria eſt.

DVCIS.

Ad Deum vis peruenire? ſimilem te praſtes Deo.
Finit absq; clade bella qui Deo pugnat duce.
Quem Deus ducit, nec errat ipſe, nec errant ſui.
Quo Deus ducit ſequare: quo Deus ducit prai.
Dux auarus turpe monſtrum eſt obuium quouis loco.

Dux

Dux malus ditare seipsum, dux bonus suos solet.
Amoue duces, mouere si nihil plebem cupis.
Antecedentem bene haud est assequi ducem labor.
Congruum est sequi parentes si bene antecesserint.
Antecedentes sequendi si via recta iuerint.
Dux manu atq; mente promptus rara valde copula est.
Dux nouus parte hac & illa spes nouas statim excitat.
Illico omne militum agmen concidit strato Duce.
Marte quod gestum secundo est, omne dux ducit suum.
Militi vis est sat, ars sed plurima efficit ducem.
Nemo deuiat secutus praui calceos ducis.
Non potes dux esse si non gnarus artis es tua.
Proditoris ferre nomen dux fere infelix solet.
Qui bene antecedit illum, nemo quit sequi male.
Quis iuuentuti requirit, quos oportebat, duces?
Qui scit hostis qua capi arte possit, optimus ducum est.
Quisq; non male anteuntem dextere sequi solet.
Sit duci fortuna fallax, certa virtus sit duci.
Vis bene ipsum te sequantur? antecedas dux bene.
Anteambulo est balena in vndis musculus.
Calcat metum plebs vilis ac diri Ducis.
Cauto sat est, non vinci ab hoste, gloria.
Consultor acer, nec minus fortis manu.
Etiam indigent ductore cete grandia.
Improsperi nulla est ducis dignatio.
Multum potest dux fortis, at plus callidus.
Oues sequuntur quo vocat ducem suum.
Vltro sequamur quo fauor cœli vocat.
Vt vir viro sic & prior dux est duce.
Sæpe aberrat qui terit viam absq; idoneo duce.

EBRIE-

EBRIETATIS.

A sacris abesto Bacchi quisquis es bibo memor.
Absq; virtutis periclo nemo factus ebrius.
Arduum est ei tacere Liberi quem flos replet.
Arma, regna, consulesq; pauper ebrius crepat.
Aut parens Bacchus Priapi est, aut Priapus Bacchus est.
Brassica elixa amouetur crapulæ nubes grauis.
Callidus vaferq; vino se nimis nunquam obruit.
Condus atq; promus haud est ebrius mentis suæ.
Cui Ceres irata cunq; est, Bacchus ipsum non amat.
Cui Ceres non vult bene, illi vult item Bacchus male.
Cum Lyæo insaniendum est, vtiq; sanis mentium.
Ebriatus pauper, arma, regna, consules crepat.
Ebriosus quisq; terram, nemo cælos suspicit.
Ebrius prodire noli si sapis cubiculo.
Ebrius se priuat vltro fructibus prudentiæ.
Ebriusq; in luce lucem quærit, in die diem.
Ebrius spontanee effert cordis abditissima.
Fit leuis mens à bibendo si tenere haud scit modum.
Flore Liberi malum aufert turpis agrimonia.
Fundo ab imo occulta mentis ebrius luci interet.
Id bibas quod est necesse; si magis, quod est satis.
In scyphis Bacchi profundis plurimum est insania.
Indoles viget vegetq; liberi potoribus.
Liberi potare patris cantharo, non omnium est.
Nemo adhuc Lyæum inultus lædere ausus est patrem.
Nemo aperte se patronum tumulentiæ ingerit.
Nemo vidit ebrium ire per vias interdiu.
Noctis aufert sol tenebras, Bacchus ast & pectoris.

Non

Non libens bimater heros arma corripit manu.
Non solent inebriari, tantum inebriant vafri.
Non solent madere vino, qui bus madet dolis.
Omne fas nefasq; eodem ducit ebrius loco.
Pauper arma consulesq; Libero vndatus crepat.
Poculis certare pulcrum, verum vtrinq; vbi est.
Quamlibet virile robur, interit Bacchi manu.
Quem semel facit voluptas ebrium, semper manet.
Quem voluptas ebriauit crapulam nunquam excoquit.
Quod faci pix, hoc iacenti est merum libidini.
Simia ebriata vino fraudium obliuiscitur.
Temulentia bonarum perfrui rerum optimum est.
Temulentia suprema iuncta deliratio est.
Vis statim interire plantam? plus satis da quod bibat.
Dux ebrius, nulli rei est bello vtilis.
Et sobria est prudentium madentia.
Inebriari si haud cupis, mustum bibe.
Insaniaq; caussa temulentia est.
Non mentiuntur ebrij fide bona.
Nunquam indiget sumpta ebrius superbia.
Palam patronus nemo temulentia.
Parum sapit quisquis multum bibit meri.
Pro mortuo est somno occupatus ebrius.
Silere pocula inter alma, heroa olet.
Vocalior pracone quouis ebrius.

ECCLESIÆ.

Hercules quod est Camanis, rex id est ecclesia.
Post Deum monarcha sane tutor est ecclesia,

Prin-

Principis dos prima toti prouidere Ecclesiæ.
Calce centrum vrget, repugnat dogmatis qui ecclesiæ.
Et Deo catus fidelis corpus est ipsum Dei.
Non strues Ecclesiam auro, auro imo eandem destrues.
Vnico languente membro languet ipsa ecclesia.
Augere ferrum Ecclesiam nullum solet.
Bello atq; ferro destruas ecclesiam.
Ecclesiæ quisquis nocet, nocet Deo.
Ecclesiæ sunt membra prima pauperes.
Ecclesiam auget ignis & crux hostium.
Nutritius rex omnis esto Ecclesiæ.
Quo maior est Ecclesia, hoc est turpior.

EDVCATIONIS.

Non potest bene educari quispiam aula in regia.
Talis est rex quisq;, qualis eius educatio est.
A bene ortis, à bene altis, ne quid exspectes mali.
A mala educatione fons malorum est omnium.
A mala educatione vita cuiq; pessima est.
A male ortis, à male altis, ne quid exspectes boni.
Cuilibet puero est salubris pauper educatio.
Cultus educatioq; dona firmat indolis.
Cuncta praestat liberalis liberûm educatio.
De bene ortis de bene altis omne nascitur bonum.
De male ortis de male altis, omne nascitur malum.
De puero male educato, ne quid expectes boni.
Delicata delicatum finget educatio
Educare ex lege natos cogitur quiuis parens.
Educatio alma vincit omne natura bonum.
Educatione nil est commoda salubrius.

Edu-

Educationis omnis pessima est superbia.
Est boni totius instar educatio proba.
Haud decet bene educatos tristis impolities.
Improba educationis vita, quid nisi improba est.
Liberalis educatio, instar omnis est boni.
Mentis est bona magister approba educatio.
Nil boni exspectes ab vllo qui educatus est male.
Nil eget maiore cura quam chorus pueritiæ.
Nulla opes gnatis potiores rectæ quam educatio.
Omne ab educatione cuilibet malum ac bonum est.
Optime natis frequenter pessima educatio est.
Perdita est iuuenta, laua cuius educatio.
Pessimæ educationis, vita item est teterrima.
Plus potest natura honesto sobria educatio.
Plus puta sancte educari quam gigni feliciter.
Quam mage est fecunda tellus, tam mage herbam fert malam.
Quid iuuat nasci bene, inde si mala educatio est.
Quo bonus vel malus ortus, si mala educatio est.
Stirps fouenda adhuc tenella est vnde fructus expetis.
Terra nil fert, ni colatur & labore & stercore.
Terra purgamenta profert non subacta vomere.
A lacte vel fortissimi educatio est.
Male educatus, viuere haud potest bene.
Orbos probis probe educare perprobum est.
Probe educator flexilis pueritia.
Quod expedit puero exhibe, haud quod expetit.

ELECTIONIS.

Crescit & iam in senticeto lilium sæpe ac rosa.
Eligas maximum malorum, sed bonorum maximum.

Eli-

Eligit peiora stultus negligitque commoda.
Et rubos quoque inter hirtos herba surgit vtilis.
Et Sophero, as proteruis colligunt è sentibus.
Flore de fatente mella vel leguntur optima.
Floris è fatore tristis dulce mel apes legunt.
Fonte præsente, ad lacunas tendere, est mera suis.
Frugibus certe paratis nemo glande vescitur.
Herba item à fatente, gustu mella duci aufer talis.
In modo inque electione tota virtus cernitur.
Mella apis è flore multo fingit non ab vnico.
Mentis est inops relinquit qui meliora ob pessima.
More apum flore hauri ab omni quod futurum est vsui.
Mutus est flos mella de quo non legunt apiculæ.
Nemini vitæ eligendum vsquam est malum; sed optimũ.
Nemo non cecursum aselli quam leonis eligat.
Nil apis fert flore ab vllo quam fauis quod vtile est.
Præterit lactucam asellus, vescitur que carduis.
Qui sapit, spinis vel ectis floridas rosas legit.
Quis frequentauit lacunas ad manus fons cum foret.
Sus lutum quauis quibusuis præferet tapetibus.
Velle si vis semper eadem, vera oportet eligas.
Vita eligit malus mala, ac bonus bona.
Amamus id magis quod anteponimus.
A scoria aurum quilibet discriminet.
Cognosce multa: amplectere omnium optima.
E flore quouis mella non stipant apes.
Et mel apis de flore fœtido facit.
Mauult asellus stramen, aurum respuit.
Præsente carne nemo vescitur thymo.
Quis non reperto lac mero reliquerit?
Rosam quoque ipsis colliges è sentibus.
Semper legendum est è malis binis minus.

ELEEMOSYNÆ.

Centuplo Deus rependit omne quod das pauperi.
De labore, haud de rapina subuenito pauperi.
De sacra gaza vndiquaq; sustinendi pauperes.
Frustulo panis rependit Christus aeternum decus.
Hauriendum est de puteo ipsum fluere semper si cupis:
Hoc dato, tibi nocere quod nequit, neq; alteri.
Liberos dites relinquit, creditor quibus Deus.
Nunquam perit quod das egeno: fenerat.
Pauperem se quisq; fingit, largiendum vt pauperi est.
Pauperi datum r. dire mox solet cum fanore.
Possidere cuncta tuto si libet da pauperi.
Qui sua cum nuditate pauperem vestit, Dei est.
Quisq; pauper est ad aliquid largiendum pauperi.
Quo famem pauper leuaret, luxui dat diuites.
Saeculo futuro abundat omnibus, qui isto dedit.
Rata, salua, integra semper quae data olim pauperi.
Vis tua extra omnem esse fortunam? indig nitibus loca.
Vis tua esse tuta ab omni sorte? dona ligentibus.
Ah, ne sinistra dextra quid faciat, sciat.
Ad largiendum nemo diues pauperi est.
Arcam esse Christi pauperum putes manum.
In crastinum qui pauperem differt, necat.

EMPTIONIS.

Multa care emas; praemptum sed tamen carissimum est.
Multa care emuntur, at nil carius quam quod precum est.

Pau-

Pauperem semet fatetur quisquis est emax nimis.
Quod prece obtinetur, emptum est & quidem auro carius
Carissima est merx omnis empta quæ prece;
Carissime constant emuntur quæ prece.
Carissime omne id emitur, emitur quod prece.
Ea vendere ante quæ emeras ius gentium est.
Passim empturire opinio indigentiæ est.
Passim esse emacem, est se fateri pauperem.
Qui multum emit venditq; auarum nuncupa.
Vendax colonus est bonus, nequam est emax.

EGESTATIS.

Nullo eget: quin vniuersis ipse prospicit Deus.
Sufficit Deus sibiipsi, nullius certe indiget.
Et duce in victore egestas maximi miraculi est.
Non eget rex, imo abundat, ciuis est cui ditior.
Rex egens non est colonus multa cuius possidet.
Anteponenda est egestas improbe partis bonis.
Cui domi est forisq; egestas, diues esse non potest.
Despicatui est egestas omnis imperantibus.
Dites egens cum donat, aut est stultus aut donans petit.
Est egestas absq; damno, nil ei eripi potest.
Durum egere: peius illo, de malo esse diuitem.
Est febris mala, est senecta: virum egestas pessima est.
Est parens virtutum egestas, est bona mentis soror.
Haud queat ferri vnquam egenus sorte factus ditior.
Haud queunt volare in altum quos egestas circulat.
Hoc habet bonum vnum egestas, quinam amicus sit docet
Innocens fere est egestas, luxus omnis est nocens.
Læta egestas tristiori præferenda habentia.

Libera à metu ac periclo maxima indigentia est.
Nemini graue est egestas quam grauem esse qui putat.
Nemini est honora egestas; omnibus derisui est.
Nemo eget natura cui sat, nemo eget cui sat Deus.
Nemo tam est egenus esse quin egentior queat.
Nil facit dicitue quod vult quem ligat penuria.
Nil loqui audet, nil patrare, dura egestas quem ligat.
Non eget, virtute diues aiues & scientia.
Non potest egens vocari diues est qui moribus.
Non sinit latere amicos presto vbi indigentia est.
Omnium sane repertrix est egestas artium.
Peius & febre & senecta triste egestatis malum est.
Plurimum beatitatis læta in indigentia est.
Per mare atq; terras egestas effugienda pestilens.
Qui suam timet alienam temnit indigentiam.
Rebus in duris egestas iam veretur neminem.
Sæpe egestas sorte ab ipsa manat, haud vita à mala.
Stulto egestas est timori, quæ Sopho contemnitur.
Sunt tua & quidem absq; ura, quæ dedisti egentibus.
Tristiori Pluto habenda est ante egestas lætior.
Vinculum communitatis non l. uis indigentia est.
Vis egestates amice ferre? eos fer l ngius.
Vsq; humi repit egestas uisequax præbet latus.
Angusta cui res, mens ei angustissima est.
Egente nil securius, nil tutius.
Egentiores nascimur quam hinc tollimur.
Præstat egere quam esse diuitem à malo.
Est dura egestas semper emergentibus.
Fatale egestas passim onus mentibo. a est.
Germana egestas mentis est soror b. na.
Inopia amicos vna viros detegit.
Semper timet potentiorem egentior.

Melior egestas improbe partis bonis.
Mendicitatis indigentia est soror.
Miserum indigente nil magis fingi potest.
Penuria succurrito, haud ignauia.
Plerunq; egestas summa milites facit.
Qui non eget, diues mage est quam Persa rex.
Quæ fertur æquamente egestas, non grauat.
Securitatis plurima indigentia est.
Sophos egentes malo quam Midas malos.
Sunt ambo egeni, auarus atq; prodigus.
Vbi est egestas, est ibi & securitas.
Vbi est egestas, est ibi perplexitas.
Virtutis omnis mater indigentia est.

ELOQVENTIÆ.

Clauus est ad res gerendas Principi eloquentia.
Principi admodum decora gratia eloquentia est.
Eloquens rex cuncta suada perficit, ferro rudis.
Eloquens rex; gemma in auro est, sol & intra sidera.
Conferunt multum arma bello, plus sed eloquentia.
Eloquentia bene vti non potest nisi bonus.
Ensis in manu furentis improbo eloquentia est.
Exerit Sophos suam omnem vim per eloquentiam.
Iam loquax omne euirauit robur eloquentiæ.
In calore spirituq; maxima eloquentia est.
Moribus malis disertus, est loquens non eloquens.
Omnibus cor mulcet is cui Suada labris insidet.
Plurimos cernas disertos, eloquentem neminem.
Qui loquentiam requirit, nescit eloquentiam.
Rusticis loqui diserte, est nolle ab ijs intelligi.

Si valent æquum bonumq; cui bono eloquentia?
Surda flectit huc & illuc, qua voluntas fert, iecur.
Alumna salue pacis eloquentia.
Habet suum venenum item eloquentia.
Eloquente nummo lingua Tullij siet.
Sat est disertus ille caussa cui bona est.
Stulto mala est, Sopho bona eloquentia.
Vires supra omnes omnis eloquentia est.
Vix eloquentia est vbi loquentia.

EMENDATIONIS.

Semet emendare pauci gestiunt, omnes Deum.
Rex suos emendat omnes, qui prior se corrigit.
Si tuos vis corrigi omnes, rex, prius te corrige.
Ciuium periculosa est omnis emendatio.
Innocentiæ propinqua est arripes correctio.
Ne pudor rei exigatur sed mage emendatio.
Nemo ita est nequam redire quin bonam ad frugem queat.
Nemo non correctionem turpiter procrastinet.
Omnium est peccare; at ipsum corrigit statim probus.

EPISCOPI.

Clerus omnis nocte in alta est lusciosо Episcopo.
Dormiente Episcopo, ecquis curam aget muti gregis.
Dormiat parum necesse est vniuersorum vigil.
Est Episcopus suorum seruus ipse, non herus.
Fucus es opes egeni cum voras Episcope.

Pascha

Pascha nostrum est Christus ipse, & manna lapsum cali tus.
Pauperum curare gazas, gloria est Episcopi.
Pauperum est Episcopalis omne quo fastus tumet.
Qui sibi non parcit, ille quo modo parcat suis.
Quisnam episcoporum es, ortus qui recordaris tui.
Quod stomachus homini est, id omne Præses est Ecclesia.
Turpe dormire in diem illum vniuersi Episcopum.
Ecclesia radix sua est Episcopus.
Episcopatus non mala est res, sed bona.
Episcopi pro lege factum ducito
Haud est datum esse psychagogas omnibus.
Lynceus & Argus sis tuis Episcope.
Quis nominis memor sui est Episcopus?
Nil fadius cacutiente episcopo.

EPISTOLÆ.

Heu malum quantum innocenti literis natum à nothis.
Imago mentis intima est epistola.
Impetrant aqua atq; iniqua litera fictitia.
Mentis character intima est epistola.
Optima est epistola in qua nuspiam ostentatio est.
Quæ tumet sermone compto, scortea est epistola.
Quæ typho verborum abundat, turgida est epistola.
Simplici sermone constat delicata epistola.

EQVI.

Rex equum versare nouit; ceteras artes emit.
Vnam equitandi nouit artem rex, alias discit male.

Contumax equus lucratur nil nisi ictus asperos.
Deuorant equi potentum consecrata pauperi.
Fortius frenum sinistra contines quam dextera.
Idem equi vsus atque amici est : spernimus cum non valent.
Mordeat frenos necesse est cum rapit rectorem equus.
Pauperum hordeo caballi pinguescunt Principis.
Pauperis legato, equi le pinguis fit potentium.
Lasciuia pecus freno domes famis.
Per plana campus liber ad cursum patet.

ERRORIS.

Absque lapsu erroreque omni est, cui Deus lux ac salus.
Non cadit non errat, est cui Numen & lux & salus.
Non potest errare cuius dirigit gressum Deus.
Non queunt errare quorum dirigit pedes Deus.
Qui queant errare quos lux anteit perpes Dei?
Nullus errores fatetur rex suos quamuis graues.
Maxime reges fere errant, quos fateri illud pudet.
Vita regum errore multo constat, etsi pernegent.
Bellua ingens Error, ingens bellua Ignorantia est.
De via qui errauit, ipsum multus inde error manet.
Errat absque fine cui non est via exitus sua.
Errat ast haud perseuerat in reatu vir bonus.
Errat in vita imperitus, in via errat ambulans.
Erro, Mercurius; abire at non soles Sole à tuo.
Error errorem propagat absque fine vsque & modo.
Error omnis est pro honesto, nisus incluto duce.
Error omnis subleuatur, si ducum est praestantium.
Error vnus mille cudit seminis volatici.

Est honestius error omnis qui duces magnos habet.
Est palam imperatus error, est receptus legibus.
Et sapientum plurima errat omnium primarius.
Est suus cuiq; attributus error, est insania.
Ferme vbi error est ibi vna vana delectatio est.
Gaudeas errore, cui fons ex amore nascitur.
Haud semper errat vulgus: est vbi eligit.
Ibis in praeceps ab ipsa si semel deerras via.
Inter errores volutat vita nostra perpetim.
Longius quo vadit error hoc magis sese implicat.
Magna pars hominum lege errat per meram imprudentiam.
Magnus erroris magister vulgus est mundi incolis.
Multitudo errorum ab vno pullulat cito satu.
Multus est ibi error, effrons est vbi ignorantia.
Nemo non homo errat: omnes lubrici ad lapsum sumus.
Nemo non mortalium errat labiturq; plus semel.
Nemo tantum errat sibi vni, quiq; item errat proximo.
Non bene errore occupata, veritatem mens videt.
Non potest errare multum publica incedens via.
Non potest errare quisquis regia vadit via.
Non queunt errare qui vltro regia ambulant via.
Non solent errare sumunt qui ducem ignota via.
Nube mens erroris cuncta non facile verum videt.
Nubilo rationis ignem saepe & error deprimit.
Nullus absq; errore viuit, nullus absq; crimine.
Nullus est mortalis in re quapiam quin deuiet.
Omnium errare atq; labi est, certe adulescentium.
Optime quoq; institutum perdit error publicus.
Pergit absq; errore quisq; publica pergit via.
Pestilens errore ab vno terminat statim seges.
Portus erranti est fidelis consilij mutatio.

Prouenire errore ab vno centuplex statim solet.
Pulcer error est salutis quo venitur in viam.
Qui cito errorem retractat vix meretur noxiam.
Quisquis errat, errat æque proximo, ipse quam sibi.
Raro aberrat, rarius labitur prudentia.
Sæculis adultis error, error vtiq; permanet.
Tam bonus nemo est sacerdos quin subinde deuiet.
Veritas nusquam reperta est: error omnia occupat.
Veritatis vna tantum, plurima erroris via.
Turba nil patrocinatur à via deerrantibus.
Cui mens mala est errore semper ducitur.
Erramus omnes rebus in cælestibus.
Errare, labi, decipi, vix regium est.
Errare mente, maxima est insania.
Errare non vis? regia incedas via.
Errare reges nesciunt, docti à Deo.
Errasse se reges fateri non solent.
Errare nemo publica potest via.
Error dolusq; sæpius fauet sibi.
Errare ab vno mille nascuntur noui.
Errore nil fæcundius: semper parit.
Errore quid quid accidit pœnam haud habet.
Erroris expers est Dei potentia.
Erroris omnis mater est antiquitas.
Gaudere nulli errore contigit diu.
Hallucinari magna ingenia haud dedecet.
In bellica re corrigi error non potest.
Leonem habere simiam quid iuuerit?
Numerat piorum singulos gressus Deus.
Nunquam erro nobis approbabitur Deus.
O simias errore felices suo.
Paucos sequaris, multitudo deuiat.

Vbi carcer est, hydra est ibi inscientia est.
Vbi error est inde exulat felicitas.
Vnus receptus error mille parturit.

ERVDITIONIS.

Crescit eruditione dignitas regentium.
Dux sapit duplum, eruditus in schola haud sophistice.
Eruditione, regum nemo adhuc factus minor.
Mauelim, doctis amicum quam eruditum, principem.
Absq; vita nil docentum praestat eruditio.
Dignitatem auget regentis acris eruditio.
Erudita disciplina mentis est faber bona.
Eruditi vt prodiere mortui omnes sunt boni.
Eruditio absq; morum puritate, toxicum est.
Eruditio alma Musis omne patrimonium est.
Eruditio ensis instar in scelesti dextera est.
Eruditio est quod aurum; summum vbiq; habet locum.
Eruditio haud senescit: ex anu fit iunior.
Eruditio haud senescit, flore semper cum suo est.
Eruditio in iuuentam non cadit glabram genas.
Eruditio loco omni, gaza tolli nescia est
Eruditio peculium, est potius opulentia!
Eruditio proborum, publicum orbis est bonum.
Eruditio improborum publicum orbis est malum.
Eruditio timori propior est quam inscitia.
Eruditione maior quilibet fit non minor.
Eruditione nil est viuida s. lubrius.
Eruditione, nullus factus est regum minor.
Eruditione nullum certius peculium est.

Eruditione quauis crescit & vis regia.
Eruditione virtus qualibet fit comptior.
Eruditione abesse non potest humanitas.
Eruditionis alis per loca orbis cuncta eas.
Eruditionis est paris magna velle discere.
Erudito conuenire cum rudi nunquam potest.
Eruditorum haud senescit interitu e gloria.
Eruditus esse quaeris? eruditos audias.
Est ferox vita, est ferina absq; eruditis artibus.
Est nota eruditionis maxima modestia.
Est sibi fere eruditus omnium rudissimus.
Fructus eruditionis omnis in modestia est.
In necessitate amicum qui probat, vult perdere.
Laude dignus sempiterna est omnis eruditio.
Pallor eruditionis est perennis assecla.
Pars bona eruditionis scire velle literas.
Scipio est cuicunq; vita firmus eruditio.
Vera nusquam, vbiq; falsa prostat eruditio.
Eruditi despicatui erudito saeculo.
Et eruditur ipse item extremus senex.
Facit bonos Natura, Pallas perficit.
Nihil pia eruditione rarius.
Percussus ignem concipit ferro silex.
Quemuis benignum reddit eruditio.
Vanissima est res, plurima eruditio.
Virtutis est matercula eruditio.
Virtutum est fons omnium eruditio.

EVCHARISTIAE.

A sacra communione arceatur histrio.
Carne Christi restituti sumus & vniti Deo.

Car-

Carne mortui nostra, inde carne viuimus Dei.
Esu homo bonum recepit, sicut esu perdidit.
Et Deus nati innocentis carne donauit suos.

EXAMINIS.

Pensitat Deus periclis quos habet carissimos.
Nemo non examinando nosse rex potest suos.
Nemini aulam pande, quin sit ante probatus tibi.
Nullum in aulam admitte quem non ante rex examinis.
Acrius viros probabit fortis horror, quam fauor.
Acta aliena metiuntur plurimi actibus suis.
Editos Psylli recenter offerunt serpentibus.
Est amicorum acer index fortis impetus mala.
Examines te ipsum magis quam proximum.
Experiri velle amicum, est velle amicum perdere.
Ingenium probi improbiq; splendor argenti probat.
Lydius lapillus aurum, Curia indolem probat.
Quemq; metiri suomet conuenit sese pede.
Quisquis experiri amicum vult, amicum id perditum.
Examinatur fortis infortunij.
Examinamur rebus à Deo amaris.
Examinatur rebus angustis pius.
Iungunt amicos prospera, aduersa at probant.
Modulo tuo res proximi ne examines.
Probat bonos malis Deus, non improbat.
Res lætæ amicos suppetunt, tristes probant.
Vbi probatur inde quilibet fugit.
Virtutis est obrussa fors iniquior.
Virtutis est probatio in laboribus.

EXCELLENTIÆ.

Dant Dei v'tro summa, sed non perpetuant item data.
Parua paruis, magna magnis sufficit semper Deus.
Quidquid est grande atq; vastum fulmen haud vitat Dei.
Quidquid excedit modũ, omne Numini invisum est Dei.
Quidquid excelsum atq; vastum est displicet semper Deo
Sapius suprema numen mutat infimis Dei.
Obruunt stellas tyranni ciuium, reges regunt.
Plura quo Princeps adeptus es magis stas lubrice.
Plus quo adeptus rex es hoc stas lubrico magis gradu.
Quidquid excelsum est fero ense rege sub malo cadit.
Rex in edito locatur vt graui lapsu ruat.
Vt r-at maiore lapsu, summa magnates petunt.
Altior ruina summas semper affligit domos.
Altius quanto cadendum est, altius tanto strepit.
Arbores vastas & arces vexat al as vis Iouis.
Ardui montes procellis obuium prabent latus.
Aurum & os latere fama nomen augustum nequit.
Celsa quisq; honorat, idem sed tamen totus odit.
Conterit ruina turres altiores altior.
Cor cui est, suprema laudum scandit ad cacumina.
Corda sors domat superba, parcit infimo gregi.
Culpa maior est honorum summa in excellentia.
Deijcit quercus & ornus, gramini haud nocet, Notus.
Deijcit superba capita machinantes vltio.
E quibus tibi ruendum est, stultę cur scandis locos.
Eminere vis! labores e go obi ac pericula.
Et periculo & labore constat id quod eminet.

Fulmen

Fulmen altas quærit arces, non agrestium casas.
Fulmen ar. es vrget altas, negligit mapalia.
Fulminum modo, suprema qualibet Fors subruit.
Fulminum vis parcit vmbris vallium, montes ferit.
Gloria non despicatur p am um excellentia.
Haud diu durare possunt maximè florentia.
Haud diu felicitatis floret eminentia.
In gradu quidquid supremo est ferre plebs diu nequit.
Indigentia innocente nil in orbe illustrius.
Lu et ignis noctè; sed sol cum venit vix cer. itur.
Insolens omne atq; grande proximum inuidentia est.
Mille stellis nox superba est vnicum astrum sat die est.
Mutuo liuore pessum mox eunt celsissima,
Nemo non in re secunda se fit ipso excelsior.
Nemo non vult eminere, nemo non vult conspici.
Non arundinem, sed altas ilices fulmen petit.
Non carent molestia alti pectoris conamina.
Non potest diu latere mentis ardua Sophus.
Non potest quis eminere rebus vnus plurimis.
Non potest quis esse primus omnium omni tempore.
Non potest quis esse primus semper: ætate excidit.
Nulla de die videtur stella Sol astrum vnicum est.
Nullibi sunt stellæ vt ignes Sol aqua profert suos.
Omne præcelsum timori est: temnitur quidquid iacet.
Perferunt fulmen Notosq; proxima astris culmina.
Peruenire ad summa non est quam per ima & paruula.
Peruenire ad summa si vis, summa adi pericula.
Plura quis est adeptus, hoc mage est in lubrico.
Præclara quæ sunt, sunt idem quoq; ardua.
Proruit vis maior arces, non agrestium casas.
Quis videt solare fulgur, irretorto lumine.

Quid.

Quidquid est illustre multis subiacet calumnijs.
Quidquid excelsum est, vbiq; vulgus edit & timet.
Quo sumus sublimiores, hoc mage agimus lubrice.
Sol vbi in cælo haud videtur, stella multa pranitet.
Sole oborto vno omne cedit siderum fugax decus.
Sors ruit stantes columnas transit angustum larem.
Stella nulla audet videri Sol vbi exerit caput.
Summa ferre dona sortis summus est viris labor.
Summus est labor pati æque dona sortis maxima.
Ventus ades altiores subruit casu graui.
Vis domat maior superbos, transit infirmum gregem.
Vis Iouis plerunq; vastas ilices sternit solo.
Vis procellarum illud omne vnum maxime vrget quod minax.

Excelluisse quis potest in omnibus?
Florere quidquid eminet diu nequit.
Genas minore cæde vix tingit Leo.
Haud intrat arcem parua clades regiam.
Magnum esse quid refert, si amicus nemini es.
Odit Deus cuncta orbis excellentia.
Odit Deus sese ferentes altius.
Quam nte quis sit alta prodit dignitas.
Qui primus hodie est sæpe cras fit vltimus.
Quo grandior fortuna eo inconstantior.
Quo te minorem ducis, hoc maior clues.
Suprema quæq; subruit vis fulminum.
Turres potentum fulmen horrendum quatit.
Vis maior imis summa miscet Numinum.

EXCVBIARVM.

Excubat cæleste numen pro salute Principum.
O beatos excubare pro quibus cupit Deus!

Pro pijs vigil supremi lumen excubat Dei.
Regna sunt firma ipse pro queis excubator est Deus.
Non semel suum excubantes prodidere principem.
Rex malus mage excubantes, quam suos hostes timet.
Excubant tantum rapinis ciuitatum præsides.
Fortuna semper excubat felicibus.
Non potest dormire multum qui excubat pro pluribus.
Quando dormiunt beati, sors vigil pro ijs excubat.
Quis putat sibi excubandum iam necatis hostibus.
Sit leuis somni necesse est excubator omnium.

EXCVSATIONIS.

Nil Deo *mage est iniquum, quam reus se purgitans.*
Nil Deus sic odit atque purgitantem se reum.
Qui Deo *se purgat is bis, imo ter, reus Deo est.*
Qui sibi se excusat, ipsum quid nisi accusat Deum?
Non putaui, Principi omnis turpis excusatio est.
Ad sui excusationem quisque pronus est nimis.
Criminis manifesti vbique est excusatio impudens.
Est mali excusare crimen: crimen excutit probus.
Est sine excusatione sponte qui sua est malus.
Non opus se excuset, in quem nullus actor exijt.
Nusquam cui ante crimen est sui excusatio,
Plurimum excusationis in se habet necessitas.
Qui nocens se excusat, annon duplicem pœnam ferat?
Qui sciens prudensque peccat, quei sit excusabilis?
Quem Dominus odit frustra ei excusatio est.
Qui purgat sese Deo crimen triplat.
Quisquis sibi se excusat, accusat Deo.
Sophis patet minimissima excusatio.

EXECRATIONIS.

A voluntate arguenda laus & execratio.
Arma ciuium in tyrannos vltima execratio.
Ciuium diris tyrannus interit vel pessimus.
Ciuium vltima in tyrannos arma sunt diræ preces.
Est puer malus magistros execratur qui suos.
Eumenis non vna diris est sita in parentium.
Execratione tantum vindicant se pauperes.
Feminam quisq; execratur, feminam quisq; expetit.
Impetrant quiduis parentes execrationibus.
Inter execrationes crescimus parentium.
Liberis quauis parentum pro furia execratio est.
Lindia omne quod volunt dira impetrant ab Hercule.
Lindio exsecrante, quauis suppetit bona Hercules.
Lindijs vis Herculana gaudet execrantibus.
Nemo adhuc frustra inuocauit vindices parens Deos.
Non potest tibi esse amicus qui male optat aut facit.
Pauperi in regem suum vna relliqua execratio est.
Qui manu nocere non est, imprecamur ijs malum.
Quem palam nequimus ense, voto eum clam tollimus.
Quem parentes execrantur, execratur & Deus.
Quo mage Herculem execrantur Lyndij mage ijs fauet.
Quod manu præstare non est; patrat execratio.
Vltimum primum q; telum pauperum, execratio est.
Quæ clam patramus, execramur publice.
Quo tela mitti non queunt, votum potest.

EX-

EXEMPLI.

Ad bonum cogit tyrannus, rex suo exemplo anteit.
Ad malum bonumq; quiduis Principum exempla obtinent.
Maiestate magnus est rex: maior exemplo est bono.
Peccat exemplo potestas turpius quam crimine.
Plurimum nocet reatu, plus sed exemplo potens.
Plus malo exemplo potestas noxia est quam crimine.
Regis exemplo usq; ciues aut boni sunt aut mali.
Rex bonus malusq; norma plebis exemplo suo est.
Rex potens authoritate, maior exemplo est suo.
Circuitu breui ad facientem omne exemplum redit malũ
Cui suum exemplum est, corona plurima æmulantium est
Displicetq; auctori id omne quod fit exemplo malo.
Fer viriliter necesse quod ferendum est omnibus.
Instruenda vita vitis ciuium est illustribus.
Laudis est, exempla magna rebus in magnis sequi.
Magna sunt quæcunq; peccat magnus exemplo.
Non fit exemplum is, alieno qui sibi exemplo cauet.
Non manent exempla eodem quo creata sunt loco.
Nulla sunt delicta parua magnus auctor quæ docet.
Nullum est nefas in orbe quod suo exemplo caret.
Omne magnũ exemplũ iniquum est, sed bono rei publicæ.
Peccat exemplum omne grande; sed resarcit commodis.
Plurimum exemplum domesticum, ad bonum ad malum, valet.
Quando consistunt ibi, vnde exempla habent exordium.
Quisquis exemplo tuetur dedecus suum, duplat
Quod fit exemplo, videtur iure factum non malo.
Quod vides ferri his & illis, ferto item viriliter.

Tur-

EXECRATIONIS.

A voluntate arguenda laus & execratio.
Arma ciuium in tyrannos vltima execratio.
Ciuium diris tyrannus interit vel pessimus.
Ciuium vltima in tyrannos arma sunt diræ preces.
Est puer malus magistros execratur qui suos.
Eumenis non vna diris est sita in parentium.
Execratione tantum vindicant se pauperes.
Feminam quisq; execratur, feminam quisq; expetit.
Impetrant quiduis parentes execrationibus.
Inter execrationes crescimus parentium.
Liberis quauis parentum pro furia execratio est.
Lindia omne quod volunt diræ impetrant ab Hercule.
Lindio exsecrante, quauis suppetit bona Hercules.
Lindijs vis Herculana gaudet execrantibus.
Nemo adhuc frustra inuocauit vindices parens Deos.
Non potest tibi esse amicus qui male optat aut facit.
Pauperi in regem suum vna relliqua execratio est.
Qui manu nocere non est, imprecamur ijs malum.
Quem palam nequimus ense, voto eum clam tollimus.
Quem parentes execrantur, execratur & Deus.
Quo mage Herculem execrantur Lyndij mage ijs fauet.
Quod manu praestare non est; patrat execratio.
Vltimum primum q; telum pauperum, execratio est.
Quæ clam patramus, execramur publice.
Quo tela mitti non queunt, votum potest.

EX-

EXEMPLI.

Ad bonum cogit tyrannus, rex suo exemplo anteit.
Ad malum bonumque quiduis Principum exempla obtinent.
Maiestate magnus est rex: maior exemplo est bono.
Peccat exemplo potestas turpius quam crimine.
Plurimum nocet reatu, plus sed exemplo potens.
Plus malo exemplo potestas noxia est quam crimine.
Regis exemplo usque ciues aut boni sunt aut mali.
Rex bonus malusque norma plebis exemplo suo est.
Rex potens authoritate, maior exemplo est suo.
Circuitu breui ad facientem omne exemplum redit malū
Cui suum exemplum est, corona plurima æmulantium est.
Displicet que auctori id omne quod fit exemplo malo.
Fer viriliter necesse quod ferendum est omnibus.
Instruenda vita vitis ciuium est illustribus.
Laudis est, exempla magna rebus in magnis sequi.
Magna sunt quæcunque peccat magnus exemplo.
Non fit exemplum is, alieno qui sibi exemplo cauet.
Non manent exempla eodem quo creata sunt loco.
Nulla sunt delicta parua magnus auctor quæ docet.
Nullum est nefas in orbe quod suo exemplo caret.
Omne magnū exemplū iniquum est, sed bono rei publicæ.
Peccat exemplum omne grande; sed resarcit commodis.
Plurimum exemplum domesticum, ad bonum ad malum, valet.
Quando consistunt ibi, vnde exempla habent exordium.
Quisquis exemplo tuetur dedecus suum, duplat.
Quod fit exemplo, videtur iure factum non malo.
Quod vides ferri his & illis, ferto item viriliter.

Tu-

Turpia exempla cuncta sunt honesto exordio.
Exempla ab vno multa sumunt improbi.
Exempla plebem ductitant ratio Sophum.
Exempla possunt plurimum, ratio magis.
Exempla, vt ignis, cuncta proxima occupant.
Exemplum habere quod sequaris, expedit.
In proximi malo, & suum spectat Sophus.
Noli timere quod sine exemplo est malum.
Nullum est nefas exempla cui non sint sua.
Nullum est scelus cui desit exemplum suum.
Quodcunq; peccat magnus, exemplo inquinat.
Semper suo premetur in exemplo nocens.
Virtus vetusta tota in exemplum patet.

EXERCITATIONIS.

A cibo qui exercitatur, morbum alit, non discutit.
Ad dolorem exercitandus quisq;, non ad gaudium.
Absq; exercitatione corporum labat vigor.
Degeneratq; tandem & ipsa ratio si haud exerceas.
Frontis à sudore, mensa qui vtitur, viuit probe.
Gens ab vsu docta rerum mente semper excubat.
Infrequentatum poema difficulter texitur.
Quisq; rex agit libenter in quibus se exercuit.
Scimus illa vere ab vsu quæ magistro discimus.
Exercitari cruda virtus postulat.
Exercitatio est magister optimus.
Exercitatio excitat fiduciam.
Exercitatione firmes omnia.
Exercitatione opus parua seni est.
Exercitatus promptus est ad omnia.

Exercitatus forte non vna sapit.
Exercitere dextere ante sed cibum.
Intra modos senum esto exercitatio.
Nil non potest exercitatio frequens.
Lenis leuisq; exercitatio est senum.
Procliuitatem vsus frequentior facit.
Quodcunq; quis raro facit, probe haud facit.
Vsu peritus, nauis auriga optimus.

EXERCITVS.

Copiæ parum viriles sunt, vbi inter femina est.
Face de plebis scelesta constat hic de exercitus.
Imperator ipse quantus, tanti item est exercitus.
Ni bonus pedesq; equesq; est, pro nihilo omnis copia est.
Omne quod gestum est secunde Marte dux ducit suum.
Optimo plus fide auctore, optimis quam copijs.
Perdidit formido vana plurimos exercitus.
Plus duci prudentiori fiditur quam copijs.
Plus valet dux vnus eius quam potens exercitus.
Plus valet Dux vnus omni militari exercitu.
Terror atq; error phalanges dat neci, haud hostis chalybs.
Turbam habe, haud exercitum, omne quidquid excedit modum.
Turbam homullorum haud requirit, Mars virorum sed manum.
Vindicat sibi omne dux quod armata fecit manus.
Caso duce omnis diffluit vis militum.
Duce interempto & funus est exercitus.
E pessimis constat vel è vilissimis.
Exercitando procrees exercitus.

Exercitu quocunq; plus ductor potest.
Plus in duce est quam luculento exercitu.
Plus in duce vno est quam potenti exercitu.
Quanti imperator, tanti etem est exercitus.

EXILII.

Exulem vocare noli, quem Deus non deserit.
Exulem nemo absq; pœna quadrupla violat Dei.
Fert sibi acceptum omne egeno quod fit exuli Deus.
Et sibi factum arbitratur exuli quod fit Deus.
In Deo qui fidit exul non timet pericula.
Nauigans Deo duce exul, nulli adhærescit vado.
Numini inuisum putato, cui suus non est focus.
Pœna maior nulla homullis exulare quam ab Deo.
Qui Deo se creat exul, est supra omne dedecus.
Supplici exuli omne quod fit, imputat sibi Deus.
Arduum regi exulanti more priuato loqui.
Vera tunc regi audiuntur primitus, cum aula exulat.
Veritatem audire raro rex soles nisi exulans.
Absq; caussa erro vagatur, vix memor tandem domi.
Aufer ignem aquamq; si vis exul à vita exulet.
Crimen exulis probus sorti imputat, homini improbus.
Cui negata est vnda & ignis mortuos inter refer.
De loco in locum ire, quodnam est obsecro malum exuli.
Dignitas tamen Senatus & Camillo est exuli.
Est miser quidem omnis exul, sed senex vel maxime.
Est miser quiuis vir exul, sed potissimum senex.
Exilij assecla est egestas, exilij assecla est metus.
Exilij gnarus iuuare semper exulem appetit.
Exilij plebeia corda, destruit sinistritas.

Ex-

Exilium miserrimum omne est, sed potissimum senis.
Exilium qui fert be e omni patriam inuenis loco.
Exilium vis scire quid sit? st loci mutatio.
Exul est ignominiosus, est piaculum omnium.
Exul haud fuit, nocere quisquis exuli cupit.
Exulem foue, foueri ab altero xul si cupis.
Exulem interdictione lympha & ignis punias.
Exu em iuuare, si non quaeritas, ne ditiues.
Exuli benignus, exul nunqu m er t, certe miser.
Exuli excidunt peregre facta bene, vt redit domum.
Exuli fas ferre secum quamlibet virtutium.
Exuli magno i citatur spir tus, non frangitur.
Exuli nemo est benignus absq; spe compendij.
Exuli pro lesse si non vis, ei faue tamen.
Exuli quicunq; parcit, manibus parcit Deus.
Exuli raro est amicus, exuli raro est fauens.
Exuli suspecta in oris exteris felicitas.
Exuli trux aut malignus non erit exul qui fuit.
Exulis mala esse caussa non potest si ei est male.
Exu'is, malignitati nomen execrabile est.
Exulis ne quaere caussam: sat bona est si agit miser.
Exulis quamquam innocentis caussa auaro vsq; est mala
Exulis sortem intuentur non item caussam probi.
Factione pulsus exul à sua, cur sit nocens?
Innocens est exul omnis exuli fauentibus.
Intolerabile est carere patria solo malum.
Liberauit patriam exul sponte factus Pindarus.
Liberum exuli omne membrum est unicam linguam excipe.
Mente libera sit exul ore seruus, re Sophus.
Nemo amicus aut sodalis est fidelis exuli.
Nescit exul esse liber, seruus esse nequit.

Nil

Nil ab exule obtinendum est quam meras molestias.
Nulla libertas relicta est exuli; seruit mere.
Nulla terra est orbe toto quem indigena incolat suus.
Nulla virtus deseranda, cum patria exit, exuli.
Nunquam erit celebris exul, quisquis asper exuli est.
Nunquam erit peruilis exul, vilis esse qui potest.
Occupationes exul quisq; magis perdit quam opes.
Patriam exuli relictam nemo prudens exprobrat.
Patrium queilib rarei exulauit Pindarus.
Patrij tactus soli, exuli est bonum vel maximum.
Pauper exul nullum amicum vel parat, vel inuenit.
Plurimis locis vagari res miserrimissima est.
Qui relegato est malignus, seuiens est in mortuos.
Res miserrima est senectus, exulis potissime.
Seruiat quamquam exul ore, mentis ac liberrima est.
Strenuos haud vlla frangit exilij sinistritas.
Seruit exul omnis esse, si modo liber velit.
An exulat, Deus cui est comes suus?
Caussam vsq; habent bonam exules apud bonum.
Caussam vsq; habent malam exules apud malum.
Contemptus exul omnibus passim est locis.
Et ciuitatis exules nostra sumus.
Exul iuuare neminem multum potest.
Exul senex, rerum omnium miserrima est.
Facis Deo omne quod facis vago exuli.
In exulante opis parum est, parum spei.
In patria est qui cum suis Dijs exulat.
In patria est, suo exulat qui cum Deo.
Infirmus est re speq; quiuis exulans.
Miserrimum quod omnium est exul senex.
Nec viuus est is qui exulat nec mortuus.
Quei viuat exul, mortuus ciuiliter.

Quod

Quid exuli prastas, Deus sibi applicat.
Si non bona est causa exulis, tu fac bonam.
Supplex sit exul, liber esse si cupit.
Videre auitas optat extorris domos.

EXITVS.

A Deo bonus malusve est omnium rerum exitus.
Prouidentia est secundi semper euentus Dei.
Quod Deo sine auspicaris, alite exit non bono.
Quod Deus cunque auspicatur semper euentus boni est.
Sufficit Deus secundum, sufficit bonum exitum.
Antequam Dux praliatur certus euentus sui est.
Res gerit dux optime vt qui pote vt vult milite.
Actio exitus secundi, sortis est munus merum.
Cogitata prouidenter exitus prosper beat.
Damnat absoluitque quemque fortuitus exitus.
Destinata haud sortiuntur semper exitum bonum.
Est fere euentus sinistri prada tota sordida.
Exitus semper secundos sancta sortitur fides.
Mens rudis nil quam secundos prafigurat exitus.
Maximis rebus, secundum ponere exitum arduum est.
Nullo ab exitu voluntas iudicatur, quam impia.
Optime euenire quauis res solet viris pijs.
Prouidenter cogitata prosper exitus beat.
Quidquid exitum propinquum est, turpe & attritum scias.
Quod Deo fit prosperante, fit cito, fit optime.
Rarius praclara capta par secundat exitus.
Respice ad vita viaque longioris exitum.
Spes auara visque cassa consilij, exitus mali est.

N Stul-

Stulta gens spe præfigurat exitus semper bonos.
Turpe de quacunque caussa iudicare ab exitu.
Euenta cæco sors gubernat impetu.
Exitu nil æstimandum est: sit voluntas omnia.
Incertus est homini exitus rerum omnium.
Nec destinata semper ex voto cadunt.
Quid cogitat de meta: adhuc in carcere est.
Quidquid facis dicisve cogita exitum.
Securitas anteambulo exitus mali est.

EXORDII.

A Deo est exordiendum, finiendumque in Deo.
A Deo incipe orsa cuncta, cuncta fini orsa in Deo.
Ab exitu laudamus omne exordium.
Exordio ab ipso & ipse pendet exitus.
Exordio bono est bonus quoque exitus.
Exordio malo est malus quoque exitus.
Exordio quod turpe, turpe & exitu est.
Exordium finisque es omnium, Deus.
Exordium laudabile est ob exitum.
Exordium quale est, talis quoque clausula.
Extrema raro congruunt exordiis.
Malum exitu fuitque malum ipso exordio.
Vbique rerum parua sunt exordia.

EXPECTATIONIS.

Admodum exspectare amarum est constitutem in malo.
Et rei voluptuosæ læta ita exspectatio est.

Indo-

Indoles summa haud moratur temporis pigras voces.
Omnia accidunt leuiora iam ante expectantibus.
Præter expectationem ferre quid, dulcissimum.
Præter expectationem nil fit excellentibus.
Quilibet plus expectando quam ferendo fert mali.
Rarus expectatione maior est factus sua.
Vincere expectationem res vel arduissima est.
Visus expectatione quando quis maior sua est.
Cum sis homo expectare oportet omnia.
Mali pericla præstolantur quæ metent.
Quod est futurum, quotidie metus mouet.

EXPERIENTIÆ.

Dux sine vsu, militem effert prælijs loco hostiæ.
Cuncta qui scit doctus vsu, cuncta scit securiter.
Doctior nemo est, ab vsu doctus est quam qui suo.
Doctus aduersa & secunda fit fere & imperterritus.
Doctus vsu cuncta curat rite, nec timet notam.
Expeditio sine vsu, dextera esse vix potest.
Experimentum parentem dixeris iure artium.
Experiri noli amicos, perdere omnes ni velis.
Optime scit cuncta, cuncta qui scit vsu ab ipso mi.
Quisquis est doctus vsu qualibet recte facit.
Ab experimento omnis ars ortum trahit.
Casuum tremit sinistra temporum doctus vices.
Experimento orbis omnis crebriori habet fidem.
Perdes amicos experiri si incipis.
Quacunq; quemq; hominem experiri conuenit.
Vbi vsus est, ibi dextera expeditio.

EXPROBRATIONIS.

Regium haud est, exprobrari quod bonis factum bene.
Nemo fert sibi exprobrari laude digna maxime.
Quandoq; vitia accendit exprobratio.
Rebus aduersis proterua est omnis insectatio.
Beneficij molesta & exprobratio est
Mala exprobrare nemini, certa est salus.
Turpe exprobrari quod facis bonis bene.
Vbi querela ibi fere exprobratio est.

EXTERNI.

Cuncta habet reposta stultus in alieno, in se Sophus.
Externa prosunt, sed magis tamen nocent.
Externa quid laus addet, aut demet probrum?
Externa temne, agesq; vel liberrime.
Imperatorum est character abripi aduentitijs.
Maxima est opum potestas res in omnes exteras.
Nemo magnus, nemo paruus, fit nota aut honoribus.
Non mouent externa, cœli cui patent palatia.
Omnia in se colligenti, nulla opus re extrinseca
Paruus ecquis, magnus ecquis factus aduentitijs?
Qui studet virtuti, egere non solet rei extera.
Rebus externis mouetur omne terram quod sapit.
Vir Sophus nihil rei fignat rebus externis sui.
Vrbe direpta, Bianti victor hostis nil tulit.
Externa nulli cura, vbi est domi male.
Qui sese adhuc habet nihil pol perdidit.

Nemo

Nemo sui quid perdit ; perdit extera.
Non perdit hilum, exutus omnibus Bias.

FABVLÆ.

Fabula omnis vita regum est, hinc tragica inde comica.
Vita Principum vniuersa, nil duplex quam fabula est.
Et venustis curam edacem segregabis fabulis.
Fabula orbis semper vna est, vnus at non histrio.
Fabulæ arrectus nouella respuit proœmium.
Fabularum in voluc ris tota in est sapientia.
Mentium oblectationi fabulosa seruiunt.
Nemo surdus, nemo mutus fiet inter fabulas.
Non venit iugum sub vnum Veritas & Fabula.
Plausus excitatur actum post supremum fabulæ.
Plurimum quandoq; veri fabulis absconditur.
Veritas paucis amatur : fabulam plures colunt.
Vsq; eadem orbis fabula, at non idem eidem est histrio.
Lubentia absq; omnis fabula hebet.

FACTIONIS.

Factiones atq; cœtus tolle rex vel tolleris.
Cum duo pugnant potentes, plus lucrantur pauperes.
Diuitum è certatione præmium omne pauperum est.
Diuitum è contentione pauperis vindemia est.
Diuitum è contentione, pauperum omne gaudium est.
Dum duo certant potentes, rem suam pauper facit.
E potentum factione pulcra messis pauperum est.
Factio est nullius vsus absq; vi clientium.

Factio sese potentem vi facit clientium.
Factioni omnis potentum gliscit indigentia.
Factioso est in procella portus, in turbis quies.
Litibus pauper potentum saperem firmat suam.
Nesciunt diu stare regna fata factionibus.
Non caret furum ac latrenum natione factio.
Noxia est omnis medentum factio ægrotantibus.
Nulla factio absq; larua est, & quidem plausibili.
Pascitur potentiorum quisq; factionibus.
Pauperi lucrosa quæuis factio potentium est.
Pestilentius quid orbi est factione partium?
Præda amicos quosq; findit factiones in duas.
Quotidie sæpeior ipso fit malorum factio.
Vrbium certam ruinam factiones indicant.
Latro frequens ibi est, vbi est & factio.
Tollitq; tandem regna tota factio.

FACVNDIÆ.

Clauus est ad imperandum regibus facundia.
Imperator omnia patrat cui comes facundia est.
Multa ferro ductor, at plus obtinet facundia.
Principes lingua facundi pace viuunt perpetua.
Bella stulte finit ense, qui potest facundia.
Et viris summis paratur nomen à facundia.
Impetrat quandoq; plus quam prælium facundia.
Si qua Siren, si qua Circe est, os habet facundia.
Summus in quibusq; rebus vsus est facundia.
Arguta tantum prauitas facundia est.
Facunda lingua mentis interpres cata est.
Facundus esse si cupis, tantum dole.

Mag-

Mage imperat vis quam impetrat facundia.
Quidquid imperare suevit impetrat facunditas.
Tantum doce, prastoq; erit facundia.

FALLACIÆ.

Facta fallacum placere non solent Deo impia.
Neminem Deus fefellit, falliturq; à nemine.
Qui penetrat corda falli nec potest, nec fallere
Clausul aula rex, superbe pascitur mendacijs.
Fallitur rex vsq; & vsq;, se negat qui publico.
Maxime se fallit ipsum rex, vbi fallit suos.
Publicas admitte voces, o regens; aut falleris.
Rex patens vni alteriq;, tempore omne fallitur.
Arduum minus sibi ipsi verba quam alteri dare.
Alterum quicunq; fallit, de repente falletur.
Arduum est inimicum, amicum fallere haud est arduum
Arduum haud est fallere vnum; fallere arduum duos.
Arduum non est amicum fallere, hostem est arduum.
Decipi fallique dulcique est in malis nouissimis.
Fallere aut falli est eorum veritas, quos non amat.
Fallit ipsum quisq; se, dum proximum vult fallere.
Fraude amicum fallere, est res omnium iniquissima.
Fraude amicum fallere est res prona sed turpissima.
Maxime se fallit ipsum qui alterum vult fallere.
Neminem fallit, sinitue falli ab vllo se probus.
Sape falli eum necesse est esse qui cupit probus.
Sapius fallentis haud est cum fide affirmatio.
Sapius quisquis fefellit, iam minorem habet fidem.
Se fallere ipsum, prodito insulsissima est.
Se fallit ipsum fallere ausus alterum.

Se potest quis fallere ipsum cum libet, non alterum.
Aut fallere aut falli Deus verus nequit.
Circumuenire Principem facillimum est.
Facillimum est imponere ipsimet sibi.
Falli praeoptes ipse quam fallat tuos.
Mage arduum vnum quam trecentes fallere.
Se fallere ipsum, maxime est felicium.
Se fallere ipsum, maxima est insulsitas.
Se fallere ipsum quis potest; nemo Deum.
Se fallere ipsum quisq; mauult quam alterum.
Se fallere ipsum res facillima omnium est.
Sibi dare ipsi verba nemini arduum est.
Vt se ipse fallat quisq; pronus maxime est.

FALSITATIS.

A' sq; radice altiore planta falsimonia est.
Falsa semper veritatem rebus à veris petunt.
Falsa plus satis refutat moribus vir innocens.
Falsitas vbi est, ibi esse sueuit & mendacium.
Induunt falsa ipsa fucum veritatis nomine.
Nil ita est falsum libenter plebs cui haud praestet fidem.
Non modo vero, & sibi ipsi facultas contraria est.
Posse fraude vti doloq; mentis est imbellis.
Sperne fabros falsitatis & doli architectones.
A veritate falsa fingens incipit.
Contraria & vero, & sibi ipsi, est falsitas.
Heu! plena cuncta falsitatum sunt fabris.
Saepe aeger animus falsa pro veris videt.

Se prodit omnis tempore ipso falsitas.
Vt vera lædunt quemq; falsa dum latent.

FAMÆ.

Qui secunda re bene audit, alter in terra est Deus.
Vox Dei vocanda fama est plurium consentiens.
Carior vita esse debet fama regi ac gloria.
Cum iubent tacere famam Principes, plus nunciat.
Est profana vita regi? fama erit profanior.
Fama Principem perennis quem vel inuitum manet.
Fama Principem perennis & bonum & malum excipit.
Fama Principum bonorum non timet mortis iugum.
Fama Principum perennis, seu boni sint, seu mali.
Fama regum sempiterna est, seu polita, seu scabra.
Nullus euitare famæ rex potest aspergines.
Principis si vita pura est, fama ei purissima est.
Principi fama est perennis, pluribus sed non bona.
Principi magis fouenda est fama quam securitas.
Regibus bonis malisq; fama nunquam intercidit.
Regibus fama est perennis tam probis quam non probis.
Seu bono maloue semper fama magna Principi est.
Seu scelesta, seu beata fama perpes Principum est.
Siue dextra siue læua, fama Regum non perit.
Siue læta siue tristis fama regum interminæ est.
Absq; cura industriaq; fama perpes nemini est.
Ante opes ponenda fama est: vt perijt, nunquam redit.
Assis vnius putatur absq; re fama ac decus.
Aucupator famæ inanis laude non ficta excidit.
Credi oportet esse quemq; talem fama qualis publica est.
Credita vulgata in omnes fama quod constans ait.

Cui semel corrupta fama est, integrari non potest.
Dens vt excidit iam adulto cuipiam, haud renascitur.
Fama clarorum virorum, magna, parua, publicat.
Fama falli, sed nequit falli ipsa conscientia.
Fama fumus est & vmbra, fama somni somnium.
Fama honesta comparatur moribus statim probus.
Fama honosq; grande diu pectus exercet face.
Fama lausq; grande calcar subdit altis mentibus.
Fama multis vasta cordi est, pluribus latissima.
Fama nil sinit latere quod viros tangit graues.
Fama quæ semel male audit vix deinde audit bene.
Fama vbi ægrotat priore vix saluti redditur.
Fama vbi contempta, virtus est ibi contemptui.
Fama vis vt plura dicat; vocem ei interdicito.
Fama vitam mortuorum de sepulcro suscitat.
Famam apud cunctos tueri longius, fama altera est.
Famam habe admodum dolosum veritatis obsidem.
Flamma fumo abundat, ingens fama at inuidentiæ.
Magnâ famâ obiecta magna semper inuidentia.
Mentibus laus atq; fama præbita est celsis decus.
Nemo plus famam veretur quam mera innocentia.
Nemini non fama grandis, lata sed magis placet.
Non perit fama illa vbiq; quam popellus publicat.
Nil sinit latere fama vlla nasci cui nihil subsit rei.
Nunquam erit fama secunda, qui secundam perdidit.
O beatos fama surgens quos vehit curru aureo?
Pauca fama, cuncta præstes vsq; conscientia.
Per nefas parare famam, splendida est infamia.
Post rogum fama implet orbis quælibet probus plagas.
Qui facit bene, & bene audit: sic bene, haud male.
Quidpiam subesse oportet publica fama notis.

Quilibet famam veretur, nemo conscientiam.
Quis putat iam vnius assis absq; re famam ac decus.
Quo minus loqui vetatur fama, plura nunciat.
Rarus est, fama beatus qui superuixit sua.
Sanior fama cacumen nemo defringet sua.
Sat mihi est famam tueri, nomen & dici bonum.
Semper aliquid fama rebus de suo addit tristibus.
Seu bonam seu se quid rem cuiq; mors famam exhibet.
Stant bella fama: qui recedit, is fugit.
Verum habe quod fama dicit publice consentiens.
Vnicum fama est laboris præmium poetici.
Vulnerata fama raro sanatiti redditur.
Æterna raram fama sortitur viam.
Cum iusta narrat fama, creditur statim.
Custodia famæ magnus est famæ labor.
Est fama talis, vita qualis Principi est.
Et fama bellum conficit licet graue.
Fama est perennis vndiquaq; Principum.
Fama magis fac consulas quam affectui.
Famam nec omnem, nec nimis quæsiueris.
Famam vereri vel viri fortissimi est.
Iudexq; fama Principum liberrima est.
Lacuna famæ vix resarciri potest.
Non bene calcar fama menti est approbè.
Nunquam exolescit fama nominis probi.
Nunquam male audit fama tenerarum aurium.
Proh, fama veri nescia, & falsi tenax.
Quandoq; fama quæritur dum spernitur.
Secunda fama calcar indolis bonæ est.
Secunda fama censibus magnis prior.
Secunda fama desidis Siren veri est.

Semper merentes fama fautrix excipit.
Seruire iussis fama regum non potest.

FAMIS.

Est vbi fames, ibi ira est numinis præsentior.
A malo rege exoriri ciuium solet fames.
Vincere absq; prælio hostem rex cupis? preme fame.
Ah miser qui sub flagello vapulat sicca famis.
Effera famem haud sequuntur, sed rabiem mentis fera.
Ensis est fames acutus, quidquid vrget perforat.
Et voluptas in polenta est inq; aqua famelico.
Per famem sitimq; hydropa si cupis tolli improbum.
Millies perire bello malim in vrbe quam fame.
Non potest vulgo imperari cui fames atra imperat.
Pellitur fames quæ q; esu fructuum passim obuio.
Principatus esuritor esse quis queat satur.
Promptius q; seruulo hydrops tollitur quam libero.
Sæpe totas delet vrbes grandior morbus famis.
Semper in metu est auarus ne opprimatur à fame.
Fame mori mors omnium ignauissima.
Fames sitisq; rex inexpugnabilis.
Haud maior vllus vrbium morbus fame.
Mori fame mors omnium ignauissima.
Mortis genus miserrimum omnium fames.
Non o canina vescitur nisi in fame.
Nil cibum adeoq; condit ipsa quam fames.
Non respicit fustem vllum asellus in fame.
Nunquam à mala fame periculum India est.
Quod nemo quibat saua per nasit famet.
Rerum omnium ruina post famem imminet.

Solatium omne grandior spernit fames:
Vbi fames est, iram ibi scias Dei.

FASTIDII.

Nil ita est in mundum, ab horis quin suis sit tadio.
Non habent fastidia nunquam blanda qua sunt en sibus.
Non potest vnquam rei esse non mala fast.d um.
Nulla stultitia est laboret quin sui fastidio.
Omnium est, praeterquam amici comparis, fastidium.
Res vbi est abunda, abesse non potest fastidium.
Sensibus qua blandiuntur tadeo esse nesciunt.
Si diu durat, secunda sortis & fastidium est.
Necessitati nusquam fastidium est.
Permissa habent statim adsitum fastidium.

FASTVS.

Si quis est rex fastuosus, dic repletum vento vtrem.
Pellis est repleta vento fastuosa dignitas.
Vter est aura tumescens fastuosus imperans.
Celsior compesce fastus, & lita modestia.
Dum tument, domare fastus insolentes addecet.
Fast. vsos grata; mentis fascinant deliria.
Non abest longe profano fastus à mendacio.
Nulla fastus eminentis longior possessio est.
Quisq; collum fastuose rebus erigit bonis.
Inflata fastu mens grauis flecti negat.
Tumere fastu, morbus est hydropici.
Vt tumida fastu est mens graui, non flectitur.

FATI.

A Deo regi omne fatum qui negat, Deum negat.
Cui fauet Deus veneni sanior binis erit.
Non queunt ei nocere fata qui cura est Deo.
Quod Deus de quoq; nostrum fatus est, fatum vocat.
Seruitus haud vlla maior quam Deo resistere.
Stat penes Deum ordo rerum, lexq; fatorum potens.
Ante cunctos dira fata colla Principum grauant.
Arbitrio vitæ necisq; fata rex dicit suo.
Cum volunt fata alma, fit Rex inquilinus carceris.
Fata dira item potentium incubant ceruicibus.
Principis plerunq; fato fata stant & publica.
Rex nascitur fato omnis ac denascitur.
Rex potens arbitrioq; fata disponit suo.
Stultus est quicunq; reges non videt fato dari.
Absq; fatis hunc in orbem nemo venit omnium.
Ab fatis, fata cuncta fiunt quæ aitis.
Ad suum venere fatum plurimi illud dum timent.
Arma submittas necesse est fatis si vis vincere.
Arduum sequi Deum ipsum Dæmonem arduissimum.
Consilio auxilióue nullo vertere est fati ordinem.
Constitutum est omni ab æuo quid fleas, quid gaudeas.
Criminum lues ab astris non venit, cor hanc parit.
Dextere parere fato si potes, fato imperas.
Dum fugis fata, antecedunt, obuiamq; eunt tibi.
Erigit deiecta fatum, iamq; erecta deiicit.
Fata dum cauemus, vltro perpetramus quod volunt.
Fata dum vitant, in ipsa plurimum cauti incidunt.
Fata eunt quo destinarant, seu fleas seu non fleas.

Fa-

Fata non queunt morari fraude vi, voto, prece.
Fata praecedunt fugacem, fata in illum vis irruunt.
Fata qui cauent in ipsa praecipiti incidunt gradu.
Fata si sunt, cur cauetur? fata si haud sunt cur times.
Ferre qui fatum recusat vnum, in vndecim cadit.
Fertur in fata ipsa praeceps, fata praeceps qui fugit.
Iupiter quidem ipse scripsit fata, at ijsdem & subiacet.
Mascule ferendum id omne fata ferre quod iubent.
Mens vbique se alta fato semper opponit suo.
Neminem fatum scelestum, neminem facit probum.
Nemo fit fato scelestus, nemo fit fato pius.
Nemo flectit fata fraude, nemo flectit robore.
Nemo flectit fata votis nemo flectit hostia.
Nil equus ferox lucratur, praeter ictus asperos.
Nil sinit durare fati lex ineluctabilis.
Non ferunt se fata vinci, promoues dum obniteris.
Non modo homini, Dijs sed ipsis fatum inevitabile est.
Non potes mutare fatum; sponte semet explicat.
A Deo comes loco omnis, sed sine vllo murmure.
Ad Deum haud it expedite multa compes quae grauat.
Neminem Deus relinquit qui sequi recta cepit.
A Deo quodcunque nos fert pestilens, imo impium est.
Si sapis, Deum sequaris, & quidem absque murmure.
Ad Deum redire nemo quit, nisi ipse vltro vocet.
Nos reos fati potestas sed maligna fraus facit.
Non sequuntur, antecedunt quemlibet fatalia.
Omnibus sequi necessum est fata diuûm quo trahunt.
Omnis est praestricta mentis lux vbi fatum ingruit.
Praecipites, heu, fata in ipsa dum cauemus currimus
Praeualent vt fata, animi omnis obtenebratur vigor.
Promouet futura fato, qui moratur, sedulo.
Quam mage impedire quaerit fata quis, magis expedit.

Quam

Quam magis fata atra vitas, hoc mage cito incidis.
Quamlibet fati potestas subruit prudentiam.
Qui fugit fatum omne in illud impetu cuncto ruit.
Qui fugit fumum, nefastos sape in ignes incidit fati.
Qui pati fatum recusat vnicum, fert multiplex.
Qui putat vitare fata, fata in ipsa vltro ruit.
Quidquid à Deo atq; fato est, nunquam homo frustrabitur.
Sape qui cauet fugitq; fata, ea in se prouocat.
Sape qui fatum tremiscunt, fatum in ipsum corruunt.
Si sequi vis, fata ducent; si negas, collo auferunt.
Sponte eo, quo fata ducunt, quo vocat necessitas.
Stat ratis perenne fixa legibus fatalitas.
Æquum est sequatur fata, fatis qui imperat.
Deo vocanti obtemperare iustissimum est.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
Fati caueri non potest necessitas.
Fati tenor par est marinis fluctibus.
Fata futura qui cauet, frustra cauet.
Fatum creat reges eosdemq; exscreat.
Fatum eleuat reges, eosdem deiicit.
Frustra times frustra fugis fatalia.
Incurris ipsa fata, fata si fugis.
Inhibere habenas nulla vis fati potest.
Mane quietus fata quemq; qua manent.
Nec fata fortis expauet nec prouocat.
Nec fata fortis prouocat nec pratimet.
Nec promouet vis fata, nec fraus submouet.
Nec prouocare fata fortis est viri.
Nemo fugit, nedum fuget, fatalia.
Perire nescit ille quem fouet Deus.
Permitte fato illa esse par quibus nequis.

Per-

Permitte fato res, homo est quibus minor.
Permitte fato res quibus mente es minor.
Praedicta fato non fugis licet caues.
Praest bonis praest malis Eimarmene
Prudentia impar rebus est fatalibus.
Quae destinata cuiq; fato sunt, manent.
Quae fata dant libens cape, temne quae negant.
Quam fata praebent sorte quis nolit frui?
Ratioq; fixa est legibus fatalibus.
Quo fato ducunt insequare, te trahent.
Rues in ipsa fata, fata qui fugis.
Ruunt in ipsa fata, fata qui cauent.
Tantum minantur fata, quantum homini fauent.
Venere multi ad fata, fata qui timent.
Volens sequare fata, neu malis trahi.

FAVORIS.

A Dei fauore totus orbis hic pendet fauor.
Cui Deus fauet fauentes quosq; habet mortalium.
Cui Deus fauet, fauetur illi vbiq; ab omnibus.
Cui Deus fauet fauores orbis omnes obtinet.
Cui Deus fauet triumphat omnium fauoribus.
Cui Deus fauet, vel ipso nascitur bonum è malo.
Cui Deus fauet, beatus est tamen, quamuis egens.
Cui fauet Deus fauore sustinetur omnium.
Cui fauet Deus, fauore gaudet vnius omnium.
Cui fauet fatum Deusq; vina prosunt toxica.
Cui fauet fatum Deusq; cuncta succedunt bene.
Cui fauet fatum Deusq; certa ei victoria est.
Cui fauet fatum Deusq; nil sinistri vnquam accidet.
Cui fauet fatum Deusq; noxium omne commodo est.

Cui fauet fatum Deusq; vimen est nauis loco.
Cui fauor stellantis aur a militat, frustra fremit.
Fit cito, fit luculenter, quod fauente fit Deo.
In Dei fauore, cœli positus ac terra fauor.
Nil ei potest nocere quem fauor fouet Dei.
Non eget fautore, fautor est cui suus Deus.
O beatum quem fauore dignum habet Deus suo.
Obtinet fauentiam orbis cui fauet Dei fauor.
Obtinet quæ vult fauore quem suo beat Deus.
Omnium fauor fauore nisus vnius Dei est.
Orbem habet totum fauentem qui fauentem habet Deum.
Præda nunquam totus hosti fit cui est fauor Dei.
Qui Dei à fauore pendet non cadit, cuncta vt cadant.
Quos Deus fouet, fatigat casuum infortunijs.
Tolle Numinis fauorem, totus orbis interit.
In Deum sperare nescit rege fisus qui suo est.
Nil potest deesse, cui rex publice aut priue fauet.
Non diu durare sueuit F uo summatium.
Principi virtute parta omnia expugnat fauor.
Quam cito, heu, Princeps fauorem vertit in fastidium.
Rebus effectum vniuersis Principum donat fauor.
Regum adæq; noxiosius est fauor quam hostilitas.
Vix habet Deum fauentem cui suus Princeps fauet.
Vix abest vnguem à ruina prodigus regum fauor.
Vix modestia vlla vnquam est sub fauore Principis.
Absq; diuino fauore nil potest vulgi fauor.
Ad fauorem mille ducunt, sed vaferrima via.
Artibus bonis popelli non potest quæri fauor.
Artibus malis popelli quæritur vulgo fauor.
Cæca quo fors, hominum eodem vergit illico fauor.
Cui fauet fortuna, longe non is est à re mala.
Cui fauet fortuna neminem aduersarium inuenit.

Est

Est ei fautorum abunde nuda virtus cui fauet.
Fautor improbi, innocentes à via auertit bona.
Innocentes mille vexat, improbo vni qui fauet:
Liberis quidem fauemus, sed tamen nobis magis.
Nemo Lunam quærit, acre cui fauet Solis iubar.
Nemo virtuti fauebit, quam sequi vltro non potest.
Nemo virtuti fauere scit, sequi quam qui potest.
Numinis fauore fretus cuncta temnas aspera.
Quam cito vulgi paratur, tam cito occidit fauor.
Qui fauere te, hos honore prosequare mutuo.
Quisq; eis studet fauetq;, vis quibus præsto atq; opes.
Quo minus faues tibi, ipsi prospicis tibi magis.
Tolle diuinum fauorem, totus orbis concidet.
Vis cui arsue desit, illi semper est præsto fauor.
Vix amicorum fauemus mente fide prosperis.
Vt domes equum fauoris, freno opus Modestia est.
Fautorum abunde est nuda cum virtus fauet.
Fortuna quo sese, hominum item inclinat fauor.
Fouere læta, mentis est paruæ decus.
Hastam moue, Dux, sed fauente numine.
Inane id omne est cui fauor deest Dei.
Mulctos repente perdidit vulgi fauor.
Nimius fauor fortunæ in ærumnam cadit.
Summus fauor regum ruina est proximus.
Suspectus est vbiq; fortunæ fauor.
Tandem fauet, tarde licet, suis Deus.
Tunc est timendus, cum fauet sonti Deus.

FELICITATIS.

Absq; diuino fauore, somnium est felicitas.
Cum Deo plantata durat perpetim felicitas.

Ne-

Nemini à Deo perennis obtigit felicitas.
Cuilibet felicitatis fundus est Dei timor.
Quo Deos habes fauentes, hoc eos time magis.
Somnio par est Dei absq; gratia felicitas.
Vnica est felicitatis caussa homini fauens Deus.
Vis regnare usq; usq; felix? diligas sapientiam.
A labore magna multo ducitur felicitas.
A iumenta usq; ad senectam quaeso quis felix fuit?
Absq; virtute esse felix non potes, verum malus.
Absq; virtute esse felix omnium nemo potest.
Absq; virtute obtineri fama felicis nequit.
Admodum est felix modum intra quæ manet felicitas.
Alteri inquieta, sed sibi est magis, felicitas.
An cui vita est beata, cui comes felicitas.
Ante mortem se vocare nemo felicem potest.
Bile non carent, abuti melle multo qui solent.
Cum modo felicitatem nemo longam perferat.
Dictus est quidem ipse felix Sulla, at an idem fuit?
Dum nimis souet catellum simia ipsum strangulat.
Dum nimis tenelle amat simium necat parens.
E manu antequam tenetur, labitur felicitas.
Eccuis felicitatis fructus est constantior?
Ecquis est felicitatem qui suam ipse intelligit?
Est apex felicitatis, fama resq; prospera.
Est bonum commune ciuis non mali felicitas.
Est comes rationis atq; consilij felicitas.
Est malis & fata multis vita felicissima.
Est quidem Sulla ipse felix dictus, haud tamen fuit.
Est supra malum omne, felix esse qui potest domo.
Est supra omnem affectionem verior felicitas.
Et mouet cerebrum & ipsam se exagitat felicitas.
Euirant felicitatis vina vel cor masculum.

Facta

Facta multis caussa mortis pessima felicitas.
Falsum amicum, verum inimicum nemo nouit cui bene est.
Fama cui bona & bona est res, primus est felicium.
Fas vbi est piumq́; semper vera ibi est felicitas.
Felle abundant crebr ore sacchari vsi roribus.
Forma cui bona atq́; virtus suppetit, felix satis.
In bona re qui bene audit, cinnus est felicium.
In malo ingenio tollerari non potest feli itas.
In malo nullo esse, vere maxima est felicitas.
Inquietum turbidumq́; respuit felicitas.
Incluta f licitatis sunt laboris incluti.
Lenta quæ est magis diurnat, quam celer feli itas.
Longa dextre sustineri non potest felicitas.
Magna virtutum choream consequi est felicitas.
Masculum felicitatis euiratur cor mero.
Max ma felicitati max mum adsitum est malum.
Maxima felicitatis maximum infortunium est.
Maxima in felicitate mentium nox maxima est.
Mente sana vix fruentur quos tenet felicitas.
Nemini malo applica es solet feli itas.
Nemo non felicitate dapsili corrumpitur.
Nemo non felicitate redditur corruptior.
Nemo non felicitates quærit; at quis inuenit.
Nemo non vult esse felix, nemo adesse vult misero.
Nimoaum felita s ponis in se corruit.
Non diu comes sc lestis permanet felicitas.
Non manet diu, absq́; caussa quæ venit felicitas
Non potest interpolari verior felicitas.
Non potest is esse felix esse qui potest miser.
Non potest non esse felix qui sibi ipsius est herus.
Non teri à felicitate, maxima est felicitas.

Nulla

Nulla firma, vix diuturna vspiam est felicitas.
Nulla res nisi vna virtus quempiam felicitat.
Pyxide è Pandoræ in orbem quodlibet venit malum.
Plurimus feliciorum limen obsidet cliens.
Promptius felicitatem rexeris freno indito.
Promptius quam repperitur quæritur felicitas.
Quæ nimis matri fouetur simia, intra annum perit.
Quæ repens venit, repensq; rursum abit felicitas.
Quæ nimis fouet catellum simia illum funerat.
Qui bene audit atq; viuit, alpha, pol, felicium est.
Qui domi felicitatem premit, est rex omnium.
Qui potest felicitatem ferre, nihil non dein feret.
Qui sapit felicitatis vim timet reciprocam.
Qui sibi est miser, vocari nemini felix potest.
Qui sibi felix videtur, cur miser sit alteri?
Qui sua in se ponit vno cuncta, felix est satis.
Qui suæ felicitatis ora frenat, hanc reget.
Qui suæ felicitatis vela contrahit, viget.
Quid tremens felicitati terga mens vertis tua.
Quis capit felicitatis magnitudinem suæ?
Quisquis est probrosus, esse non potest felicior.
Quodlibet pro naue vimen est nimis felicibus.
Res necesse est spernat omnes esse qui felix cupit.
Res secunda, parq; rumor, vita felicissima est.
Sat fuit felix, qui obiuit antequam optaret mori.
Si velit, felicitatem quilibet promat domo.
Simia amplexu catello quem fouet nimis, necat.
Simius nunquam perennat quem nimis fouet mater.
Sis probus piusq; oportet, esse felix si cupis.
Spes vbi non est metusq;, vera ibi est felicitas.
Vir Sophos felicitatis vela contrahit sua.
Viuere vt natura mandat, plena ea est felicitas.

Alta-

Altare iuxta, cornu inauratur boui.
Cucurbitæ semestris est felicitas.
Dialis est felicitas tyrannidis.
Cincta est amicis pluribus felicitas.
Diuturna non est improbi felicitas.
Et summa summus hostis est felicitas.
Felicitas humana munus est Dei.
Felicitas illæsa ferre nil potest.
Felicitas nulla est pium ipium vbi exulat.
Felicitas nutricula iracundiæ est.
Felicitas omnis parens vecordiæ est.
Felicitas rara est supra inuidentiam.
Felicitas vbi est, ibi & concordia.
Felicitas vbi est, ibi immodestia est.
Felicitate in orbe nil fugacius.
Felicitatem ferre quis diu potest.
Felicitatem nemo magnam concoquit.
Felicitati proximum est semper malum.
Felicitati qui modum ponit, vir est.
Felicitatis adsecla inuidentia est.
Felicitatis est parens prudentia.
Felicitatis vela contrahit Sophus.
Felicitatis vnicum mens organum est.
Felix sat est, in prosperis quisquis sapit.
Felix vocatur, prædo maior legibus.
Incommodo quouis ruit felicitas.
Intra modum felix mane, vt sis & diu.
Mentis facit vere impotes felicitas.
Mortalis est mortalium felicitas.
Mundi fauor caliq; nunquam eunt simul.
Nihil sapientem nil iuuat felicitas.

Nil

Nil non ibi boni est vbi est felicitas.
Nulli malo sese applicat felicitas.
Pandora habet capsam sed absq; operculo.
Pyxis suo Pandora operculo caret.
Quem pœnitet nunquam sui est felix satis.
Semper sibi quærit pares felicitas.
Sincera adhuc dum nemini felicitas.
Summi Dei ingens munus est felicitas.
Suspecta nautæ sit maris pellacia.
Velocius moritur quam oritur felicitas.
Vento ferente vela rector contrahe.
Versatilis res admodum est felicitas.
Virtute parta haud interit felicitas.
Virtute perpes quæritur felicitas.
Virtutis ingens præmium est felicitas.
Vltro sequamur, quo fauor cœli vocat.

FEROCIÆ.

Est Deus ferox feroci: supplici est supplex Deus.
Ciuibus ferox rapaxq;, rex, ferox, rapax, Deo es.
Plurimum in duce est feroci; plus potest sed cautior.
Opprimat princeps ferocem: supplices idem leuet.
Regium est ferro ferocem vincere aduersarium.
Gnata matris saturitatis tertia est ferocia.
It comes toto orbe rebus prosperis ferocia.
Pace longa molliuntur pectorum ferocia.
Vix solet versutia esse ibi est vbi ferocia.
Vnica tantum receßit litera à fero ferox.
Et saturitatis est parens ferocia.

Fer-

Ferrum omne quemque vltro virum ad se attrahit.
Nil à fero differt ferox quam litera.
Non est profecto gente de forti ferox.
Praestat feroce dux vbique cautior.
Versutus esse vix solet nimis ferox.

FERIARVM.

Vitam agunt festam perennes est quibus tutor Deus.
Cuncta festa, cuncta laeta sunt viris semper sophis.
Daps merumque luce festa commouet plebeculam.
Est miser cui feriari non libet quando licet.
Ferias agit perennes quolibet loco sophus.
Nulla lux festa est adaeque quam cui est festi nihil.
Pauperum festa tapetes luce tantum ornant domus.
Plurimum in festis tumultus ebria est plebecula.
Quid stipula ignis, id populo est inquieto feria.
Tota festorum suppellex gratiosa musica est.
Vult malum cui feriari non libet quando licet.
Festis diebus plurima est festiuitas.
Festum celebrat qui omne quod debet facit.
Vitam per omnem festus est dies piis.

FESTINATIONIS.

Bellica in re, inuicta res est lenta festinatio.
Caussa multis est ruina propera festinatio.
Est canis foecunda, caecos sed catellos parturit.
Est cito hauriendum ab vnda, cuius est fluxus breuis.
Esto fulmen Terminusque lenta festinatio.

Haurias cito aucta ab imbris flumine, haud cadet diu.
In graui re commoda haud est vlla festinatio.
Nimini damno maloque lenta festinatio est.
Noxia est sibi alterique nimia festinatio.
Nulla non desideranti lenta festinatio est.
Qui nimis festinat, idem serius rem perficit.
Qui nimis festinat in re non leui, errauit.
Siue bello siue pace, cæca festinatio est.
Culpanda non est lenta festinatio.
Festina quæ sunt desit ijs perfectio.
Festinaris raræ exitum excipit bonum.
Improuida est & cæca festinatio.
Laudanda non vbique festinatio est.
Multis malorum caussa festinatio est.
Naufragiis infamis est velocitas.
Obnoxia est periculis velocitas.
Parit catellos dum properat cæcos canis.
Semper nocet festina festinatio.
Tam noxia est mora atque festinatio.
Velocitas obnoxia est formidini.

FIDEI.

Ante Numen stat fide insons, horret impius metu.
Cui fides deuotioque, solus vtilis Deo est.
In Deo, supra rationem cuncta; nil, supra fidem.
Qui Deo fidem abnegauit, abnegabit cæteris.
Sempiterno exultat æuo morte celsior fides.
Ciuium regisque constans est coagulum fides.
Dignior fide esto vita sermo quam regnantium.
In fide reges tuenda sint tenaces & pij.

Princi-

Principum salus recumbit in fide parentium.
Res cui est fidesque regum liueat cur maximo?
Seruata seruat, regna quælibet fides.
Verba pauca rex profator, plena sed vero & fide.
Veritas fidesque, regis sceptra firmat perpetim.
Cui fides est resque iusta, quid requirat amplius?
Cui fides perit, perire quidnam ei vltra dein potest?
Cui fores fides, domique res; vocate Principem
Cuncta habent domus superba præter vnicam fidem.
Cuncta pro fide experiri non profecto est omnium.
Dat Deo tandem ipse pœnas qui datam rumpit fidem.
Fabulis tantum in vetustis iam fides restat bona.
Fas fidemque non coactus percolit semper probus.
Ignis aurum, sors sinistra cui fides sit indicat.
In coacta seruitute nulla speranda est fides.
Iupiter quidem ipse princeps, prima sed Deum est fides.
Nemini in extremis amico præstat in rebus fidem.
Nil potest immune labis esse homini si abest fides.
Non modo seruanda amicis est fides sed hostibus.
Non potest diu esse felix qui male infregit fidem.
Nulla iam nisi in vetustis fabulis fides bona est.
Occidit genus piorum; nec fides terram colit.
Omnibus sis fidus ipse nemini ast habe fidem.
Pro fide vltima experiri, non nisi est probissimi.
Plurimum almæ sanctitatis est situm in quauis fide.
Prospera vt fortuna abiuit, cara amicorum est fides.
Publicam priuamque vitam sola continet fides.
Regibus parem aio cui res est domi, foris fides.
Quis fidem seruet secundam, qui irritam primam facit?
Qui fidem vnam perdit, an quid perdere vltra iam potest
Rara virtus est tenere rebus in cunctis fidem.
Rebus in malis amici noscitur demum fides.

Si fidem aufers an quid orbis quam latronum erit spectu.
Si fidem aufers, ecquod orbis tutum erit collegium.
Sit ratum quod prae populis hostibus sanxit fides.
Verba quisquis facto non stat caram habet certe fidem.
Veritas fidesque dispar non trahunt unquam iugum.
Vinculum uniuersitatis huius unica est fides.
Aculeonum gente non gaudet fides.
Ante acta fidei vita pignus maximum est.
Cognati nullo fas fidemque urget pius.
Deo placere si fides deest, nequis.
E mutuo metu fides fit mutua.
Ecquando non est fluxa militum fides?
Est utili cuicunque honestior fides.
Fidem datam seruare praecipit pudor.
Fides amicorum una omnium est coagulum.
Fides fauori cedit, ambitui pudor.
Fides ibi est, vbi est item securitas.
Fides item praestanda perfidissimis.
Fons atque origo virtutum omnium est fides.
Frustra imperes fidem, pium frustra imperes.
Germana iuris atque aequi est soror fides.
Iuxta Deos colenda cuilibet fides.
Mandata seruat sanctior fides Dei.
Miserrimus fidem ecquis unquam praestitit.
Mortalibus sanctissima omnium est fides.
Nulli fidem das cui tenere non velis.
Nullus fides amica desciscentibus.
Nullum orbe toto sanctius bonum est fide.
Obrussa vera laudis in Deum est fides.
Peplo recincta est candido fides caput.
Placet Deo omne verum quod facit fides.
Profecto simplex est fides assensio.

Pulcerrima est res lingua cui praesto est fides.
Quod viuitur passi n bene, o fides tuum est.
Seruanda maxime in rebus malis fides.
Seruitute bilis impotens nescit fidem.
Simplex fide est omnium doctissima est.
Suadet fidem Pan eis bonus, og i malus.
Sunt chara opes, sed charior tamen fides.
Turpissima est res lingua cui desit fides.
Vbi fides sibi est perennis veritas.
Vbi lucrum est, ibi esse vix audet fides.
Viris amica vera fortibus fides.
Vix cuipiam est nisi ipsi expedit fides.

FIDELITATIS.

Esse vis Deo fidelis, sis fidelis proximo
Principi summo fidelis infidelis nemini est.
Qui Deo nam sit fidelis, qui Deo non est p ut?
Qui Deo non est fidelis, ne fidelis patriae est.
Qui Deo suo est fidelis, infidelis nemini est.
Numquam erit homini fidelis qui infidelis est Deo.
Numquam erit Deo fidelis infidelis proximo.
Ciuium fidelitate regibus nil tutius
Ciuis est regi fidelis qui quoque diis praestat fidem.
Cur fides seruetur illi, qui fidelis nemini est?
Est fidelitatis obses debilissimus timor.
Fide, maque, si fideles siquis amicos vis tibi.
Ne dexteris nimis fide, nec aliis n s.
Nemo ei potest fidelis esse quem horret ac timet.
Nil minus fidem orbe toto quam sibi inuicem homini homo.

Obuium nusquam est fidele pectus & fuco carens.
Proximo quisquis fidelis, & fidelis est Deo.
Qui fidelis est proximo is infidelis est sibi.
Qui sibi non est fidelis infidelis alteri est.
Vis tibi fidelem amicum? ceu fideli credito.
Fidelis esse non solet grandis metus.
Fidis amicis nil puta valentius.
Seruos fideles liberalitas facit.
Vis fidelem? vis amantem? sis fidelis, sis amans.

FIDVCIÆ.

A Deo qui pendet vnquam à Deo non decidet.
Fidit in suis sibi ipsi quilibet plus quam alteri.
Par fabri par periclo est cuilibet, fisus Deo
Qui Deo confidit etsi fert mala haud ijs succubat.
Qui Deo fidet, nec orbi credit, aut orbis bono.
Qui Deo fidit, strophorum tutus est omni à dolo.
Qui Deo vni fidit, orbis ridet omnem insaniam.
Qui Deo confidit, omni tutus à malo exitu est.
Extra malum omne ponitur fisus Deo.
Fisus Deo sperat perenniter bene.
Fisus Deo, timet minus, sperat magis.
Quicunque fretus est Deo, nihil pauet.

FILIORVM.

Esse te, quod es, memento: filius certe es Dei.
Ad parentes filiorum fama lausque respicit.
Dia virtus filiorum summa lux parentium est.

Est grauis decus parentum filio aduersaria.
Est sui parentis index filius bonus, malus.
Filij inconsulta, ferre leniter solet parens.
Filij matrum duarum mutuo vix sese amant.
Filiorum honora virtus est parentum gloria.
Improbus sperare queinam filios queas probos.
Mortuus curnam vocetur qui superstat in suis?
Nemo non perire malit quemlibet quam filium.
Nemo non suos perire malit, esse quam malos.
Non decet caussam malorum ipsum esse filius patrem.
Plus amant gnatos parentes quam parentes filij.
Quilibet vitam perennem vult sibi esse per suos.
Quolibet patri dolorem tempore infert filia.
Quod manu in forti sagitta est, hoc parenti est filius.
Vnicum persaepe ad vlnam filium sistit parens.
Aduersa patrum filios saepe obruunt.
In filius qui viuit, haud est mortuus.
Mali parentis filius quoque est malus.

FINIS.

A Deo cuiusque finis est bonus rei aut malus.
Finis est exordiumque rebus omnibus Deus.
Incipe à Deo, inque eundem desines feliciter.
Ad bonum finem actio omnis respicit prudentium.
Et rei cuiusque finem scire difficillimum est.
Haud potest mala esse finis non malo primordio.
Laude dignus cursor haud est vltimam ante lineam.
Multa certe fine torpeant, quae calent exordio.
Quo cuncta tendunt cetera, id finem voco.
Quod pie fit atque iuste, finem habet semper bonum.

Ab v'timo actu iudicamus omnia.
Captis bonis fere est item finus bonus.
Ex rdij bon finis quoque est bonus.
Exordij mali quoque est finis malus.
Finis onus bono quoque est exordio.

FISCI.

Ciuium fletus cruorue, Principis fiscum reples.
Ciu um è cruore constat gaza regibus va ans.
Ceteri artus tabefiunt augmen vt lien capit.
Crescente fisco ciui- m marcet salus.
Quam - agis lien tume ti hoc magis corpus marcet.
Q ilibe: macrescit artus splen sibi ipsi pertumet.
Splene grandiore macra membra fiunt omnia.
Cum corp re vna Splen quoque auctus interit.
Fisco caduca mortui accedunt bona.
Fi o inferuntur quæ caduca sunt bona.
Hæres bonorum fiscus est vacantium.

FLORENDI.

Fl ret omne longum in æuum quod oculus videt Dei.
Fl rida arb r est in æuum quam Dei im ber irrigat.
Absque flore Literarum sicca R gum gloria est.
Omne in æuum floret arbor aura quam rigat Dei.
A manu persæpe tangi nemo florum se cupit.
Absque od re fl s fere omnis omnium est p lcerr mus.
Ah quid i telluris orbe fl ret aut durat diu?
Cum putant floret s se, prorsus arent improbi.

Ecquis

Et quis est flos qui perennet longius decus suum?
Est ubi fides, probã acta cuncta flor.nt perpetim.
Ficta cuncta, vt flos in herba, dere: ente succidunt.
Flora tam nulli iuuenta est quin die hac queat mori.
Flore quæ primo iuuenta vincat indolem senum;
Floris instar est amicus: gratus est quam diu recens.
Floris instar sunt fauores; labiis illico occidunt.
Flos die hoc virens, sequenti vix erit sui cinis.
Flos homo est; è mille flauum rarus ad fructum venit.
Flos iuuentæ pulcer est, sed more somnij est breuis.
Flos perire debet, inde surgat vt fructus suus.
Cr : a illico senescit florida vsque iniuria est.
Illico aret gratia; dum floret omne iniuria.
Libera est gens florum, & odit prodigæ tactum manus.
Mane flos homo, ante noctem sæpe factus est cinis.
Nemo non florere amicos maxime cupit suos.
Nil in hoc telluris orbe floret aut durat diu.
Nemo sanus florem adepta dignitatis obterit.
Non potest ea vrbs perire floridaest in qua fides.
Non potest florere longum, cui nihil radicula est.
Non sat est florere plantam, si suo fructu caret.
Occidit fere iuuenta flore quidquid pratum et.
Prato præfert flore fœta dictio poetica.
Quamdiu stetit Lycurgi norma, Sparta floruit.
Quidquid hoc in orbe flos est mane, vesperi est cinis.
Quolibet rosas bis anno fert Samos Ionia.
Res vbi florent, amicis cuncta sunt florentia.
Solius virtutis almus flos perenniter viret.
Vt rosa, est beatitudo; prodit vt se, iam interit.
Florente rege, amici & eius floridi.
Florere quoniã non potest laurus loco,

l rum genus cr bra negat tangi manu.
Flos ante fractum vbique semper decidit.
Flos omnium pulcerrimus florum rosa est.
In flore vires multum absumit suas.
Quaecunque fl r nt sunt pusilli temporis.
Quand omne fit quod dicitur, floret fides.
Tangentium odit quisque flos licentiam.

FOECVNDITATIS.

Et diu dilata surgit laetius foecunditas.
Non videt maturitatem si nimia est fecunditas.
Palmite in nouello, honori est vberans fecunditas.
Planta se fecunditate laeta prodit annuo.
Plurimo a fructu vigorem perdit arbor qualibet.
Promptius se e cit arbor quaeque fecundissima.
Quo magis foecunda sus est, hoc senescit promptius.
Exprobrat annos feminis fecunditas.

FOEDERIS.

Et morte foedus Principis dissoluitur.
Foederis iugum resoluit rex vbi ipsi iam expedit.
Foederis vinclo tenentur, quam diu expedit, Duces.
Hactenus seruat potestas foedus, ipsis si vtile est.
Foederatis aqua, semper florida est potentia.
Foedus a quo abire neutra pars cupit, diu manet.
Haud diu pacta vlla durant inter hostes efferos.
Mutuo sibi bonum omne foederatum est vinculo.
Non potest firmum esse foedus firma si desit fides.

Rarus

Rarius est sodalitatem qui appetat iacentium.
Vinculum naturæ, ad instar fœderum omnium vice est.
Non diutius potentes fœderantur, quam libet.
Fœdus pudendum non perennat longius.
Quid senseris præsta in fide, haud quid dixeris.
Ab æquitate fœderum est perennitas.
Haud fœdus vllum est inter agnos ac lupum.

FORNERATORIS.

Fœnerator exsecrandam vertit in quæstum famem.
Fœnerator, vt mare omne quidquid immittis, vorat
Fœnus est instar Labyrinthi, quos capit semper tenet.
Si dupli fur, puniendus fœnerator quadrupli est.
Canem offa placat: fœneratorem nihil.
Harpyia fœnus est vel improbissima.
Parum otiosa est gens danistica ad preces.
Semper seges semente ab ipsa vincitur.
Fœnerator è cruore viuit indigentium.

FONTIS.

A Deo scaturit omnis lucis ac vitæ fluor.
Dulcior fonte hausta lympha, quam petita è riuulis.
Flumen omni curret æuo, fons nisi eius tollitur.
Fluminis siccatur humor si scatebra tollitur.
Fontibus habita vetustis, & lacunas desere.
Fontium amniumque origo debita Oceano mari.
Fontium haustus, riuulum omnem puritate præterit.

Hermius ac Pactolus undis fluctuant mere aureis.
Mille riuis nomina aufert flumen, suum quei ferat.
Quisque iam fontes relinquit, & lacunos quaeritat.
Saepe ab alueo, haud à fonte, leniter riuus fluit.
Sexies decem vnus Ister nauigatur amnibus.
Tolle eam riuis fluorem? fontem ei suum feras.
Vnda torrens tundit aures: Nilus omne aquo fluit.
A fonte flumen non statim riuos agit.
Aestate flumen omne debili alueo est.
Arere riuum qui cupit, fontem amputat.
De fonte malim haurire quam de riuulis.

FORMAE.

Plurimum regem venustat laeta forma dignitas.
Regia apta dignitati dignitas est corporis.
Corpus vt nullum absque naeuo est, nec anima exors nota est.
Forma pulcra sat sibi ipsi est, fuco egent merces malae.
Forma quae nil debet arti forma vel pulcerrima.
Forma quid? candore mixta liberali purpura.
Forma temporis venustus est color volatici.
Formam amatoris puellae plus colunt quam munera.
Mentis index est honesta forma paullo honestior.
Nemo formam abire sentit, ast abisse quilibet.
Nemo lenonem o adulter feminis forma stata.
O decus praedulce forma cui comes mens est bona.
Robori cuicunque quamuis imperat formositas.
Sanguis & pituita tantum forma formosissima est.
Summa item est subiecta summa forma turpitudini.
Torrida est aestate forma, vere quae tumet suo.

Tyndaris flet speculum ipsam cum repræsentat se em.
Forma est coloris blanda non mali cutis.
Fucata forma quemlibet sensum clepit.
Grauitate morum forma quæuis vincitur.
Lenocinatur turpiter formæ color.
Multis spiates præclara forma opprobriis.
Plerumque forma mentis indolem arguit.

FORMIDINIS.

Ecquis est quisq imperantum vacuus à formidine?
Hostibus formidulosus rex sit, ac carus suis.
Et necessitudo fortem ipsum efficit formidinem.
Quisque rex formidolosus, quisque rex vmbras pauit.
Nulla formido in senecta, multa passa improspera
Quod bonum est pulchrumque, nullis obiicit formidinem.
Quod timet formido credit sit licet perarduum.
Formido mortis mille peior mortibus.
Formido mortis morte sæuius malum est.
Formidolosa plurimum est malignitas.
Formidolosus quisquis est haud est probus.
Rex quisque vanam pronus ad formidinem est.

FORTITVDINIS.

Absque Diuis esse fortis nemo nec felix potest.
Dexteræ vis, visque mentis tota, cælitus venit.
Nulli fortitudo homullis absque cæli numine.

Fortioribus adesse Numen adsolet Dei.
Candida cutis vir esse strenuus certe nequit.
Fortibus viris amica est veritas æque ac fides.
Fortior fere putatur aggredi aui us alterum.
Fortis ad bellum volare suevit, infrequens agi.
Fortis esse non videtur sæpe quem mutat color.
Fortis est fortuna, semperque una eademque fortibus.
Fortis est nihil timere quam quibus turpe additum est.
Fortis est quem nil timere sæua paupertas docet.
Fortis est qui opponit omni pectus inuictum metu.
Fortis est stantis in armis sternere aduersarios.
Fortis haud est cui voluptas imperat vel ambitus.
Fortis haud obseruat annos senex vel iunior.
Fortiter facit quoque ille esse qui miser potest.
Fortiter malo resistit, vincere illud qui cupit.
Fortitudo à morte vinci non solet cum subiacet.
Fortitudo se sinistris exerit periculis.
Fortitudo vbi est, furoris inde feruor exulat.
Fortitudo vbi est, ibi est & robur in periculis.
Fortius nil iis parati ferre qui sunt omnia.
In pueros pauidasque matres esse fortẽ haud arduum est.
Inuenire fortiorem quilibet fortis potest.
Mauelit perire fortis quam viro indignum pati.
Mergitur mari quidem, at non ipse vter submergitur?
Ne quidem ipsa morte vinci fortior virtus potest.
Ne quidem forti sinistra manum dat fortitudo.
Nec domes ferro nec igni verũ adamanta haud frãgitur.
Nil potest sane vlla virtus absque fortitudine.
Nititur virtute sola fortitudo: odit dolos.
Non potest fortis vocari qui sibi lethum imperat.
Non timet fortis laborem; poscit, imo prouocat.
Nullus est tam fortis esse quin queat quis fortior.

Qui

Qui voluptates amabit fortis esse non potest.
Semper est aduersa menti fortitudo corporis.
Sæpe aberrat fortitudo, nec quæ amat cuncta obtinet.
Turpe vinci est à puella Marte prostratis viris.
Vix sapit qui soli tributa est fama fortitudinis.
Clauis voluptas figit & fortissimos.
Est fortitudo, robur in periculis.
Est maior ipsa fortitudo fortis malis.
Firmum caduca nulla res frangit virum.
Fama decus vel vna merces fortium est.
Fortem ne censes cui furor mentem abstrahit.
Fortis viri merces perennis gloria est.
Hoc firmior fis, quo magis passus males.
In feruente fortitudo non cadit.
In fortiorem sæpe fortis incidit.
Ipsumque quis non Herculis somnum horruit?
Metus malorum plurimos fortes facit.
Nemo imperat forti viro ipse quam sibi.
Non pertimescit incus ictus maxima.
Qui fortis est fere caret prudentia.
Qui non erant, fortes facit necessitas.
Robusta virtus nascitur non fingitur.
Robusta virtus nescit ignauos metus.
Si fortis es, te fortiorem cogita.

FORTVNÆ.

Est Dei Fortuna conda, proma Fortuna est Dei.
Nil potest fortuna diua serua prouidentia.
Obsequitur fortuna captis queis adest auctor Deus.

Dux

Dux bonus b llum ratione, forte dux geri: malus.
Principum fo tuna honera nocte non potest pr mi
Qui que cum fortuna egum vult loqui, haud cum regibus
Quisque fort nam Potentum, nemo virtutem colit.
Talis est fortura quales rincipes sunt moribus.
Vitrea est fortuna reg m; cum cadit tunc frangitur.
Absque fo tuna orbis omnis nil nisi informe est chaos.
Absque fortuna relictum est indolis nihil bona.
Ardua cervice magnam ferre fortunam, arduum est.
Copia ornu atque clauum qualibet Fors obtinet.
Crapula est fortuna lata quam quis ægre concoquat.
Cui m la est Fortuna, amicus nullus est ei Deus.
Cuilibet f rtunæ adapta temet, & lataberis.
Cum cupit Fortuna, f acta naue te ra fit mare.
Cuncta fors fo tuna mutat in diem, mo i punctulum.
Est memor fortuna in arctis quisque, nemo in re bona.
Est sua bona maleue quilibet fortu faber.
Ferre fortunam ferentem longius rarus potest
Fictile vulgus, ad fortun m simul offendit frangitur.
Fors procax est ac superba nulliusque consilij.
Fortib fortuna paret, imperat fugacibus.
Fortibus fortuna seruit, imperat non strenuis.
Haud locus fortunæ ibi vllus, nil vbi agnoscit sui.
Imp rat fortuna cunctis rebus; ex epto ophe.
In bono malone nullus hercle fortuna modus.
Insidet Fortuna sphera? imo insident qui eam colunt.
Mulseis humana corda fors bonis inebriat.
Maxime fortuna captat cum benigna maxime est.
Maxime timenda fors est, quam tenes clauso sinu.
Neminem fortuna tollit quem dein non deprimat.
Nemini fortuna l ngum se exhibet prosperrimam.

Neminem

Neminem fortuna mente vel beat vel debeat.
Nemini fortuna mentem sufficit nec eripit.
Nemo tristem nemo lætam rite fortunam fouet.
Nil mage asperum est egeno, fors in altum quem tulit.
Non amat fortuna vastum, non amat crudum iecur.
Non diu fortuna eodem lata permanet loco.
Nulla fortuna est mala, imo mutat in bonum mala.
Nullius fortuna eodem stat rei semper loco.
Obuiam ire fortuna audet, nedum ei vt cedat, sophus.
Plurimum Fortuna duplex regij ingenij obtinet.
Plus nocet fortuna ridens cui libet quam lacrymans.
Plus magis fortuna ridens est timenda quam minax.
Quamdiu viuit beate nemo fortunam improbat.
Quem diu fortuna fouit derepente deserit.
Quisque fortuna in sinistra fortior quam prospera est.
Quod dedit fortuna, tanquam mox relinquendum tene.
Quod iubet fortuna summa turpe non est aut nefas.
Quos habet fortuna in are, versat & vexat, suo.
Telle fortunam indolisque tollitur flamma bona.
Tota manca fortitudo est ipsa quam fors deserit.
Tristior fortuna lata sublenanda industria.
Vindicat fortuna partes re sibi in quauis suas.
Vipera est fortuna læta: si sinu foues, necat.
Vna aquam manu alteraignem ferre fortuna assolet.
Vtere fortuna modeste sæpe ea vt. qui cupis.
A parte tristi quisque fortunam aspicit.
Data est viris fortuna fausta fortibus.
Ecquis fauentem rite fortunam tulit.
Ex optima fortuna fit vel pessima.
Fors atque Virtus vsquam raro congruit.
Fortuna fortis est, & vna fortibus.

Fortuna læta concoqui à cunctis nequit.
Fortuna lime : quando transiit sophi.
Fortuna Luna est: quotidie mutat statum.
Fortuna magna magna cuique est seruitus.
Fortuna magna non diu vno stat loco.
Fortuna magnis magna cladibus patet.
Fortuna mores nemini aut dat, aut rapit.
Fortuna mores rege mutat cum suo.
Fortuna multis dat nimis; nulli satis.
Fortuna multum non potest apud sophum.
Fortuna multis est loco prudentiæ.
Fortuna nulli permanens credit bonum.
Fortuna nulli semper ex voto fluit.
Fortuna paucis durat ad vitæ exitum.
Fortuna quam mox concidit fælicium.
Fortuna quando læta non mutat fidem?
Fortuna quæ dat cuipiam mox reppetit.
Fortuna quidquid ornat, hortus Tantali est.
Fortuna rara interuenit viro sopho.
Fortuna tantum cæca cæcis imperat.
Fortuna tot mores habet, quot nomina.
Fortuna tristis subleuanda industria.
Fortuna se cuiusque adaptat moribus.
Fortuna vbi est bona, esse mens nequit bona.
Fortunam habere cum modo, ter regium est.
Fortunam habeto cum modo ac modestia.
Incertum id omne est, fortuito quod venit.
Prauos fouet fortuna, non curat bonos.
Priuata sit fortuna quam nemo regat.
Quo grandior fortuna eo inconstantior.
Quod ars nequit fortuna præstat obuia.
Quod non dedit fortuna, tollere haud solet.

Quos

Quos extulit Fortuna eosdem deprimit.
Semper sequi fortuna virtutem solet.
Totum facit Fortuna rebus omnibus.
Vbi est Deus Tyche esse vana non potest.
Vltro fluunt cuiusque fortuna omnia.

FORTVNÆ FABER QVISQVE.

Fune quiuis suffocatur quem sibi ipsus emerat.
Nemo non fatum sibi, imo nemo non fati est Deus.
Perdimur quisque igne nobis quod prius parauimus.
Quilibet bonum malumque procreat suum sibi.
Quisque fortunæ est sibi ipsi, quisque rex merus sui est.
Quisque fortunæ profecto nascitur faber suæ.
Quisque habet felicitatem si penes suo in sinu.
Quisque suffocatur vnda quam sibi parauerat.
Sortis est bonæ malæue quilibet sibi faber.
Sortis est suæ architector quilibet mortalium.
Turdus est homo sibi ipsi quo perit cacat malum.
Fictor sibi ipse quilibet sortis suæ est.
Plerisque fatum lingua dat, bonum aut malum.

FRATRVM.

Arduo natura fratres sanguinis nexu tenet.
Diligunt multi ore fratres, veritate pauculi.
Flamma paterna ira in auum flor et igne perpeti.
Ira fratrum ad vsque mortem flagrat igne lucido.
Ira fratum continenti turgida est incendio.
Nemo non amat sorores nemo non fratres amat.

Vnctior

Fortuna læta concoqui à cunctis nequit.
Fortuna lime quando transiit sophi.
Fortuna Luna est: quotidie mutat statum.
Fortuna magna magna cuique est seruitus.
Fortuna magna non diu vno stat loco.
Fortuna magnis magna cladibus patet.
Fortuna mores nemini aut dat, aut rapit.
Fortuna mores rege mutat cum suo.
Fortuna multis dat nimis; nulli satis.
Fortuna multum non potest apud sophum.
Fortuna multis est loco prudentiæ.
Fortuna nulli permanens credit bonum.
Fortuna nulli semper ex voto fluit.
Fortuna paucis durat ad vitæ exitum.
Fortuna quam mox concidit felicium.
Fortuna quando læta non mutat fidem?
Fortuna quæ dat cuipiam mox reppetit.
Fortuna quidquid ornat, hortus Tantali est.
Fortuna rara interuenit viro sopho.
Fortuna tantum cæca cæcis imperat.
Fortuna tot mores habet, quot nomina.
Fortuna tristis subleuanda industria.
Fortuna se cuiusque adaptat moribus.
Fortuna vbi est bona, esse mens nequit bona.
Fortunam habere cum modo, ter regium est.
Fortunam habeto cum modo ac modestia.
Incertum id omne est, fortuito quod venit.
Prauis fouet fortuna, non curat bonos.
Priuata sit fortuna quam nemo regat.
Quo grandior fortuna eo inconstantior.
Quod vis nequit fortuna præstat obuia.
Quod non dedit fortuna, tollere haud solet.

Quos

Quos extulit Fortuna eosdem deprimit.
Semper sequi fortuna virtutem solet.
Totum facit Fortuna rebus omnibus.
Vbi est Deus Tyche esse vana non potest.
Vltro fluunt citroque fortuna omnia.

FORTVNÆ FABER QVISQVE.

Fune quiuis suffocatur quem sibi ipsus emerat.
Nemo non fatum sibi, imo nemo non fati est Deus.
Perdimur quisque igne nobis quod prius parauimus.
Quilibet bonum malumque procreat suum sibi.
Quisque fortuna est sibi ipsi, quisque rex merus sui est.
Quique fortunæ profecto nascitur faber suæ.
Quisque habet felicitatem se penes suo in sinu.
Quisque suffocatur vnda quam sibi parauerat.
Sortis est bonæ malæue quilibet sibi faber.
Sortis est suæ architector quilibet mortalium.
Turdus est homo sibi ipsi quo perit cogit malum.
Fictor sibi ipse quilibet sortis suæ est.
Plerisque fatum lingua dat, bonum aut malum.

FRATRVM.

Arduo natura fratres sanguinis nexu tenet.
Diligunt multi ore fratres; veritate pauculi.
Flamma paterna ira in auum floret igne perpeti.
Ira fratrum ad vsque mortem flagrat igne lucido.
Ira fratum continenti turgida est incendio.
Nemo non amat sorores nemo non fratres amat.

Vnctior

Vnctior nulla orbe toto fratribus possessio est.
Vt semel fratrum ira fulsit, non habet finem aut modum.
Contentio fratrum fere est acerrima.
Contentio fratrum omnis exitu caret.
Fratrem inuidere fratri inhumanum nimis.
Qui diligit fratrem se amat vel maxime.
Vbique fratrum rarior concordia est.

FRAVDIS.

Est Deus vindex nefandæ fraudis, obseruans pios.
Nulla fraus regi est honesta, nulla fraus regi vtilis.
Fraude grassatur tyrannus, & per occultum nefas.
Vis aperte, fraus a[illegible] terrarum g[illegible]runt.
Alterum quidem sed ipsam se magis fraus atterit.
Artifex fraudis doli que [illegible] corruit fraude ac dolo.
Corruit plerunque fraude fraudis omnis artifex.
Cui nequit par esse virtus, fraus dolusque subruit.
Damna le[illegible] maxime [illegible] fraus pusilli temporis.
Fraude amicorum perire, mortium extremissima est.
Fraude grassari, haud aperte fuerit ignauissimus.
Fraude plus doloque in hostem proficis quam robore.
Fraude subuertuntur impar est quibus potentia.
Fraude vulpis est agendum si lea vis nil potest.
Fraudium [illegible] caueto non potest sat integer.
Fraudulentus alteri, idem fraudulentus & sibi est.
Fraus cui fuit saluti, fraudis haud potest queri.
Fraus in [illegible] se ipsam sponte tandem detegit.
Fraus leonem appellat vrbe [illegible] at vulpeculam.

Fran.

Fraus parit fraudem, eque fraude fraudis in fraudem ruit.
Haud datum omnibus cauere fraudium elingues strophas.
Multum aperta vis, sed illa fraus aperta plus potest.
Nemini fraus noxia aque est, quam sit at domesticis.
Nemo fraudem exspectat, ante qui dolosus non fuit.
Nemo ita est astutus, alter quin sit illo astutior.
Non potest diu ferre laruam fraudium gens inscia.
Non vafer tantum est Vlysses: inuenit sui parem.
Plurimum leana pollet, plus tamen vulpecula.
Plurimum quit vis aperta, fraus aperta plus potest.
Prona res forti professum vincere aduersarium.
Qui mera nequit vi aperta fraude molitur malum.
Qui nequit vi fraude blanda sternit aduersarios.
Quo nequit vis fraus dolusque tendere inquies potest.
Quod vi nequibis, fraude tentes assequi.
Raro vi persape fraude tollitur potentia.
Sape constant fraude, quos tu maxima fide putas.
Sape vafra sub leonis pelle vulpes delitet.
Vafra vulpes sub leana sape pelle delitet.
Vim dolis, vulpem leoni vafra mens vsque assuit.
Vir vafer caliginosa nube mentem atram obtegit.
Vis aperta multum, at illa fraus operta plus potest.
Vis aperta plurimum, at plus fraus operta perficit.
Æque sibi fraus noxia est atque alteri.
Aut seruus aut seruilis est cui fraus placet.
Caueto vulpes obuolutas fraudibus.
Circumuenitur fraude qui vinci nequit.
Duos Lysandros ferre Gracia haud quiat.
*Fraudabitur quicunque fraudat alterum. [illegible]

Fraus atque fumus temporis puncto perit.
Fraudem caueto fors vbi ridet bona.
Fraus cauta tandem laruam ponit suam.
Inuictus est quicunque fraude tollitur.
Minus nocet fraus alteri ipsa quam sibi.
Non sunt amores absque fraudibus suis.
Raro diu persona fraudibus seruit.
Se fraudat ipsum, fraudulentus alteri.
Semper mali fraus ac dolus sunt exitus.
Tandem triumphat fraude de omni Veritas.
Versuta fraus regem haud decet nisi improbum.
Viro pudenda fraudium scientia est.
Vis capere vulpem? ad id vulpe altera vtitor.

FRONTIS.

Semper in primore mentem fronte gestitat Deus.
Vis Dei videre mentem corque? frontem respice.
Vniuersis fronte premit primula mentem Deus.
Esto mens in fronte regis: praestet id quod annuit.
Siue iuret, siue fronte rex nuat, par arbitror.
Ecquis est qui fronte promptos pectoris gestet sinus?
Falsus est quandoque vultus: nulla fronti sit fides.
Frons Voluptatis repleta est gaudio tergum notis.
Fronte amicum fronte inimicum vir probus promptum gerit.
Fronte mel merum es Voluptas fel merum tergo geris.
Gestitant in fronte promptos pectoris sinus probi.
In recessu sunt beati frons quibus talis minus.
Inimicitiam amicitiam in fronte habet promptam solus.

Multa

Multa pyxis pollicetur fronte quæ intus non habet.
Non facit statim Catonem frontis austera rigor.
Non loquendo sed tacendo frons item monet probi.
Non modo frontem, quoque ipsam possidet linguam pudor
Persæpe frons mentitur ? at mens apius.
Prompte habent in fronte amorem prompte habent odiũ probi.
Pyxidi ne crede; raro præstat omne quod notat.
Pyxidis frons pollicetur plura, quam intus continet.
Tecta cui mens frons que operta est, nil volutat.
Effrons, pudore dicitur quisquis caret.
Frons explicata sæpe fraudes occulit.
In fronte promptam non gerunt mentem improbi.
In fronte promptos gestito cordis sinus.
Primore fronte gestat animum veritas.
Quisquis caret pudore, frontem non habet.
Quod frons negat Bonaso, id alius sufficit.
Ratum sit omne fronte rex quod annuis.

FRVCTVS.

Arbore ex mala creari non solet fructus bonus.
De suo arbor quæque fructu vel male audit vel bene.
Fructibus fit fœta planta quam colit pinguis manus.
Messem aristarum trucidat qui necem infert semini.
Non potest malum esse germen quod gerit fructus bonos.
Nux vbi est, ibique oliua comperanda copia est.
Pestilens est fructus omnis pestilentis arboris.
Pro bono maloue fructu, vel bona arbor vel mala est.
Qualis semen missum in aruo, talis est item seges.
Seminans iniquitates, impietates dein metit.

Vt

Vt fructus est, ita arbor aut bona aut mala est.
Arbor suis cognoscitur de fructibus.
Censetur arbor qualibet fructu suo.
Fructu è suo arbor qualibet cognoscitur.
Pradulce fructu est omne quod dono datur.
Quæ seminauit quisque paullo post metet.
Quatienda non est olea quæ legi potest.
Qui seminauit multa, multa dein metit.
Semente dignam quisque messem percipit.
Tempus requirit arbor vt fructum ferat.
Vt quisque sementem facit sic & metit.

FRVGALITATIS.

Seruientis esto laus, non Principum frugalitas.
Alma virtutum genitrix omnium es frugalitas.
Census vnus vnicuique pauperum, est frugalitas.
Corporis confert saluti mensa frugalissima.
Dulcius frugalitatis ecquid assuetudine est?
Est bene ijs die sequenti cœna fr[illegible] quos cibat.
Est satis cuiusque vita panis atque vnda liquor.
Fons habentia redundans moribus frugi nocet.
Fundus vnus, vnaque ædes sedecim Ælius fuit.
Lauta conditura cuiuis prandio est frugalitas.
Non potest ibi esse luxus est vbi frugalitas.
Nulla conditura adaque suauis ac frugalitas.
Quis queat frugalis esse mancipatus luxui?
Qui colit frugalitatem proximus cœli Deo est.
Qui sapit, voti vsque fines lege naturæ regit.
Sobriam mensam profusis augeas sermonibus.

Terra

Terra vbi vber est, ibi esse vix solet frugalitas.
Vtiles bello atque pace sufficit frugalitas.
Vita frugi, vt non egena, sic egena proxima est.
Vita sit, vt non egena, sic egena proxima.
Vix potest frugalis esse multa opum cui copia est.
Pauperi in frugalitate redditus quiuis latet.
Contenta paucis vita philosophantium est.
Est lata cultu paullulo frugalitas.
Est luxui hostis cuilibet frugalitas.
Et sanitatis est soror frugalitas.
Frugalitas hedusma vel suauissimum est.
Frugalitas luxusque vbique dissident.
Frugalitas vbi est, ibi est & sanitas.
Frugalitas nil ventre mendicantium.
Manu cibum parat sibi frugalitas.
Multas opes in se ipsa habet frugalitas.
Pane indigemus, non typho qui nil alit.
Sat diues ille est pane qui non indiget.
Sibi est opum vice ipsamet frugalitas.
Vel lata cultu est paullulo frugalitas.
Virtutum primaria est frugalitas.

FVCI.

Absque fucis absque fuco nulla regum regia constat.
Fucus est vel ipse princeps, assecla vel principum.
Absque fuco & arte paucis promitur veri color.
Absque fuco repperire quisnam amicos postulet?
Adiuuat statum cothurno cui statura pumila est.
Arduum inuenire fuci nescium cor & doli.

Corporis filo pusillus, vestium farctu studet.
Cuncta mundi sunt superba, sed meris tectoriis.
Cuncta sunt repleta fuco plena fucis omnia.
Eccubi inuenire fuci nescium cor dolit
Falsa cerussam requirunt, falsa, lenocinium.
Ficta cuncta, vt flos in herba derepente succidunt.
Fixit vt fucus rebellem spiculum, statim stupet.
Fronte fucus, ore fucus, corde fucus delitet.
Fucus est hic, fucus illic; fucus vnus omnia est.
Fucus ijs tantum est amori qui videre non queunt.
Fucus oris atque mentis omnia orbis oblinunt.
Illinire veritati velle fucum vix probi est.
Laudo apes, odique fucos, deditum ventri pecus.
Nescium fuci ac dolo agre cor hic orbis prabeat.
Plurium vult vxor esse forma cui sua haud placet.
Publico placere quarit non viro fucis lita.
Qua coloribus venusta est, inuenusta femina est.
Qua cutem vnguit vult placere non marito, est cuilibet.
Qua formam sibi auget arte, non Dei est sed Damonis.
Quisque minus est, vbique sub fide fucus latet.
Rarus absque fuco, rarus absque falsimonia est.
Respuunt fucum decora: lena egent merces mala.
Vir probus vacare fuco & falsimonia solet.
Amare fucum nemo qui videt potest.
Circumlitum fuco diu haud durabile est.
Fucata vita nostra mendaci est bona.
In fucum apis non vertitur, quamuis anus.
Pigmenta pulchram de venustant feminam.
Fucus placet solummodo illi qui latet.
Vbique fucus regnat, exulat fides.

FVGÆ.

Qui Deum fugit, quibusuis obuiam illum habet locis.
Qui fugit Deum, ante euntem quolibet sentit loco.
Quo magis Deum fugit quis, hoc magis deprenditur.
Abijce arma tutus esse si in fuga miles cupis.
Forte vicinos, sed ipsum nemo se vnquam effugerit.
Fortior malit moriri quam dare ipsum se in pedes.
In fuga hosti munienda est omnibus modis via.
In pede aut in ore Mauors si cui est, fortem nega.
Munienda est vndiquaque qua fugiant hostes via.
Negligit Mauors fugaces, instat imperterritis.
Non potest satis fugari quod satis nunquam fugit.
Non vocat mortem mori alma Sparta, mors ei est fuga.
Plurimi fregere inimicos prælio, nullus fuga.
Post fugam sæpe integrauit pristinas vires furor.
Qui fugit malum bonumque quæritat, sane sapit.
Qui malum fugit, secunda illi vsque nauigatio est.
Quod nequis fugere, id coactus discito tandem pati.
Fatum magis fuges sequendo quam fuga.
Frustra Dei ictum destinatum in te fugis.
Fugit quidem se multus, at non effugit.
Multa ex inani nascitur metu fuga.
Nemo fugat, nemo fugit fatalia.
Nulla est amoris, nulla mortis est fuga.
Parthum fuge, ipsa terga det licet fuga.

FVNDAMENTI.

Absque fundamento in altum surgere ædes non potest.
Absque fundamento in ortu corruit substructio.

Alta fundamenta, & ædes altiores excitant.
Cui subest fundamen altum, surgit ædes altior.
Fluctuat semper saburra quæ caret sua ratis
In ruinam prona sunt, quæ non habent basin suam.
Publicæ fundamen est rei religionis sanctitas.
Quisque fundamenta vitæ quotidie ponit noua.
Quod caret radice floret possum in vnda, ast non diu.
Surgit ædes è profundo cælestior fundamine.
Turrium patent minæ altæ, sed latent fundamina.

FVNERIS.

Cum Deus vult funere vno funerantur omnia.
Ecquis est regum superstes à supremo funere.
Morte regis approbati, luctus est domesticus.
Morte regis improbati tota ridet ciuitas.
Omne funus est acerbum, cui comes parens suus.
In domo, Vespillo quam intrat, inuenire mortuum est.
Non subit tectum vespillo quam cadauer quod habet.
Cui fauet Mars ac Minerua vitam init nouam à rogo.
Funus omne triste, verum filij nil tristius.
Gens dia vatum funere absumi negat.
Pollinctor ædes non subit quam funebres.
Vespillo vbi est in æde, ibi est & mortuus.

FVRORIS.

A furore plebis haud est tuta maiestas sua.
Criminis cessat voluntas cor vt obsidet furor.
Cum furentibus furendum est non furentis si sapit.

Cum

Cum furentibus furendum est, si nequis, iam bis furis.
Credit esse obsur amens, quod mera est insania.
Est furor vulgi instar ignis, sed parum durabilis.
Fit furor terrore praeceps, & malis fessus dolor.
Nemini sua est voluntas quem furor circumsidet.
Per furorem facta quae sunt, crimini non subiacent.
Perdidit se viuus ipsum quem grauis tenet furor.
Persapit qui se furori commodat furentium.
Qui furit magna esse robur mentium morbum putat.
Qui furit nunquam indigere pharmacis se existimat.
Bis ter furit fidem qui habet furentibus.
Felicius nil est furore amantium.
Fortem ne censes cui furor mentem abstulit?
Furor popelli stare non potest diu.
Furoris est non furere cum furentibus.
Nulla est voluntas ipse vbi peccat furor.
Nunquam furor diuus scelestos entheat.
Plus quam furit qui cum furente non furit.
Quod per furorem quis facit, minime facit.
Qui cum furente non furit, vere furit.
Qui se furori aptat furentium sapit.
Sat ipse amara poena censetur furor.
Telum illud omne est quidquid arripit furor.
Vere furit qui cum furente non furit.

FVRTI.

Dux minus non continentis, fure peior est latro.
A messe curuum non tua falcem abstine
Absque contrectatione furta committit nemo.

Absque contrectatione nullius furtum rei est.
Allicit nigra vua furem; virgo pulcra amasium.
Alterius librum, esse iactat qui suu~, fur est triplex.
Ambulant fures in auro publici inque purpura.
Amphoras furati, earum non sinunt loco ansulas.
Crimen est seruile furtum: cur patrat is liberi?
Cui necesse est esse furi, leuior pœna immi et.
Difficulter nigra ab vua se tenet lixa manus.
Exc tat Lauerniones diligens custodia.
Fibulam qui concupiscit non suam furti est reus.
Ius duplex est, quisquis optat quod sit esse non suum.
Furta multa sunt, librorum at omnium infamissimum est.
Furta qui celat fur aque est atque furta qui patrat.
Omnium furum, librorum fur ma ignus maxime est.
Maximus furum est, libri auctor esse qui vult non sui.
Multa qui furatur, & de ijs pauca dat, elabitur.
Non potest sat nigra furis vua seruari à manu.
Omne furtum puniendum, maxime domesticum.
Parta furto quisque habere clam solet, nemo palam.
Publici fures in auro, priui agunt in Carcere.
Qui librum haud suum facit suum, omnium est furum caput.
Qui librum haud suum, suum esse iactitat, vere trifur.
Qui sibi librum arrogare non suum audet, fit latro.
Ra ius primore furto deprehenditur fugax.
Si facis furtum solerter, atque caute, haud fit palam.
Ter quater furatus ante est quisque, quam deprehenditur.
Turpis est fur falce messem qui reclinat non suam.
Vix pullarum rapinas abstines vua à nigra.
Fur esse quiuis cogitur famelicus.

Fura-

Furarē multa, pauca dona & effuge.
Furtum caueri quî queat domesticum?
Furtum facit qui perpetrat quod non licet.
Furtum facit, quisquis facit quod non licet.
Furtum voca, malum omne clancularium.
Quandoque furti mater est mendicitas.
Quis furta eadem cuncta pœna puniat?
Sentiri furtum non queunt cadauera.
Vel mente sola furta fiunt vltima.

FVTVRI.

Nec futurum præteritumue est fulminanti lumini.
Nil apud Deum futurum est: cuncta sunt præsentia.
Vt Deus præsentia sic & cernit imminentia,
Cogita omne quod futurum est, & reges tuos bene.
Regi opera est minus futuri, danda quam præsentibus.
Ante oculos prudens futurum quoduis proponit suos.
Cogitatio futuri mollit impetus mali.
Cogitemus, vt futurum, id omne fieri quod potest?
De futuris certiora nemo spondeat sibi.
Is sapit cui nulla cura est de futuro crastino.
Mente pollet ac futura prospicit pauor senum.
Ne metu fructus futuri perde præsentaneos.
Nescia est sortis futuræ tota mens mortalium.
Non putabam vnquam futurum terfatus est oratio.
Quæ futura sunt cauere vi doloue non potes.
Qui futura quærit, omne quod fugit iam prouocat.
Qui timet futura nunquam lætus est, semper dolet.
Quilibet futura quærit, nactus illa negligit.
Quis sibi quid de futuro certius promiserit?

Quis sibi vnquam de futuro quid spopondit certius?
Quod potest fieri, futurum crede; nil repentè erit.
Semper ad peiora vergit de futuris anxius.
Vir probus quidquid futurum præstolatur, excipit.
Deus futuræ est vtique sortis arbiter.
Futura quisquis æstimat, bellè sapit.
Futura vates calitesque vni sciunt.
Heu quam futuræ sortis ignari sumus.
Nefas futurus scire quid vesper vehat.
Nihil futurum est præteritumque apud Deum.
Quidquid potest venire venturum puta.
Quod accidisse cunque quit, factum est prius.
Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem.
Se cruciare ob crastinum mollissimi est.

GARRVLITATIS.

Alluit fragore ripam, herba at nihil confert, mare.
Garrulo esse nemo amicus, ne quidem frater, velit.
Garrulo vis atque virtus omnis in lingua sita est.
Garrulus semper sub ictu degit, & plaga patet.
Multa garrit lingulaca; multa, sed plane mala.
Nemini voluptuosa est quam sibi loquentia.
Oris effrenis fidele præmium, in damnō ac probro est.
Plurima gaudent loquela Bacchus ac Venus dei.
Vndam eam neges profundam, vortico, è qua strepit.
Grauissimum est onus tacere garrulo.
Quo plura noris pauciora dicito.
Vectigal oris prodigi infortunium est.
Ætatis est morbus grauis loquacitas.

Garrulo taxata pœna est lingua summa Tantali.
Garriant vt multa, scire cuncta quærunt garruli.
Multum loqui res insolens prudentia est.
Multum malorum garrulo lingua parit.
Non est idem multum loqui, & quod expedit.

GAVDII.

Gaudia absque Christo non sunt gaudia, at luctus merus.
Gaudium luctusque nulli est quam volente Numine.
Gaudium perenne soli competit semper Deo.
Gaudium plenum est frui sci Trinitatis gratia.
Ciuibus functo tyranno publicum fit gaudium.
Rex bonus commune toti ciuitati gaudium est.
Absque pace iustitiaque dulce nulli gaudium est.
Cæteri lætantur omnes, vnicus gaudet sophus.
Est loquaxque gestiensque plus sat omne gaudium.
Gaudia aut tormenta mentis quisque perdit corpore.
Gaudia immodesta ferme desinunt in prælia.
Gaudij ac tranquillitatis est cliens perpes pius.
Gaudij communione iungimur fere simul.
Gaudij impetus profundi, vocis vsura caret.
Gaudij instrumenta, crater grandis & paruus scyphus.
Gaudio affluit perenni vita pura criminis.
Gaudio exultare tristes inter, est piaculum.
Gaudio nequit vacare cor repletum tristibus.
Gaudio perenni abundat qui studet virtutibus.
Gaudium ac dolor bilancem temperat mortalium.
Gaudium est misello habere comparem malis suis.
Gaudium nulli perenne est, nec perennior dolor.

Gaudium nullum est auara ob parta; ob non parta est dolor.
Gaudium omne per volucre est; gaudium omne fit dolor.
Gaudium perenne virtus sufficit mortalibus.
Gaudium quod te mereri non scias vix differes.
Gaudium quisque nunquam deserit vere pios
Gaudium summũ doloris summi item ante est ambulo.
Gaudium summum ante sentit quam assecutus sit probus.
Illico metus dolorque gaudij latus fodit.
Illico omnis fluxa nobis gaudij seges perit.
Nec dolor cuiquam perennis, nec perenne gaudium est.
Improba spei esse longum quando sueuit gaudium.
Mens piorum ouat perennis in malo spe gaudij.
Nemo non communicare grande quarit gaudio.
Nemo non longo dolore gaudium pensat breue.
Nil boni est in orbe quo non gaudeant viri boni.
Omne gaudium sophi in se est: quidquid extra est, non iuuat.
Plurimum in te pone; & intra te omne gaudium tenes.
Semper alternatim homullis gaudium instat aut metus.
Vnde summa sunt mala an non maximis à gaudiis.
Beata gaudia imminent vita bona
Cui gaudium durabile, perendinum est?
Est gaudium omne de malo stultum suo.
Etiam futuri gaudij spes recreat.
Extrema gaudij vbique luctus excipit.
In vita honesta, vsque vsq; verum gaudium est.
Mentem immodestam vana lactant gaudia.
Nulli improbo maroris expers gaudium est.
Numquam suo absq; gaudio vita est bona.
Obnoxia gaudere, noxia altera est.
Perenne praestat sola virtus gaudium.

Omne

Omne cum virtute vitæ gaudiis fatet genus.
Qui gaudet, is raro in potestate est sua
Semper probus gaudet, malus semper timet.

GAZÆ.

Gaza Christianitatis in Dei posita est sinu.
Gaza vera posita cælo est, in Deo aut apud Deum.
Qui caret gaza, ille totas in Deo spes collocat.
Absq; gaza se explicare nulla sat virtus potest.
Luculenta gaza mentis impedimentum bona est.
Maxime gaza fruuntur qui minime gaza indigent.
Non diurnat parta prauis gaza velox artibus.
Non perennat comparata gaza pessimis modis.

GEMMÆ.

Aurum vbi est & gemma multus funditur circumcliens
Est supra gemmas & aurum fida consultatio.
Gemma & aurum conuenire feminis pote, haud viris.
Gemma & aurum ibi est minoris, summo vbi virtus loco est.
Gemma quid? lapis labellus luminis pellucidi.
Gemma quod flauo est in auro, doctus est inter bonos
Gemmam & aurum cuncta tellus porrigit fixis humi.
Gemmam vbi coronat aurum non decus dat sed capit.
In necessitate amicus, gemma præstantissima est.
Margarita nil, libido quam ostrei vilissimi est.
Nec malas bonasue formas gemma comit, sed statas.
Sæpe gemma pro Galeno potitatur toxicum.

GENII.

Sunt Deus bonus malusue cuilibet, mores sui.
Sors genij ingenijque non est acrior regnantibus.
Absque te Geni, laborque, cuncta mundi sint Stygis.
Absque te Geni, perennis nulla libro gloria est.
Cui Genius Sudorque desit interit dum nascitur.
Cuncta sudor è tenebris, cuncta genius eruit.
Non potest parire, Cura quod perit, Genius creat.
Non potest placere multis, dote quod Genij caret.
Qui genij caret fauore, viuere haud potest liber.
Quod parit Genius limatq; Cura viuit perpetim.
Viuat vt liber, necesse est adsit vt Genij vigor.

GENERIS.

Natus omnis rege seruus, rexque contra è seruis.
Nemo non monarcha serui natus est propagine.
Nemo non seruus monarcha natus est de semine.
Nullus est seruus suum ortum quin dynastis debeat.
Nullus est monarcha qui non debeat seruis genus.
Laude morum quemque virtus censet, haud propagine.
Nil in orbe est quin propaget, si potest, genus suum.
Optimi suum auspicantur, pessimi necant genus.
A morte tutum neminem præstat genus.
Aliena laudat qui genus laudat suum.
Genus auspicari præstat id quam extinguere.

GLO-

GLORIÆ.

Cogitata dicta facta gloriæ cedant Dei.
Gloria Dei relicta, quisque quaritat suam.
In Deo vno, vno in Deo omnis nostra gloriatio est.
Mentis, oris dexteraque gloria omnis, à Deo.
Nemini promptum absque Diuis indipisci gloriam est.
Gloriam efferat ad perennem Principes benignitas.
A labore segregari non sinit se gloria.
Absque fama glorioso vita summa infamia est.
Absque liuore ac periclo nusquam lux gloriæ est.
Absque vanitate triumphum gloria choragium est.
Area est minuta vita sed perennis gloriæ est.
Bulla tota, tota bulla gloria est adorea.
Circus est vita pusillus? nulla meta gloriæ est.
Cura virtutum haud adaque cuique cura vt gloria.
Cursu inoffenso per æquor gloriæ ire vix sophi est.
Cursus est vita arctus, at non cursus arctus gloriæ est.
Eierare prurientem nemini fas gloriam.
E labore ac mente nata est laureata gloria.
Eierato ô prurientem gloriæ dulcedinem.
Est laborandum volenti demereri gloriam.
Et periclo & labore tota constat gloria.
Est stadium breue omne vita, sempiternum gloriæ est.
Fac riges sudore, si vis vt diurnet gloria.
Fluxa labilisque vbique forma opumque gloria est.
Fontis instar est perennis, vena vera gloria.
Fumus est sine igne, gloria absque re lauta minuit.
Gloria aura est, aura fama est futilis plebecula.

Gloria

Gloria est virtutis vmbra: gloriose agit probus.
Gloria est vox; vox quæ fama mobilis plebecula est.
Gloria infinita res est; absq; termino ac modo.
Gloria orbis vniuersa fumus, imo somnium est.
Gloriæ affectus virescit vsq; nunquam fit senex.
Gloria auceps obtinere vix spei plumas solet.
Gloria auceps semet vnum respicit non publicum.
Gloria auceps vix rei vmbram quam petit tandem tenet
Gloria contemptor animus, maior omni gloria est.
Gloriæ cupido hominibus exuitur nouissima.
Gloriæ cupido mentes vltimus summas fugit.
Gloriæ cupido, vestis vltima est quam homo exuit.
Gloriæ cupido vestis vltima est mortalium.
Gloriæ cupido vix nos deserit iam mortuos.
Gloria famaq; seruus, mille seruus est heris.
Gloria ieiunium optat ipsius suum malum.
Gloria inquieta virtus culmen excelsum tenet.
Gloria minus tenemur quam pecuniæ siti.
Gloria nunquam stabit qui fugam circumspicit.
Gloria paucis per æquor ire naue est integra.
Gloriæ pompam anteponit quisque virtutis bono.
Gloriæ præferre curam quisq; vi tuti solet.
Gloriæ remora infidelis est cupido gloriæ.
Gloriæ sitis famesq; lucri odore tollitur.
Gloriæ vmbræ, parua magnis perpusillis maxima est.
Gloria mouemur omnes, pauci amore ipso boni.
Gloriam frustra aucupemur futili atq; friuole.
Gloriam hoc mage assecutus quo minus petijt Cato.
Gloriam multi aucupantur peste publica rei.
Gloriam obtinere si vis nobilem ipsam spernito.
Gloriam partam tueri, gloria est quasi altera.
Gloriam summo aucupantur, summe eum qui despuunt.

Gloriam vis obtinere gloriam quamuis fuge.
Gloriam vis? vis labores vis pericla, vis necem.
Gloriosis vsq; cura est vsq; 'ud : r ad latus.
Gloriosius ne quicquam est artium scientia.
Heu, quot aquor gloria, aris rupibusq; cingitur.
Heuquot vnus sape regna gloriosus perdidit.
Interit superbi in ortu vana gloriatio.
Magna cum labore magna gloria crescit seges.
Mentibus magnis adhaeret è surigo gloria.
Mentis admodum pusilla est appetitus gloria.
Multus est virtutis vmbra gloriosus, re carens.
Neminem non vexat ingens appetitus gloria.
Nemini eierare fas est gloria dulcedinem.
Nemo non fallace captus vanitate gloria est.
Nemo non pecuniam an e spreuerit quam gloriam.
Nemo virtutem anteponit gloria choragio.
Nil magis est amarum inanis seruitus e gloria.
Non cadit mentem in pusillam sacra gloria sitis.
Nulla gloria est incertis: gloria est industrij.
Nulla vis fraus nulla tollit glorias illustrium.
Omnis est subiecta magna gloria inuidentia.
Parta literis in omne durat auum gloria.
Plausus atq; scena mentes ad decora suscitat.
Qua voluntati addit alas, pertinax est gloria.
Quam rigat sudor perennis vsquequaq; gloria est.
Quot malis doloribusq; constat orbis gloria.
Saculi admodum pusilli gloria est hereditas
Saculi est laus cum area ingens gloria cunctis patet.
Saxa multa occulta & aras, gloria aquor continet.
Stamine omnis à pusillo pendet orbis gloria.
Temnitur pecunia agre, gloria omnis agrius.
Turpe auorum vrgere factis gloriam indecentibus.

Vbi-

Vitam agit lepuscul, *auceps arrogantis gloria.*
Vnica virtute summam consequare glor am.
Vnius pili omnis orbis æstimanda gloria est.
Auram fuga omnia; e proba omnium gloria.
Et pran um virtutis ngens gloria est.
Hei, vano quanti constat umbra glor a?
Inanior quacunque bulla glo ia est.
Inanius nil est a nore gloria.
Ne cede, sed vanæ resiste gloriæ.
Nou ssimeque glori am exuit sophus.
Perennis est virtutis umbra gloria.
Quacunque bulla gloria est inanior.
Quid glor a ab; quid fama, si vana est, iuuat?
Solus Deus sit nostra gloriatis.
Virtutis umbra glori s, re caret.
Vita perennis strenuorum gloria est.

GRADVS.

In gradu statuque fungi morte Principem decet.
Et suos mage antecedat moribus rex quam gradu.
Rex malus suos gradu anteat, rex bonus sed moribus.
Vnico tantum antecedunt principes suos gradu.
Cuncta nouit qui gradatim functus est honoribus.
Est suus quoque in secundis inque tertiis locus.
Ferre primas si negatum est, secundas obtine.
Natio mulorum asellos aufert præstantia.
Ordine obtinere honores suetus ordinum est tenax.
Proximus bonis sit, esse optimus qui non p test.
Qui gradatim adiit honores, officium nouit suum.
Qui gradatim ascendit, aliis aquus est atque infimis.

Quis

Quis finit gradu labores ire quo decet suo?
Seu malum sit seu bonum ingens, itur illuc per gradus.
Societas pari gradu omnes vel facit, vel accipit.
A morte tutum neminem præstat gradus.
Solum suos gradu antecedunt principes.

GRATIARVM.

A Deo virtus homulli est omnis, omnis gratia.
A Deo vt profecta lex, sis & profecta gratia est.
Gratia est diuina vbique; quin ea ipsa est omnia.
Gratiæ Dei fruendas nocte se dant ac die.
Gratiam inuenisse regum, culmen innocentiæ est.
Lux perit qua nil in vllum contulistis gratia.
Regium est, crimen fatenti gratiam impartirier.
Cana nunquam, flore semper nupta aprili gratia est.
Corde gratiam repone, gratiarum id est apex.
Est paratus vltioni quisque nemo gratiæ
Flectitur rigor bonorum gratia; mali furunt.
Gratia est periculosa valde quæ excedit modum.
Gratia omnis æterni procreatrix gaudij est.
Gratia omnis è profuso laudium scatet sinu.
Gratia, est alam vsque & vsque parturire gratiam.
Gratiam debere nemo se putat iacentibus.
Gratiam omnium mereri, maxima est felicitas.
Mille gratias ob vnam noxiam, delet malus.
Non quod expedit referto gratiam, sed quod iuuet.
Nusquam hercle gratiosa Gratiarum gratia est.
Odi amicorum senentem tempore ipse gratiam.
Par homicidio est merenti non referre gratiam.

Gratias

Gratias Musasq; amare non datur quibuslibet.
Qui potest vnam obtinere gratiam omne obtinet.
Qui referre amico & hosti gratiam quit, par Deo est.
Quis queat referre dignam pædagogo gratiam?
Quos metu tenere non est, gratia deuincias.
Semper vtitur recentis flore odoris gratia.
Tela habet sinistra Phœbi, dextra porgit Gratias.
Veste Gratiæ soluta, veste sunt pellucida.
Vulgus haud virtus moratur plurimumue gratiam.
Adiuncta paruis gratia est rebus sua.
Auersa laudi corda non amant Charin.
Cui quæso iam vlla post benefacta gratia.
Est occupantis publica ara gratiæ.
Extorta neminem obligauit gratia.
Ferax perennis Gratia omnis gaudij est.
Mens grata, prorsus nil habet superbiæ.
Nihil amabile vspiam absq; Gratijs.
Nunquam refertur par parenti gratia.
Nunquam senescit Gratia, vsq; florida est.
Referre nemo gratiam scit quam Iophus.
Remissa Christo cuncta Gratia imputat.
Vberem referre sola terra gratiam solet.
Vnam si habes, habebis omnes gratias.

GRATITVDINIS.

Erudita gratitudo festus hymnus est Deo.
In Deum omnis gratitudo sanctitatis est ager.
In mala re quam bona æque gratulandum vsq; est Deo.
Seu bene aut male est, agantur gratiæ Deo suæ.

Corde

Corde gratiam reponit cui negauit Dij opes.
Corde gratiam reponit, gratus esse qui nequit.
Fœnoris genus profecto non mane gratia est.
Gratitudo vbi est ibi esse non quit arrogantia.
Gratus est in orbe nullus: um malo illi seruias.
Gratus est quoq; ille, corde qui reponit gratiam.
Nemo non sese arbitratur omnium gratissimum.
Non pari sed auctiore quaeq; redduntur modo.
Non potest sat esse gratus filius parentibus.
Omnibus vis esse gratus? sis molestus nemini.
Quei queat ei esse gratus, gratus est qui nemini.
Qui nequit sat esse gratus, nunc fere ingratissimus.
Sapius velit sibi aurem fert voluntas gratior.
Sancta virtus gratitudo, ast omnium sacerrima est.
Se parem prabet merendo gratitudo egentior.
Si tibi est factum bene, illi cur item haud dicas bene.
Sponte sese appellat ipsum gratus, ingratum dator.
Vix sua flamma tabescit ara gratitudinis.
An mente grata quippiam est honestius?
Cum morte nunquam desinit grati fides.
Et gratitudo cuiq; sancta bellua est.
Ne quidem ferox leo expers gratitudinis bono est.
Nec gratia expers sera gratulatio est.
Qui gratus vni, gratus idem & alteri est.
Referre solus gratiam nouit sophos.
Vinci sinit se nemo gratitudine.

GRAVITATIS.

Comitas rigorq; morum vix eundem vna beant.
Comitas seueritasq; nunquam eundem intrant virum.

Esse

Esse vix queat venustus cui sua est frontositas.
Moribus const ans grauisque est fastuosum aiunt mali.
Vix grauis Cato est in vno Lælijque vrbanitas.
Vix grauis quis ac seuerus, esse item comis queat.
Facetus esse idem que vix grauis potes.
Grauissimum omne id est, Deum quod inquinat.
Grauitas Leposque dispares sunt copula.

GVBERNANDI.

Me Deus creasti eundem quem creasti item rege.
Non potest eis noceri quorum agit nauem Deus.
Nil ita est in orbe vile quin regatur à Deo.
Non potest nauis perire cuius est rector Deus.
Portum habet maris vel alto cui guberna adest Deus.
Temperat manu sua orbis præsulem clauum Deus.
A bono malone rege ciuium bonum aut malum.
A gubernali carina vita nox que pendula est.
A gubernatore nauis pendet aut m r , aut salus.
A regente ciuium omne pendet & bonum & malum.
Absque nauclero fatiscit vel quieto fraus mari.
Absque rectore ecqua duret vel triennium domus.
Abstine à trireme, rector esse lintris qui nequis.
Antea parere doctus, postea optime regit.
Æque egent regi minuta quam omnium vastissima.
Arduum est parere multis vnicum regentibus.
Ars gubernatoris, horret cum mare vndis, noscitur.
Blandiente aura phaselum nauta ducat vltimus.
Cessat in tranquillitate gloria omnis nautica.
Dandus haud nauis regenda clauus est quibuslibet.
Dextera arte clauum magister torquet, haud valentia.

Est

Est onus recte gubernal temperare maximum.
Et gubernaculum popellus dat Vatiniis sui.
Fertur æstu huc, fertur illuc trans gubernali carent.
Fertur huc illucque nauis quæ gubernali caret.
Frena regnorum gubernant mens cata, haud vis corporum.
Grande onus, recte gubernal temperare ciuium.
Histrio ciuilis esto, rector esse qui cupis.
Imperatque prouidetque pessimo quod optimum est.
Imperij clauum gubernes arte non potentia.
In pretio ars primi magistri est, horret vndis vt salum.
In procellis, inque nimbis, quæritat nauis virum.
Integram nauem magister torquet inflexu manus.
Libero, pati regentem, seruitus vel maxima est.
Mille promptius gubernes belluas homine vnico.
Nauis absque auriga apertum non diu curret mare.
Nauitæ huc illucque currunt, Typhis ad clauum sedet.
Nauium altera est guberna flamma sublimis phari.
Nautica ars tranquillitate pelagia expers gloria est.
Ne quidem casa vlla constet absque hero, quin mox ruat.
Nil bonus guberna præstat, ni sit & remex bonus.
Non datum est cuiuis phaselum temperare in turbido.
Non minus regem pusilla postulant quam grandia.
Non potest par esse naui rector, impar cimbulæ.
Non potest vti arte nauta si tumor desit salo.
Non regit nauem magister vi, sed inflexu manus.
Nulla nauis est in alto quin necet rector malus.
Omne priuatum omne publicum indiget rectoribus.
Omnibus gubernij error exitio est rectoribus.
Pessime imperat libido cui gubernali loco est.
Pessime omnium gubernat se suosque intemperans.
Quæ gubernet cuncta, lingua est: nil repositũ est in manu.

Quæri-

Quaritur primi ars magistri cum procellosum est mare.
Quemlibet ferat magistrum trabs vbi silet mare.
Qui gubernat absq; lege, idem absq; lege plectitur.
Qui regit cymbam arte, grandem cur phaselum non regat.
Qui suos clauo gubernat dextero rex, non delet.
Quilibet nauem gubernet ponti vt est tranquillitas.
Quod gubernator phaselo, rex id est regno suus.
Regis est bene imperare; ciuis imperium exsequi.
Temperat nauem magister arte non valentia.
Tolle nauarcham, perire si mari vis holcadem.
Torquet arte nauta puppim dextera, haud valentia.
Trabs cui deest gubernal, vento & vndis est iocus.
Trabs regente destituta, certa prada fit maris.
Tunc gubernator probatur cum Notis ardet mare.
Turbidum mari gubernal temperare onus graue est.
Va bis, imo vater vrbi quam gubernat rex puer.
Vulgus, ignis, vnda, freno non reguntur, verum equi.
Auriga flectit arte nauem haud viribus.
Doma rebelles, parce subiectis regens.
In gloria ars malacia maris nautica est.
Malacia vbi est, rectoris ars ibi latet.
Multos reges, si ratio te vna rexerit.
Mari quieto nemo non nauem regat.
Parere multis arduum rectoribus.
Qui se nequit, quo nam modo alterum regat.
Rector molestus semper est parentibus.
Rectore paruis aque opus quam maximis.
Rectorem habere, seruitutis est genus.
Rectoris artem obnubilat planum mare.
Flexibus tendit magister quo directe nequit.
Flexu eo tendit magister quo directo nequit.

Linea

Linea venire recta vix pote ad portum ratis.
Nauta es? cuicunque vento vela teque commoda.
Ne cursum eundem semper, at portum tene.
Non regit ratem magister viribus, sed flexibus.
Quo trahit clauus sequendum est donec in portum ferat.
* *Seruiat ventis oportet nauigare qui cupit.*
Si metam non tangis illam semper obserues face.
Stultus est reflante vento qui subire portum amat.
Vt queas tenere portum, quolibet vento vtere.
Vt regas felicitatem promptius, freno vtere.
Cuicunque vento nauitam te accommoda.
Haud recta eundum semper ad verum via est.
Ne semper vno eas gradu, ast vna via.
Reflante vento rectar obliquat sinus.
Seruire oportet vento eum qui nauigat.

GVLÆ.

Ære daps parata paruo displicet gulonibus.
Ære multo quæ paratur daps sapit gulonibus.
Ære opus multo est guloso fiat vt ventri satis.
Cor sapit sopho, palatum morioni, sal capræ.
Crapula malis medendum est sobrio ieiunio.
Nil prius ducit cameli carne venator leo.
Non sapit gulam nisi ars comparatum plurimo.
Nulla non fœda est voluptas: fœdior nulla at gula.
Pluribus solo in palato caussa viuendi sua est.
Vt gula rara est frequente daps, sapit vel desipit.
Comes libido perfidelis est gulæ.
Quo carior daps quæque eo sapit magis.

HERE-

HEREDITATIS.

Nemini damnum malumue dat Deus quam heredibus.
Charitate ex æsse toto simus heredes Dei.
Non potest vnquam perire Christiani hereditas.
Qui Dei hæres est, & eius imperata perficit.
Semper est tutus, repletus semper est hæres Dei.
Ad senes canescit annos principes germen prole.
Belluis cura est quoque ipsis tollere heredem summa.
Esse vult heres bonorum quisque, rarus artium.
Liberis opes parentum muta lex adiudicat.
Ne simultatis paternæ fiat hæres filius.
Nemo scit suis futuris ecquis hæres sit bonis.
Occupat non notus hæres scelere quæsitas opes.
Rarus est heres parentum, rarior virtutium.
Rarus est, virtutis hæres esse qui ambiat sacra.
Tertium quis nam tyranni vidit heredem improbi?
Vna item cum hereditate nascitur sapientia.
Cui cura non est tollere hæredem sibi!
Deus perennis est sophis hæreditas.
Heres suus vix est beatitudini.
Liticulosa semper est hereditas.
Quæ nam fuit sua absque lite hereditas,
Seruat Dei præcepta cuncta heres Dei.

HISTORIÆ.

Nosse res gestas oportet imperantes ciuibus.

Volue regum gentiumque geſta, regere ſi cupis.
Actionum viua imago Hiſtória eſt mortalium.
Ante ſe qui geſta neſcit, eſt puer, ſenex licet.
Ante cæteros meretur viſa qui ſcribit fidem.
Cuiuſque Annales in illis fraudis expers eſt fides.
Quod eſt corpori, id ipſum eſt veritas Annalibus.
Cui bonum vnicum eſt honeſtas, hiſtoriam dicas grauem.
Duplicis felicitatis hiſtoria omnis organum.
Eſt Dei in terris miniſter geſta qui vetat mori.
Eſt ſenex mage arte quam annis, nota habet qui acta omnia.
Eſt ſenex prima iuuenta, nota ſunt cui tempora.
Facta bello, facta pace quæris? hiſtorias lege.
Facta clarorum virorum noſſe qui ſtudet ſapit.
Fœda æque ac pulcra regum narrat hiſtoricus teres.
Geſta maiorum referre vita ad vſum, prouidi eſt.
Geſta qui orbis cuncta nouit quei vacet prudentia?
Hiſtoria abſque veritate, corpus abſque ſpiritu eſt.
Hiſtoria integra ageq; geſta cuncta complectitur.
Hiſtoria omnis cuiq; menti pabulum ſuauiſſimum eſt.
Hiſtoria Orbis actionum ſpeculum limpidiſſimum eſt.
Hiſtoria vni veritati dedita eſt ceu numini.
Hiſtoria eſt imago vera caſuum mortalium.
Hiſtorias qui nouit omnes, in iuuenta æquat ſenes.
Hiſtorico tacere præſtat quam loqui mendacia.
Pacis artes atq; belli ſcire aues? libros legas.
Prouidentiæ miniſter hiſtoricus veri Dei eſt.
Publicæ rei diſciplina petitur ex Annalibus.
Quæ tenenda, quæ cauenda, prodit hiſtoriæ tenor.
Quiſquis ante geſta neſcit, eſt puer, licet ſenex.
Regula omnis veritatis, imo anima, hiſtoria eſt meta.

Q Tempo-

Temporum actorum peritus, iuuenta iam est senex.
Temporum qui nouit acta, iam senet licet puer.
An aliud est historia quam prudentia.
Bellum profecto annalium omnium est parens.
Historia quaque philosophia est, sed practica.
Praeclara Regum cuncta fare ac turpia.

HOMICIDII.

Cunctæ naturæ profanat iura, qui alterum necat.
Lege non tenetur ense se petentem qui necat.
An quod infectum est necare quod statim nomimem non queat.
Nocte furem se tuentem qui necat, non fit reus.
Homicidium est vel seruuli peremptio.
Homicidium fit corde & ore, oculis quoque.
Homicidium haud est quod fit imprudentia.

HOMINIS.

A Deo, dolere & angi lex data est mortalibus.
A Deo est homo creatus, praeco vt orbis sit sui.
Mundus omnis est Dei ædes, imo homo est ædes Dei.
Nil homo est, diuinitatis absque iugi numine.
Sunt homines Dei, insuperque sunt sui inuicem pila.
Quatenus te hominem esse censes, rex, eatenus es Deus.
Surge rex, hominemque te met serio esse cogita.
Surge rex norisque tete semine humano satum.
Se Philippus esse homullum rex die quoto audijt.
An quid est molestiarum ferre homo quod non queat?

Arbo-

Arborum comis homo par, interit dum nascitur.
Bulla homo est, itemque bullæ cuncta sunt mortalium.
Bulla homo est, simulque bulla sunt opes mortalium.
Cur homo felix superbis? nonne natus è luto es.
Est homo flos, imo fumus, imo imago insomnij.
Est homo scintilla cæli purior, hospes Deus.
Est homo folium caducum: est homo ipsa calamitas.
Ex hominum ire casu ineptum est antequam vita exeas.
Instar Euripi deorsum sursum homo omnis voluitur.
Inuidiæ atque calamitatis omnis est homo bilanx.
Iure nullo homo vocari dignus est qui non sapit.
Maior est homo ipse mundus quam orbis hic visibilis.
Mundus est homo ipse magnus, ipse imago homo est Dei,
Nascitur de puluere omnis desinitque in puluerem.
Nauis est homo; frequenter vtitur vento haud suo.
Nemo non inter dolores & labores voluitur.
Nil homo est quam fumus; vmbra nil homo est quam somnium.
Nostra nosque cæca versat sors pilam vt volubilem.
Optimum non nasci homullis: aut cito natus mori.
Paruus orbis est homo; imo magnus orbis in breui est.
Res homo pusilla quam sit, sola mors planum facit.
Res humana quæque in orbem tempore omni voluitur.
Semper est homo puellus atque amat crepundia.
Sic abit mortale sæclum fluctus vt fluctum trahit.
Si rite pendis percaduca res homo est.
Siderum rector pilæ instar versat humanum genus.
Solus est homo sine armis: mens sed instar plurium est.
Somnium vita, est homo; imo vix mera vmbra somnijque.
Tam boni nil est malius; quin homo ex se promptitet.
Te satum esse homullo homullum mente fac nunquam excidat.

Totus ex natiuitate morbidus quiuis homo est.
Turpe quid sit quidue honestum, nemo nouit quam ipse homo.
Vitam homo laboriosam inter ærumnas trahit.
Vmbra sumus, summus umbræ cuncta sunt mortalia.
Et ét ... est in orbe m... ,non e... tum
Hominis ma... s nunc ... a prauesque educat.
Homo est ... er ... quod ob... feras.
Humana cuncta ... vmbra, vanitas.
Imaginantum nil sumus quam omnia.
Inter dolores & labores voluimur
Mihi quæ limi, cum sim homo, pars est quoque.
Mutationi homo omnis est aptissimus.
Quis rite pendit quam caducus sis, homo.
Quid sumus homulli? corpora, vmbra, mania.
Rex quisque item est, vt vnus è nobis, homo.
Vbique luctus, ægritudo, mors habet.
Versat pila instar Numen humanum genus.

HONESTATIS.

Absque honestate ac pudore, nil in orbe est quod probes.
Cogitare honesta nescit cui pecunia imperat.
Est pij formare mores ex honesti regula.
Ferculum conditum honesto, Lumina vsque, ac cor iuuat.
In voluptate est perenni mens honesti conscia.
Ipsa vbi non est honestas, nil ibi est æqui, aut boni.
Non potest, omni esse honestum in re quod non liberum est.

Omne quod conditum honesto est, cordi opimum ac lumini est.
Omnibus simplex honestum praeferendum commodis.
Pauci honestatem sequuntur sponte, plures ob metum.
Plus valent mores honesti, iura dura quam bono.
Quaedam honeste accepta honeste non petuntur denuo.
Quei queat factu esse honestum turpe dictu quod fuit.
Quem penes mera est honestas, hunc scias ciuem optimum.
Quisquis est honestus idem ciuis est percommodus.
Res honesta aut non honesta est gentium pro moribus.
Temporum morumue honestus liber à contagio est.
Tolle honestatem, relictam nilque fortitudini.
Vsque sunt honesti honeste qui suam sortem ferunt.
Vtile est cunctis honestum: non honestum inutile est.
A turpi honestum discrepat solo modo.
Non respicit Princeps honestum auarior.
Quicunque amant honesta, honesta amant sequi.
Quod non honestum est, turpe iam esse censeas.
Studio ac labore honesta vita prouenit.

HONORIS.

Nemo non regum insolescit à nouis honoribus.
Principi nouos honores, inuenit nouus Gnatho.
Promereri regum honorem, dignitatum arx omnium est.
Regi honorem excogitare non suum Solon nequit.
Regi honorem excogitare de die in diem, aulicum est.

Regi honos habendus est ad instar humani Iouis.
Regibus bonis rependi par honos nulla potest.
Regum honores, non honores sunt, sed assentatio.
Absque honore amara virtus est labor que tædio.
Absque Mecænate frustra quæritur rursus Maro.
Ad patentem honoris ædem mille ducunt viæ.
Ara virtuti atque Honori condita est templo vnico.
Ciuium in tumultu honores & scelestus obtinet.
Corde honos manat fidelis, ore profluit nothus.
Despicit cor grande honorem, despicit pecuniam.
Dignus est honore qui se publico applicat bono.
Dignus est maiore honore, maior à virtutibus.
Dignus est quiuis honore, ferre digne quem potest.
Est honor quiuis iucundus, sed mage vltro qui venit.
Est honos, vitæ bene actæ dulce testimonium.
Est pudor sæcli curuli cum sedet Vatinius.
Et nouis plerunque honoris adsecla est superbia.
Et nouo illustranda honoris est titulo virtus noua.
Fascibus plures honorique deferunt quam moribus.
Gens egena veri honoris fastu honorum prætument.
Haud capit veros honores cor egenum gloriæ.
Illico arguunt honores quisque quæ sit indole.
Improbo largire honores, si cupis vilescere.
Insolescit multo honore ferre cum qui non potest.
Laude virtutum priores, sint honore principes.
Lex Othonis censu honorat quemque vel natalibus.
Magnus animus magno honore fiet ipso se altior.
Magni honores corda reddunt digna rebus maximis.
Magno honore corda crescunt omnium vel pumila.
Maximo plerunque honori maximum est onus comes.
Nemini aufert plebs honorem, nemini confert gradus.
Nemini magnos honores, nemini longos dato.

Nemo

Nemo fert summos honores dextere; sub ijs ruit.
Nemo amore nemo honore prospe at bonus malos.
Nemo honores perdit unquam in bonum quos contulit.
Nemo non animo fit alto munus est cui altius.
Nemo non Honoris arces mun rum telo inuolat.
Nemo fasces vultu eo iem ponit vt sumit suos.
Non Catone ebur curule sudat, ast Vatinio.
Non hon s, honoris vmbra est, qua mali sup rb unt.
Nundinationi honorum debitum omne Orbis malum.
Obtinent summos hon res, publico v mal est, mali.
Ore honor plane imbecilles, firmus corde prouenit.
Pande virtuti adem Honoris; ob era Pecunia.
Plus habes, honos, amari qu m mera dul e ni .
Pramiu n illic esto honoris multa vbi Vi tus n iet.
Praripi mente aqua honorem nemo fert suum sib .
Quidnam honos humanus est quam fumus atque somnium.
Q o spes honoris, tendit & vita labos.
Q os honorum vrget cup do, mentis haud manent sui.
R bus in malis honores assequuntur & mali.
Redde Mecanatem habere si Maronem rursum aues.
Res honos est dulcis, vna verum amara max me.
Resque honosque vbique mentis destruit crasin bona.
Sit prior virtute qu squis est honoribus peior.
Sperne honorem si redire vis mero cum fanore.
Spes quo honoris, cursus illuc tendit ac vita labos.
Summi honores comparantur summo item periculo.
Sum ni honoris vittam egenum laude pectus h ud capit?
Vis animis quoque esse m gnis? macta honore maximo.
Vis tibi deferri honores? miseros inter vi ito.
A corde firmus pro lit haud ab ore ho os.
A m gno honore honorus anim s nascitur.

A viliore ante iri honoribus graue est.
Artes honore nutriuntur nobili.
Cupido honoris [illegible] cogitat.
Et magno honori maius est onus comes.
Honor laboris grande honesti præmium est.
Honos piorum viuit immunis necis.
Honos probos honestat, improbos notat.
Honore magno turba plurima interit.
Honoris æquor inclyti omnibus patet.
Honoribus te ipsum offeras, non oggeras.
Honos decori est, cum probatis obuenit.
Honos piorum, crescit ex iniuriis.
Indigno honor pœna haud minuta accessio est.
Meritis honores imper[illegible]s, non ambitu.
Monstrant honores quisque qua sit indole.
Nouello honori anteambulo superbia est.
Quo spes honorum, tendit & vita labos.
Prudens Deos honorat, imprudens timet.
Probro imputatur cum obuenit malis honor.
Pedissequa honoris est noui arrogantia.
Pergratum honore est affici mortalibus.
Quis rectam ad ædem Honoris affectat viam?
Si promerenti das honores, accipis.
Summus Deo summo exhibendus est honor.
Vbi est honos rara est ibi agnitio sui.
Virtus honori & vltimis est hostibus.
Virtus honore gaudet aduentitio.
Virtutis atque Honoris ædes stat simul.

HORARVM.

Rex in horas signa late largitatis exserat.
Perdis horam nil in vllum qua facis benigniter.
Viue in horam rex? diei nemo sponsor crastina est.
Arbor aui vnius, hora punctulo breui ruit.
Crescit aeuo silua longo flamma puncto quam vorat.
Flamma siluae illapsa paruo cuncta momento exedit.
Hora fert magno quod actu longus extrudit labor.
Hora mortis, inquietas ceteras omnes facit.
Hora sape reddit vna quod decennium abstulit.
In diem viue, imo in horam si diu viuere.
Ne quidem certam hora prasens cuipiam prastet fidem.
Nemini vita est dialis, nemini est horaria.
Nemo sponsor crastini imo nemo vel hora integra.
Non putat suum esse virtus, hora quod dat, quod rapit.
Plurium arbor saculorum punctulo hora cecidit.
Punctulo fugacis hora corruit felicitas.
Qua diu diuque creuit arbor, hora vna cadit.
Qualibet nos hora letho clancularis admouet.
Quercus haud vnius aui temporis puncto ruit.
Quis scit an visurus horam sit diei crastinam.
Quod rapax cunque hora carpsit, nemini refunditur.
Quod semel cita hora carpsit nemini refunditur.
Scire mortis horam, an haud est millies mori in diem.
Saculis firmata multis vrbs, die vna concidit.
Saculis quasita multis vnica hora preterit.
Silua multas nata lustris fit die vnica cinis
Temporis magni parentes Hora salue multiplex.

Vix horam quisque nedum viuat alterum in diem.
Vnica omne prælium hora est exitus boni aut mali.
Homo esse te semper memento horarium.
Hora vna multum prælio omni conficit.

HOSPITALITATIS.

Et Deus cælo ipse ab alto vindicat ius hospitis.
Fit Deus semel Deorum qui vsus est hospes cibo.
Gaudio fruitur perenni, qui Deum excepit domo,
Hospitisque supplicisque prima cura Numinis est.
Hospitis sub forma egeni sæpe Iupiter latet.
H spitis subire vultum non nouum est cæli Deis.
Pauper omnis, hospes omnis, exul omnis à Deo est.
Plus amat casas quam opima tecta maiestas Dei.
Qui Deo est hospes perenni delibutus est gaudio.
Sæpe quem putas merum esse hospitem, merus est Deus.
Sæpe terras sub figura visit hospitis Deus.
Sæpe vultu delitere sueuit hospitis Deus.
Sæpius subire sueuit rusticos Deus lares.
Absque virtute hospes innox nemini pecunia est.
Asper hospiti atque amico est lenius hostibus rapax.
Ciuium sese hospes aptet moribus, non patriis.
Cuilibet mortalium hospes intus est domesticus.
Curiositas in hospite est vbique inhospita.
Dum peregrinaris hospes viue more non tuo.
Hercules & hospes ingens auxit exilem casam.
Herculis sæpe auxit mens hospes angustu larem.
H spitalitatis haud est polliceri sed dare.
Hospitem bonum ante ciues, imo cognatos, loca.
Hospitem ne temne; numen sæpe sub tali latet,

Hospi-

Hospitem quem reris alti sæpe numen est poli.
Hospiti benignus esto, forte & hospes ipse eris.
Hospiti fraus facta, facta supplici, haud latet Deos.
Hospiti per furta damnum quis dedit pro gratia.
Hospiti quandoque fiet quidquid hospiti facis.
Hospitis figura sæpe celat hostem perfidum.
Hospitis more vniuersum peruagata orbem est Ceres.
Hospitum cum morte non & moritur hospitalitas.
Hospitum est se accommodare ciuitatis moribus.
Hospitum ius imbecille est constitutis in re mala.
Hospitum genti est benignus ante hospes qui fuit.
Hospitum quicunque iura non tenet, nihil tenet.
Hospitumque supplicumque est vltor omnium Deus.
In casa magnus pusilla commerari hospes potest.
Magnus hospes magno Atridi constitit damno ac malo.
Mens inhospitalis ipsi displicet summo Deo.
Hospiti vlli iniuriosus, nunquam erit ciui bonus.
Multa passus; hospitem hospes excipit benignius.
Nunquam erit ciui modestus, immodestus hospiti.
Non perhorruit capi arctis Iupiter magalibus.
Deus receptus est imagine hospitis.
Nuspiam legem dat hospes; cum vbique eam accipit.
Omnis es virtutis hospes, si hospes es modestiæ.
Quisque post noctem ac diem vnam sordet hospes hospiti
Sæpe dignatus subire est Iupiter ruris casas.
Sæpe Diui sub figura delitescunt hospitum.
Sic agas, vt ne hostis hospes ordine vno fiat tibi.
Turpe claudere hospiti ædes, turpius dispellere.
Turpiter domo hospitem arces, turpius sed eijcis
Vnice hospitalitati debita est benignitas.
Contemnere hospes aude opes Euandricus.
Deos veretur maxime hospitalitas.

Importuosum est hospitis cor impij.
Est hospitalis, hostitem qui se putat.
Nec rex Olympi sp euit agrestum casas.
Mens hospitalis proxime imo par Deo est.
Paucissimis con entus est hospes probus.
Peccare nescit hospes est cui Deus.
Quæ supplicis sunt iura sunto & hosp tum.
Vix gratus hospes hospiti est vltra diem.

HOSTIS.

Hostis est Dei omnis hostem qui facit se proximi.
Quod Deum lædit patrare qui potest, hostis Dei est.
Ad genu hostes accidentes cernere, optatissimum est.
Aggredere has hostem timere nemo quæ quidquam potest.
Alteri si hostilia infers iure ab altero times.
Cum domestico hoste pugna est cuilibet mortalium.
Cuncta plena sunt periclis terra agenti in hostica.
Desinunt hostilitates vita cuique vt desinit.
Error atque terror hosti plurimo in bellis malo est.
Est beatis multus hostis pessimus sors prospero est.
Excitare vis dolorem hosti agas vitam optimam.
Haud foris quærendus hostis, intus & domi sedet.
Hospes est haud hostis, animum morte qui hostis exuit.
Hoste persequi suum hostem res nimis pulcerrima est.
Hostis est meus quoq; hostis patriæ quisquis mea est.
Hostis est qui seruitute liberum ciuem premit.
Hostis est vbique multus; quisque summus sed sibi est.

Hostis victi amicis Principum prudentium est.
Hostium cuniculares coryceos praecaue
Hostium numero interempti non habentur amplius.
Inuenit nullum sibi hostem cui fauet Rhamnusia.
Maxime hostis is timori est qui caueri non potest.
Maxime te ipsum caueto: quisque nam hostis est sibi.
Morte functus est vbi hostis, hostis esse desinit.
Munus hostium hoc habemus, viuimus quod cautius.
Multus hostis est hominis ipse sed sibi est vel maximus.
Neminem hostem vince marte, vincere arte quem potes.
Nemo non iguitus audit hostium conuicia.
Nil abit ab hoste amicus qui mihi ingerit malum.
Non potest constare virtus desit hostis cui usus.
Nullus est tam crudus hostis, mortuum hostem vt transferet.
Nullus hostis sic timendus atque clancularius.
Pharmacum est quo corrigaris, hostium insectatio.
Perduellis est catena liberum qui quis premit.
Qui nihil indulget hosti semper est tutissimus.
Quilibet communis hostis est auarus omnium.
Qui potest benefacere amico, qui male hosti, ipse est Deus.
Qui salute donat hostes, mente vere regia est.
Quilibet sibi hostis ipsi est: maxime ergo te caue.
Quidlibet conantem aperte frangito aduersarium.
Quis mentis alta clanculum hostes opprimat?
Regium est vi vincere hostem sternere obstantis globos.
Saepe arctam affinitatem dissicit hostilitas.
Saepe nostra grande praestant robur hosti crimina.
Si foris desit, tibi ipse hostis en prodit domo.
Si quis est tibi hostis, illi tectus esto omni loco.

Si tibi est hostis, caue omne tempore ac loco dolos.
Toti auarus hostis orbi, certe amicus nemini est.
Vincit armatum hostem inermi pectore innocentia.
Vrbium intestinus hostis constat é furunculis.
Aduersus hostem esto austerna auctoritas.
Capitalis hostis est tyrannus vrbium.
Clemens & hosti, semper in victoria est.
Contemnit hostem stultus, at prudens cauet.
Contemptus hostis saepe cuat victoria.
Cum morte quauis interit hostilitas.
Et hoste ab ipso multa nobis commoda.
Etiam rosas quis colligat de sentibus.
Homo ipse summus semper est hostis sibi.
Hostes Deorum sunt mali immortalium.
Hostilitatem quamlibet mors dirimit.
Hostis cadauer qui violat, laedit Deus.
Intuta res est persequi hostem longius.
Nec hostis hoste fit suo infido suus.
Nec temnit hostem pectus acre, nec pauet.
Nihil noui est si hostem male hostis excipit.
Qui patriae hostis, hostis est item meus.
Qui vera loquitur hostis imperantium est.
Subiectus hostis imperat clementiam.
Quicunque patriae hostis & mihi est.
Turpi hoste victo quis triumphus te manet?

HORTI.

Absque aqua & rigatione cura nil horti valet.
Abstinet Musarum ab hortis sidus & Capra & Nepa.
Est vbi hortus, esse flores, esse fructus assolent.

Flores

Floret auum in omne lectum est quod Camenarum iug s.
Flos ibi fructusque nullus, esse quisnam portum putet?
Laurea aeterni est vir.ris quam hortus Euterpes tulit.
Mar idum non fit in hortis quod semel cliuo stetit.
Musis placet nemus: vati vrbes noxia
Non nocet hortis Moneta Capra, non nocet Canis.
Nondum adhuc intrauit hortos liuor Euterp. sacris.
Non nocendo sed iuuando firma fit potentia.
Omne flumen est vadosum fontis ad cuius caput.
Nullus amnis ortus e toto totus est fonte à suo.
Principio infausto esse felix exitus raro solet.
Principium bonum omne finem terminatur in bonum.
Principium obsignare iusto fine qui valet, vir est.
Quale principium esse talis sueuit & rei exitus.
Totius plus quam dimidium est non iners exordium.
A fonte flumen non statim est profundius.
Multum pauoris omne habet primordium.
Semper fuit quod non habet primordium.
Tarde eruuntur quæ profundius iacent.
Totius est dimidium ouans exordium.

INIVRIÆ.

Haud leue est, iniuriosus quispiam quo fit Deo.
Omnis in diuinitatem grandis est iniuria.
Despicit velut superne rex suas iniurias.
Est magistratus salubris ferre posse iniurias.
Hoc mage est iniuriosus quisque quo potentior.
Pauperi potentioris mussitanda iniuria est.
Principi pensare turpe iniurias iniuriis.
Principum quis creuit vnquam pauperum absque iniuriis.
Publicas vlciscere, ô rex, non tuas, iniurias.
Regi optimo vel ipsa præcauenda iniuria.
Regium non est vetustas vindicare iniurias.
Absque pœna iniuriosus nemo fatum obit suum.

Ardu-

Arduum est semper prementem sustinere iniuriam.
Ciuitates cerne magnas, corruere iniurijs.
Vt sipho inuicem ipse mulam calcibus læsus petit.
De malo in malum cadendum ijs qui fouent iniuriam.
Dum doles iniuria vna, pluribus te ipsum obijcis.
Est malus qui iniuriam infert? peior est qui vindicat.
Est sapiens iniuria exors estque contumeliæ.
Ferre quam irrogare malim proximis iniuriam.
Fit minor maiorue ab ipsa dignitate iniuria.
Fortis ac miser peracrem non feret iniuriam.
In scelestum iniuriosa ne quidem est immanitas.
Magnanimo remedium iniuriæ, haud vltio ast obliuio est.
Mira res: amorque amantum crescit ex iniurijs.
Mitis est apis, legentes sed fauos pungit tamen.
Nemo amat quemquam à quo acerbe passus est iniuriam.
Nil ape mitius: legentes hæc tamen pungit fauos.
Nil ita altum, iniuria vltro quo venire non queat.
Nil magis mordet, quam amici clam palamue iniuria.
Nil per orbem iniuriosum militi magis malo est.
Nodum amicitiæ resoluit quemque atrox iniuria.
Non durat propinquum quidquid est iniuriæ.
Non minus mali est referre quam patrare iniuriam.
Opprimenda iniuria in herba, nacta radices tumet.
Perpeti quamcunque præstat quam irrogare iniuriam.
Plus sibi vsque iniuriosus quam alteri fit pestilens.
Qui potest ferre iram, & omnem ferre iniuriam potest.
Turpis est iniuriarum longior refossio.
Comes fere est iniuriæ impudentia.
Ecquisnam homo vnquam morsibus repetijt canem.
Honos piorum crescit ex iniurijs.
Iniuria vbertatis atra filia est.

Iniuria omnis vsui est sapientia.
Iniuria cuiuis inuenta subiacet.
Iniuria operam mini durat diu.
Iniuria certare cum improbo improbum est.
Iniuria vir affici probus nequit
Iniuriam nec dat Deus nec accipit.
Iniuriam passis adest frequens Deus.
Iniuriam potius feras quam ipse inferas.
Iniuriam quisquis refert, bis est nocens.
Iniuriam sæpe accipit qui vindicat.
Iniuriam sanat sophus non vindicat.
Iniuriam vlli inferre maximum est malum.
Iniuriarum est omnium parens satur.
Iniuriarum mater est felicitas.
Iniuriarum non tenetur inuolens.
Iniurias donare publico vtile est.
Iniurias si non vetat princeps facit.
Iniuriosis pœna nunquam abest Dices.
Iniurioso nemo amicus permanet.
Iniuriosum nemini numen Dei est.
Iniuriosus de malo in malum ruit.
Iniuriosus esse quisque vt vult nequit.
Iniuriosus maximum sibi est malum.
Iniuriosus nemo gratus est Deis.
Mordent magis vilissimorum iniuriæ.
Nemo sua vnquam iniuriæ obliuiscitur.
Nihil sinit diu quietum iniuria.
Perferre posse iniurias fortissimi est.
Potentia finis fere est iniuria.
Præstat pati quam inferre cuiquam iniurias.
Quei vindices iniuriam absque iniuria?
Virtute salua iniuriam nemo accipit.

INIV

INIVSTITIÆ.

Non potest iniustus esse rex, nisi & rege excidat.
Rex quis est, vt tollat omne ciuium iniustum scelus.
Altius quo iniusta surgunt, hoc ruent profundius.
Maxime est iniustus esse qui cupit, iustissimus.
Maxime iniuste obteruntur, qui malum ob bonum ferunt.
Non diu vlla iniusta florent, sentiunt tandem D*eum.*
Nemo sic iniusta carpit ore, vt is qui re facit.
Nemo non iniusta damnat, nemo non tamen patrat.
Post patrata iniusta multa, grata quæ non sunt feras.
Amore laudis iustus, iniustissimus.
Iniusta quæ sunt nemini ferunt lucrum.
I*niusta tandem subiugat Dicè pede.*
I*niustitia alta, at iustitia alta ea magis.*

INNOCENTIÆ.

In potestate altiori nusquam innocentia est.
Innocente rege & Vrbi constat innocentia.
A calumniæ flabro, ignis viuit innocentia.
A suo hoste iudicari non recuset innocens.
D*ifficillima est re vbique bellica innocentia.*
Innocens in fronte promptos gestitat cordis sinus.
Innocens male interemptus, liber est infamia.
I*nnocens perit; perire publice quem haud interest.*
Innocens perit, sub vllo non perit qui iudice.
Innocens terroris expers degit ac discriminum.
Innocens virtutum amore rarus est; multus metu.

Innocentia est triumphus, non l bere cum licet.
Innocentiam requ ris? quare 'olitudinem.
Iudicem sontes tremis unt, innocentes inuocant.
Mille perdit innocentes, qui nocentem vnum fouet.
Mos malus, censere censu, haud innocentia vir s.
Post reatum qui innocentem seuocat peccat duplum.
Quolibet bello profecto est ardua innocentia.
Sæpe adhuc à morte vincit innocentia prauos.
A cæde vitam sumit innocens nouam.
Facit beatos innocentia bonum.
Frontosius nil vspiam innocentia est.
Inuictum vbique robur innocentia est
Nemo innocens iam nemo iam miles probus.
Patet innocentem se esse ciuitas, erit.
Quis nobilis, diuesue, viuit innocens?
Vbi est amor pudorque, ibi innocentia est.
Vindex loco omni numen innocentia est.

INOPINÆ REI.

Multa præter spem metumque perficit cuiuis Deus.
Consilium bonum haud inopinis vix adest euentibus.
Cuncta inexpectata terrent, vimque consilij obterunt.
Dura sors mero imparatum pectus exanimat metu.
Omnia improuisa mentes auferunt suo impetu.
Omnis improuisa magnos res pauores incutit.
Plurimum inter os & offam præter omnem spem venit.
Præter expectationem quod venit bonum, beat.
Prorsus insperata multa fert dies volubilis.
Qui fide maiora tentat haudque opina, ea obtinet.

Tela

Tela inexpectata cuiuis accidunt molestius.
Bona haud opina hercle omnium suauissima.

INSANIÆ.

Dulcis insanire res est, & quietis maxima.
Induit anima tenebras insipientia, haud iubar.
Irritum est quod lingua gannit, quod patrat demens manus.
Latius securiusque nil mera est insania.
Maior insanus, minori sæpe se facit sophum.
Nemini non hominum in anno me te fas quati semel.
Sæpe demens deinde meritis in potestatem redit.
Ars artium est vti subinde insania.
Certissima est insania, infelix amor.
Insaniendum sapius quoque est sopho.
In sano amara pœna sat, furor suus.
Quæ non queunt fieri, sequi est insania.
Quandoque sanis & sua est insania.
Qui desipit suo in loco, non desipit.
Suauissima illi vita cui cor nil sapit.
Tolerabile insanire in anno homini semel.

INSCITIÆ.

Aut nihil parumue saxo distat à rudi rudis.
Cum coit duorum in vnum, pessima est, inscitia.
Ecquis est agnoscere ausit qui suas inscitias?
Est caput tam magnum asellus cor quia illic conditur.
Gens asellorum absque abortu est, bellum enim ac fretum fugit.

Gens

Gens asellarũ absque abortu est: inde nunquam interci
Gens asellorum interire non potest: concors sibi est.
Maximum est malum, doctorum copulata inscitia.
Neminem non atra nubes vexat inscientia.
Nemini nocet mage ipsi quam sibi hirta inscitia.
Nunquam asellarum reperta est in propage abortis.
Quando asellus vnquam asellum deuorat famelicus
Qui nihil sciunt, sibi vnis nota credunt omnia.
Quo minus scit, scire plus hoc vult videri inscitia.
Rebus in sacris probanda est erudita inscitia.
Audacius nil vspiam est inscitia.
Fastu repletur omnis inscientia.
Inscitia est res maxime omnium arrogans.
Inscitiam celare posse, industria est.
Nescire quadam magna pars sapientia est.
Peccasse nunquam vult videri inscitia.

INSOLENTIÆ.

Ecquis est dux insolescat quin statim à victoria?
Ferre non potest potentum plebs diu insolentiam.
Gratiosus nemo regi est, quin simul sit insolens.
Ab que radice altiore germen insolentia est.
Bulla vasta, qui at pusilli est, omnis insolentia.
Cuncta clam palamue perdit militum insolentia.
Fert male atatem superbum germen insolentia.
Insolentia est pusilla mentis, at praturgida.
Nil in orbe peius omni militum insolentia.
Non decet beatitatem spumea insolentia.
Non nisi sortis secunda est, putris insolentia.
Nulla res diu insolescit qua suum excessit modum.

Vter est inflatus, in re prospera insolentia.
Et tempori suæ est item insolentia.
Nunquam insolescit magna mens, si item bona est.
Semper ruinæ proxima insolentia est.
Indignitatem ferre non potest probus.

INSTITVTIONIS.

A bona institutione nemo factus est malus.
A mala institutione nemo factus est bonus.
A mala institutione nil boni vnquam profluit.
Animus haud male institutus, cuncta quæ vult impetrat.
Efficax natura, sat ipsi cedit institutio.
Et malæ institutionis fructus omnis est malus.
Institutione docta fit statim ignorantia.
Institutione nemo de mala vnquam fit bonus.
Neminem natura fingit rectum, at institutio.
Qui male olim est institutus non potest verti in bonum.
Quisque vt est ante institutus, vel bonus vel est malus.
Terra fert neglecta vepres; erudita mens rosam.
Vita talis cuique, qualis eius institutio est.

INSVLTATIONIS.

Increpare amare atroci sorte pressos, efferi est.
Increpare deprecantem cordis immanissimi est.
Nullus insultat jacenti, quin & insultet sibi.
Nullus insultat misellis, quin & insultet Deo.
Perdito insultare eorum est qui orbis ignorant vices.

Quisquis afflicto est amarus sortis iram in se vocat.
Quid queat sors nescit, vlli quisquis insultat reo.
Quisquis insultat iacenti; non sat est memor sui.
Nemo sit dicax iacenti, sortis impotens rota est.
Sortis in se irritat iram qui iacentem vrget iocis.

INTEGRITATIS.

Est Dei viuens agalma moribus vir integer.
Integros vitæ esse ciues vis tuos? rex hos praei.
Cui licet malo esse nec vult, hunc voca integerrimum.
Dedecus nullum malumue integer incogitate.
Esse iusta, non videri iusta vult integritas.
Integer nequit vocari quem notat corruptio.
Integer passim bene audit, ast vbique temnitur.
Integer sola sequestra lege fert sententiam.
Liuidæ Deæ retundit vna dentem integritas.
Segregat mores malignos ac malos vir integer.
Fortunam vtramque expertus, est homo integer.
Integritate dens niger retunditur.

INTEMPERANTIÆ.

A Deo si abesse quaeris vltime; esto intemperans.
Miles ipse incontinente sub duce est mere fera.
Ne quidem curare semet nouit ipsum intemperans.
Nec solo caloui p[illegible] deest, nec sibi ipsi, intemperans.
Nil habet milis salubre, dux vbi est intemperans.
Omnibus odio, sibique est carnifex intemperans.

Intem

Intemperantes procreat pax longior.
Incontinentes non habet sophus manus.
Intemperantiam inuehit pax longior.

INTERPRETIS.

A bono malóue pendet caussa quæque interprete.
Culpa minima interpretando redditur grauissima.
Desinit bonum esse quiduis sub sinistro interprete.
Ecquis interpres benignus est suorum casuum?
Et bonum & malum omne, pro re, munus est interpretis.
In bono malóue quiduis est repostum interprete.
Lanx bona ac mala rei vtraque in manu est interpretis.
Lanx boni malique vult quod lingua ipsa interpretis.
Mella apes, venena serpens sugit è flore vnico.
Mens maligna interpretatur cuncta partẽ in pessimam.
Nemo mentis aduocatus, nemoue interpres bona est.
Nemo non adest dolori, nemo non plagis suis.
Nemo non interpres æquus est rei quæ iam perit.
Nemo non interpretando rem bonam aut malam facit.
Nescit Aurora inuidere, vesperi nescit dies.
Nemo non interpretatur res suas benigniter.
Nil boni manare sueuit à maligno interprete.
Nil bonum à mentis malignæ suspicandum interprete.
Nil mala mentis sinistro peius est interprete.
Nil malum manare sueuit à benigno interprete.
Nil malum à mentis benignæ suspicandum interprete est.
Nil potest boni à maligno prouenire interprete.
Nil potest mali à benigno prouenire interprete.
Nuncio in probo sita omnis est salus negotij.
Omnium interpres benignus est cui placet qu

Optima in partem sinister cuncta pessimam rapit.
Ordo quilibet malignus sortis interpres sui est.
Pacem amans interpretatur ad meram pacem omnia.
Pendet à bono maleue tardo caussa interprete.
Qualis est interpres, esse res item quauis solet.
Quid boni sperare possis pessimo de interprete?
Quod bonum est, fit pessimum omne, suo maligno interprete.
Rem capit stultus sinistra quamque, dextra sophus.
Sæpe factum ipsum probamus, improbamus qui patr
Sæpe fallantur necesse est quos regunt interpretes.
Vulgus ad peiora promtum, vix fit interpres bonus.
A mente, rerum interpretatio omnium est.
Caussam bonam caussam malam interpres facit.
Caussam malam bonamue interpreti imputa.
Interpres est plebs veritatis, sed mala.
Interpretando & optimum fit pessimum.
Nihil boni à malo impetres interprete.
Nihil mali à bono impetras interprete.
Quisque est bonus, quisque est malus, pro interprete.
Rem non sinistro sed bono sensu excipe.
Vulgus sinister moris interpres boni est.

INVENTIONIS.

Est opum genus celebre fidi amici inuentio.
Est supra aurum omnes atque elenchos veri amici inuentio.
Inuenire malem amicum quam aurum opesque regi
Inuenire posse amicos, est supra orbis omnia.
Inuenire veritatem quisque qui quærit nequit.

I

Inuenire verum amicum, difficillimum omnium est.
Inuenitur raro in vno mensque linguaque optima.
Mella quercubus reposta qui inuenit, facit sua.
Nil ita auium, inueniri quinqueat si quaritur.
Nulla non inuentionem casui ars debet sui.
Qui fugit malum omne, semper inuenit dein bonum.
Facile inuenire est simijs cellaria.
Inuenta qui non reddidit, fur est duplex.
Primum inuenire est iudicareque alterum.
Res est repertu rara amicus cum fide.
Statim inuenit fortuna trux quem quaritat.

INVIDIÆ.

Absque fructu ijs inuidetur quos Deus quos sors tegit.
Nemo non Dei erogantis inuidet dona alteri.
Nemini Deus, sed ipse quilibet sibi inuidet.
Nemini Deus; sibimet ipsi felix inuidet.
Inuidet nimis secundis Principum rebus Deus.
Alteri inuides? eo ipso te minorem iudicas.
Alterum haud ferunt habere res qui habere ipsi haud queunt.
An quid est in orbe tutum dente ab inuidentia.
Certior virtutis index ecquis inuidentia.
Cor comest quem tristes sidus afflat inuidentia.
Cuncta rumpit cuncta perdit mutua inuidentia.
Desides nullos fatigat morsus inuidentia.
Excitatur ex honestis rebus inuidentia.
Fraudium ac calumniarum mater inuidentia est.
Hesperugini inuidere non solet solis iubar.
Hoc habet Liuor boni, acri congreges mactat malo.

Inuidentia est latrare gloriam superstitum.
Inuidet miser beato, diuitique egentior.
Inuidi semper coaxant sibilantue in integros.
Inuidus flet, sed propinqui rebus in prosperrimis.
Inuidus macrescit ager, atque cor comest suum.
Inuidus valde est amarus alteri, at sibi magis.
Ipse virtutem suam odit quisquis inuidos timet.
Lumine inuido intuemur proximorum commoda.
Multum habes, à lupo, ab angue, deses inuidentia.
Nemini inuidere quit mens, sola qua viuit sibi.
Nemini mage est molestus inuidus quam vni sibi.
Nemini non inuidetur cui rei quid est bona.
Nemini non inuidetur rebus in prosperrimis.
Nemini vita ante finem finis inuidentia est.
Nemo dum vita immoratur victor inuidentia est.
Nemo non decus propinqui credit esse onus suum.
Nemo tam viuit modeste quin maceret inuidos.
Nil magis fugax, modo instes prouide, inuidentia est.
Nil sacrati nil profani tutum ab inuidentia.
Non cadit prudentem in vllum torpida inuidentia.
Non caret conamen altæ molis inuidentia.
Omnium origo malorum est vna ab inuidentia.
Ordo Apollini sacratus nescit inuidentiam.
Osor est felicitatis omnis inuidentia.
Pausa vitæ extrema turpem placat inuidentiam.
Pausa vitæ summa demum placat inuidentiam.
Pausa vitæ summa vix vix placat inuidentiam.
Plus nocet sibi met ipsa quam alteri inuidentia.
Quem Deus fouet vel ipsa laudat inuidentia.
Sola natio sophorum nescit inuidentiam.
Vita cui bona est, & ingens gens ei, inuidentium est.
Vix die deprœliatur vltima inuidentia.

Vix demat suprema vitæ pausa liuentem Deam.
Vix dies suprema vires franget inuidentia.
Vix supremo fine fortis vincat inuidentiam.
Vlcus adsidet vetustum musca, sanis abstinet.
Vmbra luci, inuidia magnis addita est virtutibus.
Ædes beatas vexat inuidentia.
Bona occupanti plurium omnes inuident i.
Cœlum tenens non inuidet mortalibus.
Est inuidorum, semper vt culpent bonos.
Contra Deum maxima omnis inuidentia est.
Excæcat animi lumen inuidentia.
Fere inuident bonis quibus non sunt opes.
Gratum inuideri, at inuidere, ingens probrum est.
Inuidia mordet optimos non pessimos.
Inuidia viuis imminet non mortuis.
Inter pares quamplurimum inuidentia est.
Maiorem asellum ferre non potest minor.
Iactantiæ comes statim inuidentia est.
Multi inuident aliis bonum ipsi quo carent.
Non inuident amplissimi vilissimis.
Non inuident diuersa quis professio est.
Non inuidet celsissimis fex ciuium.
Nulli inuidetur constituto in re mala.
Nulli inuidus sic est malus velut sibi.
Nouum omne vbique obnoxium inuidentiæ est.
Raro indiget penuria inuidentia.
Semper beatis inuidet malignitas.
Solus Deus sophusque nemini inuident.
Tibi mali omnes inuident? at non boni.
Tormenta sunt sibimet inuidi sua.
Vbi est bonum, statim est ibi inuidentia.
Vt nemini omnes, omnibus nemo inuidet.

INVITI.

Inuitis praeest tyrannus rex praeest volentibus.
Absonum est id imputare quod datum est nolentibus.
Ad nemus laboris cassi est ducere inuitas canes.
Est labor venatum inanis ducere inuitas canes.
Est leue aut graue, illibenter aut libenter quod facis.
Neminem seruare Christus non volentem sustinet.
Nemini illud pro benigno est quod recusanti ingeris.
Nulla laus aut culpa eorum quae quis inuitus facit.
Nullus in vita tenere quam volens libens potest.
Quae reluctanti inferuntur, crimen in se non habent.
Quod datur minus volenti neminem certe obligat.
Quod sponte non fit non habet legis notam.

INVTILIS.

Nemini vtile id videtur, quod coactus accipit.
Nil datura praeter vmbram conseruntur arbores.
Quidquid est inutile, ingens haud honos est, verum onus.
Quidquid est inutile, in se plus mali fert quam boni.
Inutile omne est, nemini quod commodum.
Inutilis sibi alterique ignauia est.
Inutilis sibi, alteri que incommodat.

IOCORVM.

Cellsa mens contemnit vltro vernulae frontis iocos.
Caret iocorum, cana temeti carens.
Cum miserrimis iocari, maxima est crudelitas.

Est

Est inhumanum iocari cum malo certantibus.
Est periculum iocari cum potentioribus.
Cuius lætatur insons innocentibus iocis.
Minime cum seruis iocandum est, si maneras vis bonos.
More ouis iocus necesse est mordeat, non vt canis.
Qui iocatur ipsus in se, nemini fiet iocus.
Stoicus contemnit ore verndula frontis iocos.
Aduersus iram fortius nihil ioco est.
Facetiarum est omnium Bacchus pater.
Haud vlla pœna sobrios punit sales.
Mens mæsta blandum fingere haud solet iocum.
Senem iocari ac ludere, est vbi decet.

IRÆ.

A Deo irato omne quod vult illico impetrat malus.
Cedere ad tempus Dei ira sueuit, vt plus dein premat.
Est Dei ira magna? maior eius est clementia.
Est Dei ira summa quando minime irascitur malis.
In Dei ira non est ignis, est aqua ignem qua premit.
Semper est Dei ira iusta, semper est culpi minor.
De tyrannis ira lentas exigit pœnas Dei.
Desipit qui insigne grandem credit iram regiam.
Ira regis est tonitrus instar atque fulminis.
Ira regis irretento fertur omnis impetu.
Ira regum triste fulmen, ira regum nex mera est.
Non decet durare regum vllam iram adusque crastinum.
Non minatatim ira Regum, in regna tota perfurit.

Qui

Qui suum dat tempus iræ, principum est iustissimus.
Regis est heroa virtus cedere iracundiæ.
Celsa tantum & vasta adurit ignis inuidentiæ.
Corruit sponte ira; vires subtrahitque illi dies.
Cotis est loco ira, telum quidquid arripit, facit.
Cuncta vult sibi licere cum impotens irascitur.
Dedecet mortalis iras æternas vt ferat.
Ecquis ira iniquitate non sit obstinatior?
Eripi iudicio praua non sibi irati sinant.
Exrecenti iniuria ira nata, vix regi potest.
Femina est tacere cum vir impotens irascitur.
Feminarum ira mage acres in suos sunt quam graues.
Frenum equus cum iam momordet, mentis haud deceps sua est.
Heu quot ira horrenda dicta patrat immiti manu?
In bono, vita pusilla est, æstus iracundiæ.
In minori iram coerce, sic regis in grandibus.
Ira cos est, imo fomes ira fortitudinis.
Ira nulli æque est maligna quam suis cultoribus.
Ira sæpe venit ad nos: nos ad ipsam sæpius.
Ira verax nulla, fatur quod furor trux oggerit.
Ira versa introrsus, ira est omnium grauissima.
Ira vbi est tumor, propinquus & tumor superbiæ est.
Ira vbi est, ibi voluptas nulla, nullum gaudium est.
Ira mater est odij, odium mater est calumniæ.
Ira cos est, fitque telum quidquid arripit furor.
Ira vindictæ obtinere non potest sua modum.
Lenit iras tempus atque sanitatem animis refert.
Ira vult æquum videri quidquid ore prouomit.
Negligens ira est sui omnis alteri vt malum inferat.
Maxima iræ flamma quamuis corruit statim mora.

Nemi

Nemini non plus nociua est ira quam ipsa iniuria.
Nemo non sibi videtur iustus esse ira in sua.
Nil furore distat ira, tempus vnum si eximas.
Nil ita est durum atque dirum, ira quin patret recens.
Non diu potest bonorum viuere iracundia.
Non tenet modum ira feruens acta contumelijs.
A se abit, cui alba bilem mouit indignatio.
Noxia aque ira est amicis atque inimicis maxime.
Nulla pestis quam ira pluris constitit mortalibus.
Nullus indignationis in Deis haret tumor.
Omne fas nefasque calcat ira concitatior.
Perseuerat quisque in ira, caussa tanquam ei sit bona.
Pone terminum statim ira, nullum at vnquam Gratia.
Postquam amor concepit iras, fit dolorum maximus.
Rarus est qui vincat omnem gloria inuidentiam.
Respuit frenum rationis ira adhuc recentior.
Summus est mortalium, ira ius suum in quem non habet.
Stultus irato dat arma, ei arma prudens eripit.
Vltimum est acerbitatis ira non placabilis.
Vltra famem ira sæuit in greges lupi.
Aduersus iram fortius nihil ioco est.
Ante omnia ira Numini occludit fores.
Aperta sit ira vndiquaque Principum.
Cacissima est res mentis irata calor.
Effeminata mentis iracundia est
Est pharmacum ira, comis negligentia:
Et maximum ira remedium est dilatio.
Expers modi ira insania quam proxima est.
Felicitas nutricula iracundia est.
Homini ira cunctam expectorat prudentiam.

In crastinum quæ durat ira, haud regia est.
Infirmitatis ira atrocior nota est,
Insania omnes nos habet cum irascimur.
Ira esse non potest ubi est Beatitas.
Iras Achillis Græcia haud paruo luit.
Irascimur diutius quam lædimur.
Iratus à demente distat tempore.
Mentu sequi ira qua furor ducit solet.
Mortalis ira iure sit mortalium.
Nullus sophorum pectore inuidentia est.
Ne sol in ira se tua condat caue.
Nunquam ira regum destituta fulmine est.
Nutricula iracundiæ felicitas.
Nunquam immodesta prouidi iracundia est.
Placatur ira & maxima obsequentia.
Poeta res est oppida irritabilis.
Prudentior quisque est, ubi ira mortua est.
Quandoque & ira peior est insania.
Qui vicit orbem victus iracundia est.
Sanos neges quos ira feruens occupat.
Seruare bilis impotens nescit fidem.
Sit finis iræ, nesciat finem fauor.
Succumbere iræ mentis est vulgaris.
Summe exitiosa est ira seruientibus.
Teli instar ira cuncta sunt, absunt licet.
Tenere in ira nemo se magna potest.
Vt concoquatur ira, tempore est opus.
Vt magna sit, certe ira lenta Numinum est.
Vt sera sic seuera ira Numinum est.

LVC

IVCVNDITATIS.

Dulcis est eius quod optes assequi, præsumptio.
In nihil sapiendo posita vita iucundissima est.
Nemini jucunda vita est, vita cui nota est probe.
Quæ nihil sapit vescitue, vita iucundissima est.
Sæpius loqui de amatis, omnium suauissimum est.
Suaue id omne est è sophorum profluit quidquid labris.
Famelico me fa nihil iucundius.
Iucunda præfert vtili mens futilis.
Iucunda res est nota habere qualibet.
Iucunditate tota maiestas caret.
Quid militi iucundius victoria.

IVDICII.

Ad Dei tribunal omnes puniuntur Principes.
Cui Deus Themisq; cordi est, iudicare haud quit male.
Est boni iudex & æqui, cui Deus cura ac Themis.
Est Dei iudex minister, est Dei reus cliens.
Et procurator supremi quilibet iudex Dei est?
Iudicans male deinde iudicatur à Deo.
Iudicat bene omnis, ante se Deum esse qui putat.
Nemo adhuc Deum fefellit clam palamue iudicem.
Se sibi vni iudicandum præbet ac Deo sophus.
Ciu bus reges maligni iudices, æqui sibi.
Iudicat rex grandiora, iudicat cum pauperes.
Mente pene æqua, audiente Rege, caussam perdimus.
Non modo partem audit vnam rex bonus sed alteram.

Principes non iudicantur heic, sed ad thronum D
Rex Dei est minister, ergo iudicet Dei vicem.
Vtramque partem audire c. ram regium est.
Absque vero a quoque iudex est idem quod carnif
Æquus est vtrique parti qui benigne iudicat.
Alterum si quando iudex iudicat, e iudicat
Antea vtrique audiendi sunt prius quam iudices
Artiumque casuumque plurium iudex, placet.
Bis perit, perire qui se dignus iudici est.
Caecus atque mancus esto iudicum omnis natio.
Calculi crudelitatis nusquam extant cand di.
Criminosus nemo. semet iudice absolui potest.
Cura ei persona non est, æquitati qui fauet.
De malis bonisue, nemo iudicat quam qui sapit
De salute iudicantes iudicent cunctatius.
Doctus olim humanitates iudicem humanum
bet.
Ebrio de vate iudex ne sit vnquam abstemius.
Ecquis est qui semet ipso iudice absolui queat?
Esse vis iudex pretiosus abstine omni præmio.
Est amor sui examendus cuique recte vt iudicet.
Est asellorum, eruditis iudicare de viris.
Est bonus quem nulla recto spes mouet nec res gradu
Est supra emendationem qui domi iudex sibi est.
Exuas personam amici iudicis quando induis.
Fulmen aurum est, attonare quemque iudicem
let.
Gratiosa sint oportet iudicata amantium.
In domo quaque est t bunal, quaque iudex in a
est.
In manu crudelitatis testa semper est nigra.
In sua nemo esse caussa iustior iudex potest.

In sua nemo esse iudex caussa idoneus potest.
In sua nemo hercle caussa iudicem praestat bonum.
In suo admodum magnus quisque iudex est foro.
Induis personam amici, iudicis statim exuis.
Iudicante affectione, veritas parum valet.
Iudicat semper benigne doctus humanas vices.
Iudicata nisi exsequimur vana iuris dictio est.
Iudicaturus de alieno, iudicet de se prius.
Iudicem attonamus auri splendicantis fulgure.
Iudicem nullum recusat pura conscientia.
Iudicio interesse seruus non potest praetorio.
Iudicio suo acquiescit, rarius alterius patet.
Iudicis persona saepe vel mere histrionica est.
Iudicis statera iusti parte vtraque aequum obtinet.
Iudicis vox esse nescit vera mercenarij.
Iudicum à seueritate fama differt plurimum.
Iudicum est auferre lentos innocentibus metus.
Iudicum est, non ferre lentas litigantium moras.
Iudicum est proferre legum scita pectoris sinu.
Iudicum est vitare culpas & vacare sordibus.
Iudicum frontes oportet sint vbique liberae.
Iudicum gens aure aperta est, nec minus placat.
Iure eo certe obligaris iudices alterum quo.
Iure quisnam vti recuset alterum quo refrenat.
Iustitiae vestem reponit quisquis amicitiae induit.
Nemo judicare recte de suis rebus potest.
Nemo non fert difficulter iudicem aduersarium.
Nemo judex esse caussae suetit in sua bonus.
Nemo non ante, ra censet judicio sese alterum.
Nemo ius dicit sibi ipsi: lex sequenda, & iudices.
Nemo recte judicare de suis factis potest.

Nemo

Nemo vere iudicare propria in caussa potest.
N l spei est cum iudicandus iudicem accusat reus.
Non iudicat qui iudicat pro præmio.
Non potest æquus vocari qui sibi iudex sedet.
Nundinarium tribunal, turpitudinum est apex.
Omne iniquum est quod statuitur parte inaudita al
Omnibus prodest nocetque nemini iudex bonus.
Omnis qui exempla prudens iudicat securiter.
Perplacet parti huic & illi qui benigne iudicat.
Plurium auctus sæculorum casibus, iudex placet.
Præmium iustos sequatur pœna iniquos iudices.
Qui sibi fit ipse iudex, spernit omnes iudices.
Qui sibi iudex fit ipse, iudicem nullum timet.
Quisque iure eo tenetur iudicauit quo alterum.
Quisque personæ esse iudex, nemo caussæ quaritat.
Semper est nigri coloris calculus crudelium.
Sortem vtramque expertus æquos vsque ponit calcul
Sortis vtriusque gnarus iudicat benigniter.
Sortis vtriusque gnarus non nisi æque iudicat.
Veritas insigne primum iudicis vere probi est.
Vir pius ius irreflexa mente sincerum colit.
Vitæ Iudici, Aduocato, plebis lex iniuria est.
Caussa in sua qui iudicat, non iudicat.
Caussæ suæ iudex quis est retundior.
Cunctator esto de salute iudicans.
Dies futuros, iudices puta optimos.
In iudicando lex sequenda est omnibus.
In propria re nemo iudex est bonus.
Inuisa iudici est rei securitas.
Mente & manu abstinente iudex placet.
Ne iudices priusquam vtrumque audieris.
Nec gratiæ, nec largitati iudices.

Nec lenis vltra, nec seuerus quam decet.
Nec lucra iudex quære, nec potentiam.
Nemo esse iudex in sua caussa potest.
Nemo nocens absoluitur se iudice.
Nunquam sibi iudex bonus sat prospicit.
Princeps solutus iudicum viuit metu.
Punire iudex ipse quæ facit nequit.
Quisnam fuit caussa in sua iudex hebes.
Quis quæso iudex est bonus caussæ in suæ?
Quo tardius Dei iudicium, hoc iustius.
Raro abstinentes iudicant, dum maxime.
Res iudicata sæpius rescinditur.
Res iudicata legis obtinet vicem.
Res iudicata, vbique tam res sacra est.
Se iudicare, difficillimum omnium est.
Se nemo fallit effugitue iudicium.
Sola sequestra lege fer sententiam.
Solam sequantur veritatem iudices.
Solus scelesti regis est iudex Deus.
Sunt, iuris arma, non furores, Iudicum.
Vbi est amor, iudicium ibi esse non solet.
Vtrique parti vix placet qui iudicat.

IVRAMENTI.

Absque iurando esse vita cuilibet bono queat.
Decipias talis puellos, iureiurando viros.
Ipse nec iurat, nec vrget alterum vir approbus.
Nil opus iurare, verbis vita sistat fidem.
Qui minus nihilue iurant maxime illis creditur.
Vir bonus iurationes nec capit, nec accipit.

Iure

Iure qui iurando fraudem firmat est scelestior.
Vir probus nec iurat, ullum nec grauat periurio.
Attende non cui; sed per quem iuraueris.
Iurare caussas ob leues, periurium est.
Iuranti habet fidem ille qui non peierat.
Iurare parce: fons enim periurij est.
Qui saepe iurat, saepe oportet peieret.
Qui saepe iurant, si quam habent perdunt fidem.

IVSSORVM.

Cedit Deo omnis iussio mortalium.
Quod facit Deus iubetue, *omne id facit bene* [illegible]
bet.
Omne quod rex vult face illud, rex nisi regum v[illegible]
Alteri praescribito o rex, primus illud seu face.
Iussio, complexa & ipsum Principem, nulli est graui[illegible]
Iussus imperantis, est lex iusque iustum subditis.
Laudibus regum applicamus iussiones non notis.
Nemo regis iussa, quisque regis exemplum colit.
Non potest iubere rex, quod impetrare non decet.
Non potes rex id iubere, quod pium ac iustum veta[illegible]
Qualibet plebs iussa regum perficit pro aequissimis.
Quod iubet rex, est honestum, sit licet turpissimum.
Est heri imperare, serui qualibet iussa exsequi.
Fit duplex scelus, iubenti si scelus facis.
Iube senex, obtempera florentior.
Natura lexque quod iubent, aequissimum est.
Quod facere non quis qui iubet, fieri vetat.

IVRIS.

Æquiter suum cuique diuidit ius fas Themis.
Ambidextra iure nil non cum bono facit Themis.
Assidet Ioui usque summo iuris interpres Themis.
Claua quem Dices seuera tangit, ictu vno atterit.
E solo Themis volauit ad domos Olympias.
Et Themis dispensat aqua cuique lance ius suum.
Iura natura approbare suetus antea est Deus.
Iura sunt Dei aiuterna: iura hominum vices habent.
Iura vita, iura mortis stant penes vnum Deum.
Ius & aquitas fidesque constat aternum Deo.
Ius suum dispensat aqua lance cuilibet Themis.
Qua Deus dat iura cunctis aqua sunt mortalibus.
Vniformis iure nil non cum bono facit Themis.
Ciuibus dat Imperator iura, non item accipit.
Esse tutum sub tyranno non potest ius publicum.
Gentibus quei iura dicant eliguntur principes.
Gentibus vt iura dicant sunt creati Principes.
Iura per populos volentes qui dat, ille dat diu.
Iura terris dant minores vnico Reges Deo.
Iure cuncta rex gubernat optimus, nihil manu.
Ius & aquum regna firmat, perdit eadem iniquitas.
Ius negant scriptum sibi ipsa iura qui dant Principes.
Principi inflectenda vbique iuris acrimonia est.
Quam mage est supra omne ius rex mage illi seruiat.
Qui suum cuique prastat, Principem voco bonum.
Rege dignum est, iuris atque moris humani iecur.
Rex bonus ius irreflexa mente sincerum colit.
Rex esto esto iuris atque moris humani memor.

Rex qui est, vt iura dicat arceatque iniurias.
Rex suis ius dicat, acta rex scelesta exterminet.
Sceptra consistunt, fruendi iuris ergo publici.
Sceptra cuncta sunt, fruendi iuris ergo, Principum.
Scu ne[illegible]ur vocere princeps: iur[illegible] primus vt colas.
Sit Dei atque hominum peri[illegible]us iuris, vrbes qui regit.
Alteri qui iura ponit, vti eis ipsius cupit.
Alteri quodcunque ponis ius, & ipsum te ligat.
Altius ius est, nocere quam cui vlla vis queat.
Bellicum ius vnum idemque crede quod ius gentium.
Ars boni ars aequi vocanda, iuris est prudentia.
Conscientia solutus nemo, iure plurimus.
Ex aequo bonoque iuris lenienda acerbitas.
Exteris ius redde primum, deinde ciuibus tuis.
Fœda nundinatio omnis, iuris at fœdissima est.
In sacris, decreta prisca derogant iuri nouo.
Iura deme, mundus omnis parricidium merum est.
Iura natura vsque durant, ius in illa nemini est.
Iura posteriora semper derogant prioribus.
Iura publ[illegible]e recepta, prius haud contemnito.
Iura qui scit negligitque puniendus acrius.
Iura qui legesque tem[illegible]it, sic eas tamen timet.
Iura sacra antiquiora derogant recentibus.
Iura ferro sauiora, nemo non ferro fugat.
Iura si legesque laxas, subruis rem publicam.
Iure dempto mundus omnis gens latrocinantium est.
Iure quis nam vti recuset quod posuit alteri.
Iuris ex bonoque aequo lenienda acerbitas.
Ius id est, quod vtile illi est qui potest plus omnibus.
Ius peregrinis libenter redde quouis tempore.
Ius tene fama atque factis, non loco & subselliis.
Mos vigens, errorque vulgo dissipatus, ius facit.

Ne quidem absque iure & æquo principetur Iupiter.
Ne supra mortalitatis iura tolle homo caput.
Nil ibi est æqui bonique ius vbi summum imperat.
Nulla fraus, vis nulla oriri iuris à fonte assolet.
Præstat ex æquo bonoque, iure quam summo actites.
Principatum iuris omnem, deferas æquissimo.
Publice nil iura prosunt obsita à rubigine.
Publice recepta iura spernat hostis, haud cliens.
Quæ tua non esse iuris scis minus recte appet. 5
Quod phaselo clauus, hoc sunt iura ciuitatibus.
Quod latrat natura, frustra iura mutent inuida.
Quem nequis domare ferro iure & æquo mulceas.
Sæpe iure præstat & æquum, vis & ensis quod nequit.
Æquum bonumque iure summo destruas.
Antiqua præstant sacra iunioribus.
Extra ordinem ius peregrinis dicito.
Est Iupiter Dice ipse, & ipse item est Themis.
Inter latrones ius viget quoque ac pium.
Iuris rigori conferas magnam crucem.
Iuris rigorem, maximam voca crucem.
Iuris rigor summa crux est addita.
Multum potest vis, sed triplo plus ius valet.
Natura quicquid indicat, verissimum est.
Nil aliud est quam iusque fasque Iupiter.
Pro iure, vires sunt potentioribus.
Quæ cæteris rex, iura pone item tibi.
Qui iudicari non cupit, ne iudicet.
Quod iure non fit omne, id iniuria est.
Regis timendi proprium ius in suos.
Seruanda iura sunt in hostes & sua.
Themis Diceque semper assident Ioui.

IVSTITIÆ.

Criminum iudex seuera grandium semper Dice *est,*
Et Themis Ioui supremo continenter assidet.
Ius suum seruat potestas, & suprema mens Dei.
Iustitiam Deus aduersatur seruientem fastui.
Iustus est Deus nec vlli cognitus facto malo.
Iustus esse vis & æquus! de Deo vsque cogita.
Sæpe & Adrasteia ciues plectit ob regem malum.
Temet accuses oportet, iustus vt fias Deo.
Iustitia ac pietate fiunt Principes vere Dei.
Iustitia rex est sacerdos, iustitia rex est cliens.
Tota maiestas regentis pendet à iusto ac bono.
Absque iustitia diu esse non potest vrbs, nec domus.
Absque iustitia esse seclum non potest mortalium.
Bello & ense inuictus ipsi iustitiæ dabit manus.
Iusta vulgo quæ videntur sunt vel iniustissima.
Iustitia absque, imperia nil sunt quam ampla latrocini
Iustitia est adprima, non plus ceteris requirere.
Iustitia & fons & scatebra est omnium virtutium.
Iustitia obseruata, damno nemini aut malo fuit.
Iustitia, veneranda certe est vrbium nutricula.
Iustitia bono carere, ne quidem latro potest.
Iustitia bonum salubris mater est virtutium.
Iustitia fundamen omnis est modestiæ ac fides.
Iustus est, qui plus minusue nil petit quam quod decet.
Iustus est, quicunque reddit cuilibet quod est suum.
Iustus est vere, nocere qui negat quando licet.
Iustus est vt palma, floret non caducis fructibus.
Iustus vnus mille iniquis à Deo *anteponitur.*

Nem

Nemo iustus est & aequus, cuique quam qui dat suum.
Publica iustitia neruus est rei fortissimus.
Quae salus & usque suadent publice iusta autumet.
Saepe & Adrasti caput rem prole cum tota abstulit.
Vita nulli perstat absque iustitia optimo bono.
Vita viua humana nulli est absque iustitia bono.
Vix ibi iustitia aperta est clausa vbi ex stet manus.
Iuste pieque viuere est, suauissimum.
Iuste pius, pieque iustus est Deus
Iustitia laesa, iniuria est regnantium.
Iustitia non est hominem quae tollit Deo.
Iusto ac pio vicina temperantia est.
Iustos Deus conseruat atque protegit.
Iustum ac pium, dux omnium est virtutum.
Iustum piumque semper assidet Deo.
Iustum putare se, iniustitia maxima est.
Iustus potest premi, sed opprimi haud potest.
Miris modis iustos beat viros Deus.
Mortalibus iustum omne idest quod vtile.
Qui iustum amat contentus aeternum est suis.
Qui iustus est nil ceteris plus postulat.
Qui iustus est, vero repletur gaudio.
Qui iustus est vere usque, regum est maximus.
Qui iustus est, vir est idem probissimus.

IVVENTVTIS.

A sene haud stulte iuuentus consilium sacrum petit.
In iuuentutis vigore rarior prudentia est
Actio decet iuuentam, otium ac quies senem.
Audiat senes iuuentus cor eius plene sapit.

Conuenit vbi iuuenta, prouidentia eſt ſenum.
E ferociore pullo ſpera equum vel optimum.
Eſt iuuentuti moleſta candicans ſenum coma.
Eſt iuuentutis venenum publicum flava Venus.
Freno opus cuiuis iuuenta eſt, eſt opus certamine.
Grandis ætas iuniori perquam amara & aſpera eſt.
In mari vaſto eſt iuuentus, littore prope eſt ſenex.
In motu ſi qua eſt iuuentus, commoda eſt ſibi ac ſuis.
In iuuenta res pupillæ eſt, ſpes ſed anguſtiſſima.
In iuuentutem tenellam vix cadit ſcientia.
In iuuentutis vigore rara prouidentia eſt.
Indecore iuniores imperent ſenentibus.
Iunior cedat ſenectæ, iunior colat patrem.
Iunior fugax laborum ſeneſcet in mala.
Iunior laboris expers, abſque nomine fit ſenex.
Iunior pareto dictis ingraueſcentis viri.
Iunior timoris exors, omnibus damno ac malo eſt.
Iuniores multi ab annis, plurimi ſunt moribus.
Iunioris certa peſtis eſt voluptas ordinis.
Iuniorum cruda patres orſa trudunt in forum.
Iunioribus Calypſo hinc inde Circe vltro imminet.
Labis expers qua iuuenta eſt, tota crimen eſt merum.
Lubricas, eheu, quot iuuenta præcipes flexus tulit.
Lubricis cuſtos cui annis eſt ſenex, non deuita.
Maxime mora eſt iuuentus, cum ſapit vel maxime.
Ne voluptati iuuenta conſulas ſed vtili.
Nemo tam ferox iuuenta eſt, morte vinci quin queat.
Nil magis decet iuuentam quam ſilens ſubmiſſio.
Noxios cætus iuuentus ni fugit, viri gemunt.
Nulla tam proba eſt iuuenta quin de ea queas queri.
Numinum vltima eſt iuuenta, omnium ſed maxima.
Optimum florem iuuentæ ſinguli carpunt dies.

Pluri-

Plurimum vernilitatis in iuuenta pubere est.
Qui male vsus est iuuenta antequam cana senet.
Quis coloratos iuuenta dextere impetus domat.
Quo minus sapit iuuentus hoc minusque ringitur.
Quod bonum est prabe iuuenta, non quod sit ei volupe.
Quod salubre da iuuenta; quod gula facit nega.
Scripta quaque ornant iuuentam mente pradicam bona.
Sunt decus summum iuuenta compedes Sapientia.
Talis est iuuentus, agri qualis est flos, mox perit.
Tam mala nulla iuuenta est quin queat fieri bona.
Turpeni laude iuuentus, sin quid audes sit breue.
Voce & exemplo erudire iuniores est senis.
A iuniore turpiter discat senex.
Ætate peccat iunior non communi.
Amat iuuentam qua ante canos iam sapit.
Cuiuis iuuenta dulce torpedo malum est.
De moribus raro triumphat iunior.
Fluit iuuenta, labitur que de manu.
Iuuenta vbi est ibi est & imperitia.
Monenti adultus pareas recte seni.
Numquam sapit iuuenta; semper desipit.
Ornat iuuentam rebus in cunctis pudor.
Praceps iuuentus more fluminis ruit.
Pracepta det senex, adoret iunior.
Prima voluptas semper atati est comes.
Procliuis est iuuenta quouis ad malum.
Quod corde sentit, ore prodit iunior.
Quod vtile est prabe iuuenta, haud quod placet.
Sit iunior, lingua silens, genis rubens.
Turpe est iuuenta si sene est infirmior.
Vbi iuuenta ibi est quoque ignorantia.

LABORIS.

Cælites ſudore cuncta fænerant mortalibus.
Cælitum abſque pace quiuis cedit incaſſum labor.
Cuncta Dij labore vendunt atque pertinacia.
Cuncta Dij labore vendunt ſed comes cui it quies.
Improbo labore quæuis conſequare apud Deum.
Rex licet, molam mouebat Pittacus tamen manu.
Non poteſt grauis Duci eſſe, quem leuat honos, labor.
A labore cruda virtus robur atque opes trahit.
Abſque labore acri virtus comparari non ſolet.
Abſque labore acri virtus contineri non ſolet.
Abſque ſudore obtineri ne quidem virtus poteſt.
Abſque ſudore obtinere non poteſt quod optimum eſt.
Ad bonum exitum orſa mentis efficax ducat labor.
Ad labores vix redibit luxui aſſuetus ſemel.
Alterius labor laboris eſt gradus mortalibus.
Cum labore quod ſit, eius eſt perennis gloria.
Concham oportet frangat eſſe qui cochleam deſiderat.
Dente opus molare frangas vt noces amygdalas.
Dexteram molam rotabit rex foret cum Pittacus.
Eſt laborioſa virtus, ſed tamen vitium magis.
Eſt labos ibi, eſt periclum; laus vbi eſt, vbi eſt honos.
Gloria hoc eſt, hoc honoris, ne labori ſit labor.
Hunc laborem ſume, laudem qui tibi ac fructum ferat.
Inclitum per ſtela nomen ſurgit à laboribus.
Inſidet palma alma virtus atque ſudor hymniter.
Iunior qui non laborat ſtrenue eſurit ſenex.
Maior eſt fructus corona, maior vbi fuit labor

Marce-

Margaritam ferre si vis ostrea testam auferet.
Margaritam habere qui vult, concha oportet exuat.
Ne labori sint labores debitum vni gloria est.
Ne labor cui sit labori, gloria atque honos suum est
Nil in orbe quod labore consequi quis non queat.
Nil mage est laboriosum quam praeesse ciuibus.
Non grauat labor; voluptas, res decusue quem leuant.
Non habet labor laborem, cui comes perstat honos.
Non habet pondus laboris quod lubens amor facit
Non meretur laurum & aurum quam laboris assecla.
Nullus est finis laborum, cui voluptas non adest.
Ob voluptatem decusque remque militat labor.
Omne quod fit pro parente est voluptas non labor.
Ostrea frangenda testa est margaritam vt auferas.
Pone terminum decentem feruidis laboribus.
Pro salute liberorum nemini non est labor.
Quis labor constet labore, praestitus parentibus?
Qui cylindrum tympanumue quaerit, ostream assat.
Qui nucem esse vult, oportet frangat ante nucleum.
Qui voluptatis laborem spe fugit, palam est malus.
Quidquid est bonum atque honestum à labore prouenit.
Quod venit labore nullo ted osa gratia est.
Saepius paruo labor maximum comes lucrum.
Semper horreum ijs inane est qui minus mouent manus.
Si laboras pro parente, non vocandum id est labor.
Subleuat quemuis laborem spes, voluptas, res, honor.
Tergiuersari labores, iunioribus nefas.
Tollere haud est margaritas ante rupta opercula.
Vis perire asinum atque seruum? omnem ijs laborem tollite.
Affectioni nullus est iunctus labor.
Bonum minus petit laboris quam vadum. ...m vadu...

Expers laboris omne amor quidquid facit.
Fugitans laborum inanis hæres horrei est.
Ingi labore qualibet tibi impetres.
Labor modestus corporis vires alit.
Labore quiduis consequaris improbo.
Labor senectæ obsonij loco optimi est.
Labore vbique constat ingenti decus.
Labore vendunt qualibet Dei bona.
Leuat labores quoslibet comis lepor.
Breuis labor; perenni viua gloria est.
Multos labores sæpe vnus sedat labor.
Non vt diu viuas labora, at vt satis.
Nullus labor molestus est volentibus.
Pe sæpe crescit ipse dum fertur labor.
Venalis est res qualibet sudoribus:
Vbi est labor deesse non potest honos
Vbi est labos ibi est voluptas proxima.
Vbi est labor vicina semper gloria est.

LACHRIMARVM.

Lacrimæ post fata regum non supersunt ciuibus.
Lacrimis mortem potentum nemo prosequi solet.
Risibus ciuis parentat regibus, non lacrimis.
Absque teste lacrimæ omnis omnium fidissima est.
Est tibi prius dolendum flere si vis alterum.
Femina fletus carere non solet fraude ac dolo.
Feminam natura facit promptiorem ad lacrimas,
Flere vix viri est, puellus flet quoque aduersario.
Lacrimæ arguunt, homullis cor datum mollissimum.
Lacrimæ leuant colores fit minus luctu malum.

Lacri-

Lacrimæ precesque quid sint, nescit heroum genus.
Lacrimæ testes doloris sunt, sed absque legibus.
Lacrimas spectare vix est flentium absque lacrimis.
Nemo lacrimatur absque teste quam cui est dolor.
Non solent plorare matres militum pauentium.
Quilibet scit flere: fletus lucis est exorduim.
Turbidi rubent ocelli flentibus bona fide.
Causatque morbos, deuorare lacrimas.
Et morbi caussa est lacrimas compescere.
Facit fidem ipsum flere pænitentiæ.
Lacrimatur alterius malis fauor.
Lacrimare nescit quisquis vlcisci potest.
Lacrimasque magnus nescit Herois *vigor.*
Priuata lacrimis damna defleri queunt.
Qui lacrimandus occidit, vixit diu.
Quod fructus arbori id dolori lacrima est.
Videre flentem vix licet, quin assleam.

LÆSIONIS.

Nemo ita est potens vetante lædere vt queat Deo.
Nil leue omnium æstimandum est quo Deus lædi potest.
A quibus nil suspicaris ferre acerba, duplat malum.
Antea læsus maligne suspicax de cætero est.
Conferunt caussam suorum criminum læsos malis.
Decipi semel malum, bis stulte, turpe tertio.
Disijcit quosuis amores læsio omnis grandior.
Fluctuum vultum fidelem semper horret naufragus.
Fraude sæpe capti fraudis vel meram vmbellam timent.
Illisos canet pauetque piscis ictus homulos.

Læditur quiuis mage à se quam sæpius ab altero.
Læditur se quisque ab ipso; ab altero non læditur.
Læsa auis visco, arborem omnem glutine oblitum puta
Læsa visco pennas in omni virgula viscum timet.
Læsa virtus sese humo effert atque casu suscitat.
Læsio quæuis molesta, verum amici maxima.
Læsus ac lædens, amica mente non sunt inuicem.
Læsus hamo Piscis, hamum quolibet timet cibo.
Mysiæ rex fortem eandem sensit & mitem manum.
Naufragus nunquam marinæ fidem habet pellaciæ.
Neminem sermone, facto neminem, lædit bonus.
Nemo lædit absque fructu; quisque dum nocet, docet.
Non cadit saxum vnquam ad vnum bis sapiens sed ter.
Non potest culpare ventos naue bis fracta enatans.
Non potest quis lædi ab vllo quin simul fructum aufer.
Piscus ictus, cibo in omni duplices hamos timet.
Piscis ictus omni ab hamo quem cibus tegit cauet.
Piscis ictus semper horret illitos hamo cibos.
Quæ semel viscatur ales, vsque virgam omnem timet.
Qui cadit bis saxum ad vnum, non sapit, sed desipit.
Qui maris fugit procellas vnice portum expetit.
Saxa ab vno sæpe stultus læditur, semel sophus.
Saxum ad vnum idemque nunquam bis ter, offendit sophus.
Semper horret piscis ictus illitos hamo cibos.
Tacta auis visco horret omne virgularum hians genus
Ter quaterque saxum ad vnum stultus impinget pedes.
Ab igne læsus semper ignem horret puer.
In læsione qualibet fructus suus.
Læsus adhæret vsque dextra Numinis.
Læsus semel de cetero fit suspicax.

Nil lædit vllum, quin sit illi & vtile.
Peccare bis vel maxima imprudentia est.
Qui lædit atque læsit, vsque diffident.
Qui a te læsit, an potest læsus queri?
Se quisque lædit ipse, neminem Deus.
Sero Phryges post damna fiunt callidi.
Si læsus es, tibi imputes, haud alteri.
Stultus frequenter fallitur, sophus semel.

LÆTICIÆ.

Nemini læti aut sinistri sunt Dei simpliciter.
Læta egestas vincit omnes Imperantum adoreas.
Læta paupertas supra omnes est fauissas Principum.
Rex quis est; virtute vera lætus, & mentis bono.
Absque læta mente nolim totius mundi typhum.
Absque læta mente viuum vix cadauer est homo.
Arduum est ipsis tenere rebus in lætis modum.
Est homo viuum cadauer læta mens si tollitur.
In malis tristi ore læta proloqui perarduum est.
Læta mens amat quietem, læta mens odit truces.
Læta mundi non habent mel, tristi ouant absynthio.
Læta res at læuta, spernit hospitem modestiam.
Lætus esse vis vbique, ne mali sis conscius.
Lætus in præsens quod vltra est curare animus oderit.
Lætus in præsens, futura linque se torquentibus.
Legem habent hanc læta, iunctum semper iis quiddam mali.
Mens inebriata lætis, ceu mero, sui inscia est.
Qui sapit, nunquam cor ausis credulum lætis dabit.
Vis loco esse lætus omni? fac bonum, vites malum.

Cum læta mittit tum Deus malo est Deus.
Lætitia nil est mentis ac diffusio.
Perenne læta recta conscientia est.

LARGITIONIS.

Qui Deo par esse quærit, largiatur pauperi.
Mare fontis sit necesse est imperantum largitas.
Rex es; ergo signa late largitatis exseras.
Rex nihil cui largiatur, dum nihil quoque auferat:
Sub potentum largitate sæpius latet dolus.
Æquitate metienda est dantis ipsa largitas.
Conciliat sibi fauores largitas sed improbos.
Cuncta habebis tuta, amicis largiere quæ tuis.
Dantis æquitate veram largitatem censeas.
De rapina deue furto non probatur largitas.
Diuiti tunc cuncta desunt largiendum vt pauperi est
Frons perennis crebro ab haustu se fit ipso clarior.
Hoc salubrior fit vnda, quo mage hauritur lacu.
Largitudo non repletur impudens petacitas.
Largitas haud metienda est apparatu munerum.
Largus indoli esto quæ se publico applicat bono.
Munerum haud est apparatu metienda largitas.
Nemo non largitione demouetur de statu.
Nulla adhuc vnquam repleta est largitate petacitas
Pauperi largus perire morte non potest mala.
Peior vnda fit haustu quæ fuit, sed purior.
Publica felicitatis est loco vir largior.
Quæ patri largiris auctim postea à prole auferes.
Quam magis de fonte nimis, copiosius fluit.

Quam magis de fonte sumis, redditur sincerior.
Quemlibet mouere de gradu largitio est.
Qui parum largitur esse gratus haud potest amans.
Quo frequentius putei vndas egeris, mage elicis.
Qui mage exhauritur, hoc fons quilibet fit clarior.
Si pecunia esse largus non potes, sis gratia.
Vendere, haud donare suevit factiosa largitas.
Quidquid bono largimur, omnes obligat.
Rectos ad vsus erogant opes probi.

LASCIVIÆ.

Est adulter haud maritus, coniugi lasciuior.
In mala re nulla, multa re bona lasciuia est.
Laus vbi seuera, sedem non habet lasciuia.
Longior quies profana mater est lasciuia.
Non solet districtum adire segnipes lasciuia.
Plurimis lasciua parit pagina; at vita est proba.
Vita cui lasciua, eidem pruriens oratio est.
In paupere omnis turpior lasciuia est.

LASSITVDINIS.

Defatigatis laborem imponere, est pessumdare.
Defatigatis redire vena per vinum solet.
Lassitudinem diei ponere est biborio.
Lassitudo verba multa non requirit, rem petit.
Sarcinam labore fessis ne graua, sed detrahe.

Sponte

Sponte nata lassitudo nunciat morbum ad manum.
Labore fessis sat i am oggeras caue.
Lassus viator otium rogat Deos.

LATROCINII.

Cum latrone agatur armis non legationibus.
Diuites latrocinantur: furto inhærent pauperes.
Fert Bias in qua latroni furibusque nil licet.
Inprobum ac pium latroni furibusque nil licet.
Militem latrocinari cui datur stipendium?
Pessimos cense latrones, fraude qui vim vrgent suam
Quot viantes & latronum tollit insessor globus?
Se latro dedisse vitam iactat, à quo non tulit.
Atrocior vult esse quisque quam est latro.
Etiam latro ille est qui arborem ense dat neci.
Homicida non est qui latronem interficit.

LAVDIS.

An quid in cælo solove est quin suum laudet Deum
Fas sacro laudes torustas exsequi silentio.
Hoc agamus digna sacro laus Dei silentio est.
In Dei sonare laudes nulla vox satis potest.
De not., de laude regum quisque narrat auctius.
Laudibus cul.pisue regum nemo non quid adijcit.
Nemo non de plebe laude ringitur potentium.
Siue honesta, siue turpis, laus perennis Principum est
Absque laudam opimae dote tota virtus frigida est.

Ad bonum plerosque laudum blanda Siren allicit.
Ad suas quicunque laudes intum'scit, bulla fit.
Addita est laudi voluptas atque delectatio.
Alma laus fructu perenni pensat ærumnas breues.
Ambit vltro laus beatos paruulo atque heros sui.
Aucupant laudes inertes, obtinent industrij.
Carpit omnes audientes laude garrulus sui.
Crede non opinioni, sed tuismet moribus.
Diues est suopte censu laus virorum illustrium.
Eleuat laus cuique cristas, sit licet falsissima.
Est boni laudare dignos improbosque carpere.
Est decus laudare amicos largius vero modo.
Est decus secle, alma honestat laus vbi insignes viros.
Exsequare horrore laudes & sacro silentio.
Falsa laus castigat, ac quo maiore est notat magis.
Fons perennis laus polita est; quam mage it, crescit mage.
Fructus est virtutis ingens laus ab ore Nestoris.
Gloria scias egenum laudis aucupem sui.
Grandiora vero amici laudis efferunt sinu.
Gratior laus transmarina semper est domestica.
Immodesta laus malorum nutrit inuidentiam.
Impudentiæ supremum culmen est laus propria.
Iusta laus, periculorum præmium est viro omnium.
Largius laudare amicos, crimen agnatum est bonis.
Laude censeri suorum qui solet, laudum est inops.
Laude censetur suorum stultus, at sophus sua.
Laude non sua tumere, propriè pauonium est.
Laude virtus mutuata non eget: sibi omnia est.
Laude parua dignus est is qui antefertur pessimis.
Laude multa omnes tumescunt, ipsa item modestia.
Laudis aura blanda, nescit vel [illegible] tertium.

Laudis

Laudis hamo destitutum quidquid est, neglectum est.
Laudium dulcedo calcar grande indoli bonæ est.
Laus amici forte vera est, sed caret tamen fide.
Laus amici vera raro est cuncta per vitium vides?
Laus bonorum grande cuiuis esse sueuit præmium.
Laus bonorum singulare est optimorum præmium.
Laus bonos malos querela sempiterna curauit.
Laus parentum calcar ingens liberis est ad bonum.
Laus pudorque haud molle calcar addit indoli bonæ.
Laus sui ipsius proteruæ succinit dementiæ.
Laus venit post fata paucis, vix superstitem fouet.
Literis laus atque fama multa, sed nil præmij est.
Maxime laudi resistunt qui merentur maxime.
Maxime laudem meretur, maxime qui respuit.
Nemo laudi mortuorum, quisque viuis inuidet.
Nemo non à laude multa fit tumentis pectoris.
Nemo non laudatus, esse vera credit omnia.
Nemo non homo latenter gaudet ad laudes suas.
Nemo non laudare se vult maxime tunc cum negat.
Nemo se laudat celebris plurimorum laudibus.
Nemo tam malus, cui esse non queant laudes suæ.
Nil pithæco accedit etsi forte dicatur leo.
Nil trahi sorte è parentum laudis aut labis potest.
Nulla laus caret labore, nulla laus industria.
Omne quod probum atque honestum est; non eget extera.
Omnis est laus falsa mortem quæ antecedit vltimam.
Pauciorum est, ire opima laudis ad fastigia.
Prima vis laudum potentes cordibus motus ciet.
Proximus maiora vero laudis è pleno sinu.
Quelibet patrare laudis suevit esuritio.
Qui bonos laudat, videtur non abhorrere à bono.

Qui viri laudes boni effert, est vel esse vult bonus.
Qui vir est, in mente laudem statuit esse maximam.
Qui volucres captat auras, laude vere ci cadit.
Quid viro de quoque di as, & cui, semper vide.
Quidlibet fert atque patrat laudis esuritio.
Quisque vates ore laudat, sed nihil promit domo.
Quod probum est, quod est honestum, respuit laudem externam.
Saeculo laus digna honestat optimos viros bonos.
Si tibi laus profutura est propria illacia utere.
Sponte currentis virilem laude suscites gradum.
Tam malum est laudare inertes quã reprendere approbos
Vera laus, praeconium ingens, falsa laus conuicium est.
Vera laus radice constat, ficta ceu flos succidit.
Vera laus solummodo ornat: falsa, castigatio est.
Vera virtus exterorum non eget praeconiis.
Vera laus integritasque tempore haud vllo cadunt.
Vera laus virtutis esse fructus ac merces amat.
Caue ante laudes quempiam quam noueris.
Condigna sacro laus Dei silentio est.
Laudanda qui non laudat alt est inuidus.
Laudanda reges saepe fecerunt mali.
Laudare regem non potes nisi bonum.
Laudare se ipsum grandis impudentia est.
Laudare se vani est, notare lignei.
Laudare vere non potes quem non probas.
Laudari ab illo quisque amat quem diligit.
Laudato quemque, tarde itemque carpito.
Laudantur etsi Principes agant male.
Laude incitatur mentis erecta indoles.
Laus alma honesta est suscitamen indolis.

Laus

Laus alma rerum sublevat molestias.
Nemo tyrannus laude gaudet posthuma.
Exorsa laudum multus obsidet labor.
Praparans esto in laudibus viventium,
Quis magna parum exequi audeat modus?
Sunt & sua laudes item impr bissi nis.
Rubet quoque ipse laudibus pudens suis.
Se nemo laudat ipse dignus laudibus.
Vera refulget laude qui falsam fugit.
Virtutem vbi laudas, simul laudas Deum.

LAVREÆ.

Absque tempore ac labore laurea eccui venit?
Irriga sudore laurum; tanget ipsa sidera.
Laurea imbre opus laboris, & calore industria.
Multa ibi sit laus oportet praesto vbi frons laurea.
Non viret diu vlla laurus qua caret sudoribus.
Plurium labore partam lauream vnus occupat.
Rarus est sagi togaque qui reportet lauream.

LECTIONIS.

Cui bona est mens; lectionis quodlibet genus bonum
E sapore mella multo fingit experiens apis.
Lectio omnis ruminando vertitur succum in bon
Memoria labi legentas multa, non est infrequens.
Nil iuuat primam iuuentam multa lectio ac vaga
O pudor; rosas relinquunt plurimi spinam legunt

Veritas in lectione diligenda non logos.
Multum legens non multa, multum proficit.
Spinas relinque lector, ac rosas lege.

LEGATA.

Dedecus legati ad illum qui ire iussit pertinet.
Et sui legatus implet Regis augusti vicem.
Nil licet legatum in ullum iure gentium stato.
Omne perpetrare lingua quod potes, ne agas manu.
Quod licet sermone stulte cade & ense finias.
Quod potes sermone, ferro consequi nefarium est.
Talis est legatus rex qualis à quo mittitur.
Belli metu non una fit legatio.
Legationes exprimit multas timor.
Legationum ipsa est ferax victoria.
Legatus absque fraude raro mittitur.

LEGATORVM AD PIOS VSVS.

Ad pios legata alendos, ditium exercent coquos.
Ad pias legata caussas, devitant fere improbos.
Ditium fit præda, quidquid destinamus pauperi.
Divites beant, egeni destinant quæ egentibus.
Divitum cedit culinæ pauperum donatio.
In foro sumptuque dives atterit sacra Deo.
Neminem legata egenis divitant quam Principem.
Pauperes donant egenis, largienda diviti.

Paupe-

Pauperes legant egeno, nunquam egenus quæ capit.
Pauperi donata, fiunt fructu & vsu diuitum.
Pauperi legamus omnes, queis beantur diuites.
Pauperi legata, cedunt ditiorum commodis.
Pauperi legata, præstant fructum & vsum diuiti.
Pauperis legata mensa, diues absumit domi.
Pauperum largitiones præda fiunt diuitis.
Pauperum legata, egenos non alunt, sed diuites.
Pauperum legata ventri, diuitum vorant canes.
Pauperum sudore sacra nutriuntur diuites.
Principum canes equique pauperum vorant opes.
Regum aues, canes, equique, pauperem fraudant su
Vltima egeni voluntas, diuitum accedit bonis.

LENITATIS.

Concitare lenitatem vrbem ad iram vix queas.
Lenitate regna constant atque temperantia.
Lenitatis ira non est ira, sed merus furor.
Non solet diu interire lenitatis gloria
Omne regnum lenitate fecit ad calumniam.
Lenitas, virtus Potentum est omnium vel maxima.
Limpidus virtutium fons regiarum lenitas.
Est leniori munus amplum lenitas.
Et lenitate mitiges ferociam.
Ferri nequit commota ab ira lenitas.
Longanimitas est coctio molestiæ.
Metu asperata lentitudo fit furor.
Nihil magis fortem decet quam lenitas.

LEG

LEGIS.

Æqua iura sunt propinat quæ Deus mortalibus.
Ciuium lex quæque legi subdita vnius Dei est.
Lex Dei mutanda, nullo vel loco vel tempore est.
Lex Dei, natura rerum est, quæque à lege haud discrepat.
Lex Dei regina regum est impie imperantium.
Lex Dei pudore cuncta facerat mortalibus.
Lex ibi humana inchoatur lex vbi finit Dei.
Mens bona à Deo pudorque est, à Deo est legum metus.
Multa legibus iubentur, quæ Deus palam vetat.
Nemini nato Deorum obloqui fas legibus.
Non habet natura leges, à Deo quam quas capit.
Non habet natura leges alteras quam dat Deus.
Non probat natura leges quas Deus non approbat.
Obloqui Dei sacratis nemini fas legibus.
Quas dedit natura leges has Deus quoq; approbat.
Qui Dei legem scientes negligunt, peccant magis.
Qui Dei mutare leges quærit, inuenit malum.
Quod iubet natura, lex id summi item mandat Dei.
Scripta lex seruanda nulli, si Dei ius abrogat.
Absque lege rex, caballus est sine oris vinculo.
Fortior res nulla lege est, nacta si regem est bonum.
Legibus rex exsolutus est suis, non & Dei.
Legibus rex illigatus omnium est liberrimus.
Lex vbi est auriga regis, nunquam equi eius cespitant.
Lex vbi diuina floret, floret & lex principum.
Nulla maiestas tenetur legibus, nisi velit.
Nulla lex est quin sacerdos si iubet rex destruat.

Prin

Principis boni voluntas omnis est in legibus.
Principes qui in verba iurat legem habet superfluam.
Principum est dictare leges, plebis ipsis obsequi.
Turpius nil rege legem qui ratam haud habet suam.
Sub iugum legum suarum primus it princeps bonus.
Vis tuas vigere leges? fac vigeant leges Dei.
A necessitate legum rex solutus omnium est.
Absque lege iustitiaque vita cuique pessima est.
Absque lege mundus hic nil quam latronum sit specus.
Absque lege nil loquare nil agas nil cogites.
Absque muro urbs multa sed nulla absque lege floruit.
Æquum eam subire legem ferre quam vis ceteros.
Asserit leges probatas temporis longinquitas.
Bellicas leges vel ipsa Morte sancit dux bonus.
Ciuitas soluta lege salua iam esse non potest.
Cum bono est lex, ciuis uti qua recusat publice?
Cuncta cauta, integra cuncta, sunt sub ipsis legibus.
Difficillimum tenere est auream legem modi.
Frena, leges sunt potentum, sunt asyla pauperum.
Imperij cuiusque leges firma sunt fundamina.
Impium est mutare leges quas Dei scripsit manus.
In suas quicunque leges peccat is peccat duplum.
Innocentiam reducas, lex erit superflua.
Lege ab omni liber vt sis, esse iustus incipe.
Lege factum, vindicari lege nullibi solet.
Lege natura vti oportet, nou item regum omnium.
Absque pœna cuncta peccat, legibus potentior.
Lege patria quemque vti iusque fasque postulat.
Legem amat colitque liber quamque sponte non metu.
Legibus caussas honestis prabet excessus sacer.
Legibus nemo nouellis mox lubens obtemperat.
Legibus parere non est seruitus nisi impiis.

Legibus suis relinqui dedito gratissimum est.
Legis obseruanda verba sunt quidem sed res magis.
Legis vnicus violator, & violator omnium est.
Lenius legem nescire crimen est, quam spernere.
Lex amicitia aut pudoris nulla, in vltimis malis.
Lex aranea est, egentes alligat, ditem haud tenet.
Lex ea aqua est nemo in vrbe qua vtitur.
Lex in hoc est scripta ne quis absque pœna agat male.
Lex negligitur tueri quam magistratus negat.
Lex nequit mutare mores sponte natura insitos.
Lex nihil est destituta Principum custodia.
Lex nihil prodest in vrbe, si absque peccatur nota.
Lex perit natura, in vrbe scripta vbi lex imperat.
Lex suprema lexque prima est publica rei salus.
Lex vbi non est, ibi esse scito & innocentiam.
Lex vbi nulla est, ibi esse quei queat res publica.
Ne noues legem absque caussis & quidem pragnantibus.
Non domus quidem vlla longum perstet absque legibus.
Neminem lex lasit vnquam, quin parens est cuilibet.
Nemo inultus sancta tempsit scita calestis fori.
Nemo legem in se recuset iudicauit qua alterum.
Nil ita est vile ac pusillum, lege quin fiat sacrum.
Nil iuuat sancire leges, si ipso in vsu torpeant.
Nil potest lex destituta prasidum custodia.
Non eget lege aut regente qui regens ac lex sibi est.
Non queunt rei esse legis, legis ignari Dices.
Non sat est latam esse legem, si vsus eius non viget.
Nulla natura abrogatur lex; manet perenniter.
Nulla non flectenda lex est publica rei bono.
Nulla pacis, nulla belli nota lex Ætolia.
Nulla lex est septuosa fraude quin verti queat.
Obloqui nefas statutis qua tulit rerum arbiter.

Omne quod legi repugnat, est idem quoq; impium.
Omnium regina lex est quæ tenet mundi pila.
Optimas leges nec vsus ipse longus corrigit.
Ordo naturæ ipse lex est omnium antiquissima.
Patriæ salus suprema semper exstat lex probis.
Patriæ salus, suprema semper est lex omnium.
Pauculi leges pudore percolunt; plures metu.
Sanctitate puræ vitæ quam minis legum impetres.
Præsidet lex vsquequaque ciuibus volentibus.
Pro laborante vsquequaque militat legum fauor.
Protegunt rem publicā arma; sed tamen leges magi
Quæ vetat natura, nulla lege firmari queunt.
Quamlibet referto legem commoda ad rei publicæ
Quas iubet natura leges tempore omni permanen
Quem ratio haud quit continere, pœna legum conti
Qui timet legem, timere nil in orbe dein solet.
Quid iuuat lex nulla præsto si eius est custodia?
Quid iuuat sancire leges pœna ni culpas premit?
Quis recuset iudicari legibus quas fixerit?
Sensa legum seruat, insons, verbo inhæret improbus.
Stes licet cunctas supra artes, lex tamen te est, cels
Sub bono, legem timemus sub malo, calumniam.
Sub iugo lex est potentum plebs cum non fouet.
Tela aranea omnis est lex: grandiora non teret.
Tolle leges Orbis omnis parricidarum est specus.
Vinculis canes soluti saltitant lasciuius.
Vindicat lex id quod actum est: ante gesta negligit.
Vix diem lex durat vnam nulla cui custodia est.
Ab auo in auum stant patrii leges poli.
Æquum est teneri legibus regem suis.
Altus licet sis, lex tamen te est altior.
Antistitis pro lege factum ducitur.

A

Aranearum quæque lex par est plagis.
Bonæ leges, morum malorum filiæ.
Cui bono lex publice nisi vtimur.
Capere leges iam repertis frugibus.
Cum lege quidnam seruulo commercij est?
Cur lex vocetur quæ omnibus neglectui est?
Decreta cœli nemo frustrari potest.
Diuturnior mos obtinet locum.
Ex malis bonæ creantur moribus leges.
Impone leges ciuibus volentibus.
Legem esse nullam præstat, illa quam haud fruiâ
Legem time, timere si velis nihil.
Leges bonæ ortum moribus debent malis.
Leges Dei cum sole cum Luna manent.
Leges Dei mutationem non ferunt.
Leges feruntur sit bene vt reipublicæ.
Leges iniquis sancijt æquas Dice.
Leges loquuntur ore eodem idem omnibus.
Leges silent arma inter atq; classica.
Leges sine vsu, sunt sono absq; cymbala.
Leges timere qui potest, nihil timet.
Leges vereri sempiternas est pium.
Legis minister est magistratus suæ.
Legum Dei nulla est nouari quæ queat.
Legum omnium vis est in obseruantia.
Lex est sacrorum cuiq; more patrio.
Lex quæq; quemuis muneris manet sui.
Lex spreta noxa maxime est spernentibus.
Mens imperantis lex sibi & recti arbitra est.
Mores mali patres bonis sunt legibus,
Mutationes non ferunt leges Dei.
Natura mihi quod porrigit Lex est Dei.

Nescire legem leuius est quam spernere.
Nihil valet lex vlla vbi est necessitas.
Nullis ligatur vinculis legum aequitas.
Origo legum venit ab iniurijs.
Pro lege amicis mos valet pretiosior.
Nihil manet totum solutis legibus.
Nisi vsui est, lex publice, nulli bono est.
Pro sceptro habet princeps bonus legem Dei.
Regina regum sic tam lex omnium est.
Rex, viua lex est, viua imago Rex Dei est.
Sunt firma leges imperij sui damna.
Suprema lex vbique patriae est salus.
Timoris expers esse vis? leges time.
Violare leges patrias piaculum est.
Vbi est metus legum, est ibi felicitas.
Vbi exulat lex, exultat concordia.
Virtus virorum lege quaque est fortior.

LIBERALITATIS.

Larga est in omnes liberalitas Dei.
Liberalis atque clemens quisquis est, digne imperat.
Liberalitas profecto prima virtus Principum est.
Liberalitate regem vincere, est se perdere.
Nil ita est regi decorum quam alma liberalitas.
Principum raro intrat aulam vera liberalitas.
Quo die te liberalem non facis, non imperas.
Viuit aeuum in omne regum iusta liberalitas.
Absque dilectu modoque nulla liberalitas.
Corde dantis aestimanda est vera liberalitas.
Cur vocetur liberalis cuncta qui impendit sibi?

Dote doni haud metienda est vera liberalitas.
Esse munem mente oportet, si minus licet manu.
Esse non beatus potest, qui vexare non potest
Gratius iuuare cunctos, quam incubare follibus.
Liberalem habe, libenter qui facit bonis bene.
Liberales nil auari prodigium possident.
Liberaliorum in omnes destituit benignitas.
Liberalis est merenti qui suum dat alteri.
Liberalis ille non est qui coactus profuit.
Liberalis ore reque largus est merentibus.
Liberalitate nimia liberalitas perit.
Liberalitatis est fons, non hebes frugalitas.
Libere quod cuncta praestet, dicta liberalitas.
Nil agit clam liberalis; nil agit palam ambitus.
Pauperi munem esse mente, si minus licet manu.
Pauperi quoque esse munem rebus arctis nil vetat.
Sorte nolente esse munem rebus arctis nil vetat.
Vile habe aurum, quo parari dia libertas potest.
De fonte sic haurito ne omnem exhaurias.
Est liberalis, de suo dat qui alteri.
Munem esse mentem vel miserrimo licet.

LIBERORVM.

A Deo est, ament tenelle quod parentes liberos.
Liberis solummodo unus anteponendus Deus.
Sunt Dei loco parentes liberis prudentibus.
Liberi regum educari non solent quam libere.
Liberorum regiorum mollis educatio est.

A mala radice læta nulla prouenit seges.
Corporis gnatum paterni portionem censeas.
De mala radice frustra quid re expectas bona.
Ecquis est suos interter libe os qui percolat.
Erubescit ad parentum noxeas omnis liber.
Et paterna prauitatis noxius pœnas luit.
Ex patrum virtute & ipsos iudicamus liberos.
Filiæ matrum suarum moribus sese applicant
Incluta è radice nasci non potest fructus scaber.
Incutit gnatis pudorem matris infelicitas.
Liberi cura parentum, liberi molestia.
Liberi dolor perennis sunt suis parenibus.
Liberi raro suis sunt gaudium parentibus.
Liberi vitam propagant mortuis maior bus.
Liberis bene est piorum, at impiorum pessum eunt.
Liberis exspecta ab ipsis quæ parenti feceris.
Liberis minime est alienum, quidquid ad patrem attinet.
Liberis opes relictæ mille casibus ruunt.
Liberis patres acerbi sint licet, tamen iuuant.
Liberis prodesse malis quam placere grandior.
Liberis quæcunque patris perferenda iniuria est.
Liberis relictæ virtus tempore omni permanet
Liberis senum parentum vita longa displicet.
Liberos amare nostris insitum est affectibus.
Mente patrum liberi æqua perferunt iniurias.
Nemo non natum vnctiorem quam sit ipse postulat.
Nemo viuit æuiternum destitutus liberis.
Non nocent probis parentum liberis opprobriæ.
Non potest nimis studere filius parentibus.
Noxias ob liberorum bile turgescit pater.
Ortus é parente fœdo gnatus haud audet loqui.
Patre natus è pudendo filius semper tacet

Plberi

Plurimum nati pare itum subleuantur gloria.
Plus suis ferunt doloris liberi quam gaudij.
Pro salute liber rum, n c labori ipse est labor.
Quilibet suos amare cog tur, licet malos.
Sunt dolor vitam per omn m liberi parentibus.
Sunt patres quidem mo'esti l beris sed vtiles.
Corui mali esse non potest ouum bonum.
In liberis quinis parens renascitur.
Nihil pauet gallina pullis pro suis.
Nunquam ex oleastro oliua primis nascitur.
Pro liberis obire non horrent canes.
Prolem creasse amoris arctum vinculum est.
Prolis character patris expressus sui est.
Quæcumque peccant liberi, caussa est pater.
Qui negligit natos suos, se negligit.
Quis non quot horis liberis irascitur?
Semper timet, semper dolet verus parens.
Telluris almam planta naturam refert.
Virtus parentum transit in prolem probam.

LIBERTATIS.

Liber est prompte ac parate qui gerit morem Deo.
Summa libertas supremo mancipari Numini.
Contumeliosum habetur regibus quod liberum est.
Fas loqui cum rege, sed de rege non fas, libere.
Liberis inuisa vbique dignitas est regia.
Nemo liberis amicus esse amat rex vrbibus.
Nulla libertas monarcha sub seuero tuta est.
Rex vbi est, secura ibi esse nulla libertas potest.
Rex & libertas semper mutuo sese atterunt.

A silentio perit liberi nil prouenit.
Absq; libertate nulla fortiori patria est.
An quis est in orbe liber? an quis est carens hero.
An quis est qui liberari vult ab ignorantia?
Bella libertatis ergo, plena sunt frequentia.
Caussa in aqua, aequum oris ubi libera licentia.
Ciuibus commune cunctis ipsa libertas bonum est,
Cui silentium vsq; & vsq; est libere haud quibit loqui.
Dicere ac sentire fas est liberis quidquid volunt.
Pignus est seruire, cui sat nulla libertas facit.
Dulce libertatis ipsis nomen est temporis.
Est nimis vile aurum emi quo dia libertas potest.
Fas fuere liberali more liberalia.
In nefas labuntur omne ciuitates liberæ.
Ipsa libertas fauore plurimo fusa circum est.
Liber esse quisq; quærit, seu malus sit seu bonus.
Liber est cui cuncta fiunt mentis ex sententia.
Liber est domi forisq; cui sua est impunitas.
Liber est is cui potestas est agendi uti cupit.
Liber est opinionis quisquis est herus suæ.
Liber est quem multa laxat à negotiis quies.
Liber est qui cuncta quæ vult cogitat, dicit facit.
Liber est qui non coactus officium facit suum.
Liber est qui seruitutem lætus effugit sui.
Liber est qui vbiq; iuris est sui domi ac foris.
Liber est qui viuit vt vult, quique vir pati nequit.
Liber est quicunq; cogi non potest ad rem malam.
Liber est quicunq; nulli seruituti subiacet.
Liber est vbiq;, quisquis mortem obire non timet.
Liber haud est, cui libido, cui voluptas imperat.
Liber haud est nulla laxat quem à negotiis quies.

Libe

Liber omnes sponte quidquid perplacet animo patrat.
Liber omnis seruitutem peste seu eius pauet.
Libera est cui voluntas, cogi is à nullo potest.
Libera oblitus loquela est iuge cui silentium est.
Liberalis plectra lingua seruitus sufflaminat.
Liberas voces profari liberum ciuem decet.
Liberat se quisque, certe neminem hostis liberat.
Libere loqui nequibis si tacebis longius.
Liberum ductare frenis, ceu pecus tyrannicum est.
Liberum esse, sub tyrannis non caret periculo.
Liberum natura iussit quemque nasci vna, & mori.
Liberum nec impedire quis potest nec cogere.
Ne quid expectes ab ore liberi silentium.
Nemo liber est, si elestis seruiens affectibus.
Nemo liber in tyranni regia manet diu.
Nemo libertate par est seruienti legibus.
Nemo seruit cui voluntas semper est liberrima.
Nemo non iratus est se libere eloquentibus.
Nil silentio à perenni est expetendum liberis.
Non potest suus vocari mancipatus alteri.
Nulla libertas tyranni longius vixit domo.
Optime qui se gubernat, omnium est liberrimus.
Patria est vbi est libertas, seruitus mors omnium est.
Pulcra res esset tyrannis si foret iuris sui.
Quei queat liber vocari cui voluptas imperat?
Quei queat quis esse liber multa cui lex imperat?
Qui dicat facitque quæ vult liber est liberrimus.
Qui nihil sperat timetue liber est liberrime.
Qui nimis silet, loquela libera obliuiscitur.
Qui tacet semper, profecto nil loquitur libere.
Quisque liber esse quærit seu probus seu non probus.
Quisque libertati amicus est probusque & improbus.

Quisq; libertatis ergo praliantibus fauet.
Quo volo ac possum moueri, liberum arbitrum voco.
Libera vrbs habere seruos non cupit, nec liberos.
Sape libertatis vmbra ciuibus damno ac malo est.
Seruum Epicteto omne corpus, mens ei omnis libera est.
Sub tyranno plura seruis licita sunt quam liberis.
Vera libertas reposta est in sui custodia.
Vita amor metusq; lethi neminem sinunt suum.
Vt queamus liberi esse quisq; seruit legibus.
Crates Cratetem liberat Thebis satum.
Est liber impedire nemo quem potest.
In vrbe lingue libera sunt libera.
Malignitati falsa libertas inest.
Natura cunctos procreauit liberos.
Pro libero est laxam catenam qui trahit.
Qui se regit dexterrime, est liberrimus.
Quicunque mortem non timet, dic liberum.
Quicunq; seruit, nemini, est liberrimus
Quis nam loquatur, arma vbi sunt, libere
Rem cogi ad vllam non potest liber malam.
Res liberi suas, aliena serui agunt.
Seruire fama, vera libertas probo est.
Seruire summo summa libertas Deo.
Si liber es, certe imperas affectibus.
Vix est in aulis Principum Vox libera.

LIBIDINIS.

Cuncta sunt ibi immodesta, cuiq; vbi quod licet libet.
Ditiorum quisq; vixit in luto libidinis.
E statu suo libido sape mentem deijcit.

Nil honesti inest vitiata mente p r libidines.
Non habet modum licen ia improba libidinis.
Omne publicum omne priuum subiacit libidini.
Pœna tandem atrox vagarum est à Deo libidinum.
Omnia ex libidine orta termino carent suo.
Qualis ah quantusq; fœtor est luto libidinis.
Quelibet libido magna dira fortuna est comes.
Quamquam libet probo, haud l bet quam quod licet.
Sanctionibus seueris vix premas libidines.
Suada nulla est quæ refrenet impetus libidinis.
Boni libido est quapiam excedens bonum.
Libido nulla bestijs præpostera est.
Libido præceps se regi frenus gemit.
Vires virumq; destruas libidine.

LIBRORVM.

Absque libris literisq; vita viua nemini est.
Charta ferrum, charta tempus charta vincit omnia.
Dat l ber non vana signa qualibus sit moribus.
Et libellus expolitus pumice arida interit.
Improbus l ber placere non potest nisi improbo.
Mente quali quis sit omnis certa signa det liber.
Non placent diuue viuunt scripta æquam potantium.
Omnis eruditionis delitet schola in libris.
Pessimum scias id omne pluribus quod se probat.
Pluribus nequit probari commatis boni liber.
Pluribus placere, libri non probi nota improbaq;.
Pluribus placere sueuit non probæ liber nota.
Plurimum salubritatis est libris in ethicis.
Scire vis cuiusque mores scripta adi eius & libros.

Libri, culina Gloria, vita piper.
Libros periisse duco, queis periit decor.
Magnum librum magno parem puta malo.
Plerumq; magnum magnus est liber malum.
Quo peior, hoc & pluribus liber placet.

LICENTIAE

Quo Deus quemquam mage odit, hoc habet licentius.
Dignitas ubi est, ubi est res, summa ibi licentia est.
Ne tibi permitte plus rex, quam quibus lege imperas.
Plura quo licent regenti, pœna maior hoc manet.
Plus licet cuicunque ciui quam vel imperantibus.
Principe ex bono repente fit licentia malus.
Qui potest rex esse, nec vult, regem eum regum puta.
Quod libet licet tyranno: quod licet regi libet.
Si libet, vox est potentum: si licet, vox pauperum est.
Si licet regi quod ipsis ciuibus, liber sat est.
A licentia haud quis agre transit ad libidinem.
Cui licet maius licere debet id quod est minus.
Dicimus licere id omne cuiq; quod conceditur.
Haud mala est licentia in qua nil mala libentia est.
Maxima à licentia, eia, submoue libentiam.
Milites timore peccant, sed magis licentia.
Minime est virtus; est furoris perpetrare qua potes.
Nulla libertas sat ampla est ciuium licentia.
Optimam vel multa vastat indolem licentia.
Orta de paucis in omnes dicitur licentia.
Plurimum licentiosis est mala libentia.
Qua licet, sordet voluptas: quod periculum habet, placet.

Qui potest peccare, nec vult, est profecto non malus.
Qui sibi putat licere quslibet, m ser certe est.
Res vbi est honorque multus, mult a ibi l cen ia est.
Si licet peccare nec vis, iustus es certe, es bonus.
Fas impe anti est omne quod reg o expedit.
Haud semper audax a ne vescitur leo.
Immanius nil militum licentia est.
Licen ia ingens ian ua est omne ad scelus.
Non omne op rtet fiat id quod & licet.
Non om e quod licet statim qu que expedit.
Polluta liuorem excitat licentia.
Quo plura facere liceat, ho libeat mi us.
Quod non licet ciui, æque Principi licet?
Seruare non potest modum lic ntia.
Soli bono malum haud parit licentia.
Vbi est lic ntia, ibi est statim confusio.
Vbi l centia, ibi quoque est libentia.

LINGVÆ.

A Deo linguam puta omnem laudet vt semper Deum.
Imperat rex quisq; lingua, nemo sed menti imperat.
Robur vt tyranno, lingua soluiturque ciuibus.
A bona malaue lingua fons boni est, fons est mali.
A licentiore dicto lad tur tantum nocens.
Aspidisq; lingua virus euomit mortalium.
Compede aurium Herculana lingua duxit Celticos.
Conficit lingua omne, ferri quod minax mucro potest.
Dentibus munita lingua est, ne loquatur cum libet.
Dextra rectrix plurimorum est, lingua at vna plurium.

E facet-

E faceta verba lingua dulciora profluunt.
Ebrij in lingua omne id hæret, corde habet quod sobrius.
Exitus plerunq; triste lingua sortitur mala.
Flumen ijs plerunq; lingua est, mentis est, mentis est queis guttula.
Hic canis de more latrat, alterum irritat furor.
In manu quod quisq; dicat mussitatque, haud est tua.
Lingua amicum quis requirat? facto amicus noscitur.
Lingua cogitationis dulcis interpres sua est.
Lingua eadem qui loquuntur, dic amicos, dic pares.
Lingua freni expers malorum nunquam eget certamine.
Lingua lancea est, tria uno vulnera ictu qua ferat.
Lingua bis parit periculi unica, aures quam duæ.
Lingua sæpe letho arentes expiat licentias.
Lingua si cui absque freno est, maxima in morbo cubat.
Lingua voxq; nemini usus est data ad nefarios.
Lingua laca quid loquatur, negligit politicus.
Maius est lingua periculum aureum periculo.
Ne mihi sit lingua amicus, re sed ipsamet magis.
Nemo non fere ante dicit cuiq; quam facit.
Non diu imperat sibi ipsi, cui nimis lingua imperat.
Nusquam errat lingua, cordis quam cati frenum regit.
Parce lingua parce voci, promptius nihil nocet.
Plurimos fames & ensis, lingua sed plures necat.
Plurimos occidit ensis, lingua sed plures triplo.
Qui regit linguam, omne corpus idem item dextre regat.
Sæpe frons mentitur ac os; lingua sed sæpissime.
Semper æs sonat Dodona donec apprehenderis.
Semper est mente inquieta, lingua cui malignior.
Sic loquendum amico, ut ipsi rebus in cunctis tibi.
Sine ferro, sine lingua quem iuues nil interest.

Sine

Siue ferro siue lingua quem neces nil interest.
Tam malum est necare verbo quempiam quam verbere.
Veram ad incudem politus fabricat lingua sonos.
Vt bona est lingua, vt mala, vnusquisque agit bene aut male.
Vt bonum homini lingua summum, sic homini summum est malum.
Arguta lingua cuilibet damno ac malo est.
Auro loquente lingua quaeuis obticet.
Caussa est malorum lingua garrula omnium.
Damna aucupatur certa lingua amentium.
Laxare linguæ frena plus nimis, senum est.
Lingua erudita pestilens valde est malum.
Linguæ superbæ triste semper præmium est.
Moderare linguam: namque virtus maxima est.
Nunquam audiunt vocem dynastæ liberam.
Nunquam male audis, si bene es doctus loqui.
Præclara lingua est, cui fides adest sua.
Quiuis bene audit, qui loqui doctus bene est.
Vitam atque mortem Lingua portat Principum.

LITERARVM.

Conferunt quoq; imperanti Literæ multum bona.
Literas coniungito cum armis, esse si vis rex diu.
Est aper certe aut asellus quisquis odit literas.
Est cadauer vita viuum segregata à literis.
Fratris instar literatis pallor hæret omnibus.
Literæ ornamenta summa, summa sunt solatia.
Literæ sunt in sinistris vnicum solatium.
Literas discant ad vsum, vita queis est Martia.

Lite-

Literas qui nescit, illud quod videt, minime videt.
Literas vix longa cura excolit sensim dies.
Literarum a tenerè cultu perdomes mores feros.
Literarum honore regum crescit eminentia.
Literis apta est & armis iuniorum ætas rudis.
Literis cor mansuescit & probo cultu nitet.
Literis dedas iuuentam discere apta est omnia.
Literis honos paratur claritasq; nominis.
Literis incumbe dum ætas floret & mens integra est.
Literis molesto, ab ipsis maior est molestia.
Literis ornato moris mor busq; literas.
Littus atq; fructus ar. tur omne litterarium.
Mortis instar est soluta literisq; exors quies.
Musa humi iacente honore, literati item iacent.
Non homo est sed vile brutum, vile cui sunt literæ.
Pauperi præstant asylum literæ, diti decus.
Vita literis decora, vita felicissima.
Ad publicum vsum disce literas puer.
Est literarum quidam item modus suus.
Illiteratis literis plures vacant.
Marsupium minime sequuntur literæ.
Mentem irrigato literarum flumine.
Odi appetentem ex literis ditarier.
Literis, laus atq; multa, nullum præmium est.

LITIS.

Congredi cum rege si vis iure, vis succumbere.
Cum potente litigantes vel bona caussa excidunt.

Ciuium

Ciuium compene lites per modestiam arbitrum.
Consuluit sua quieti lis quibus fastidio est.
Cum parente litigare quei queat prol-s suo;
Est graui viro haud honestum litigare cum improbis.
Impie litem cruore dirimamus ciuium.
Iurgiis vicisse nolle cum queas, victoria est.
Ius suum contra parentes non tuetur innocens.
Lis bona est, velle ante ire paritate compares.
Lis vbi inter est propinquos, fors fit illi acris comes.
Litium moram, Patronis imputes ac iudici.
Nemini non caussa litis iustior iustissima est.
Nemo non se habere litis caussam ait vel optimam.
Optimum fere patronum lis requirit pessima.
Peccat in Deum inq; leges cum parente litigans.
Qui cum amico litigare vult, eum vult perdere.
Quis sua mentis furenti praeliatus cum cane est?
Quisq; caussam habere litis se putat iustissimam.
Semper est lupis in agnos caussa iurgij sui.
Vix bona fide reditur lite ab vlla in gratiam.
Contra potentes litigans derisui est.
In lite quauis caussa cuiq; est optima.
Malo pusillo iurgium ingens dirimas.
Qui litigat cum amico, amicum non cupit.

LIVORIS.

In Deos Deasq; dentem non habet Liuentia.
Nil potest nocere liuor si Deus vult vt iuuet.
A rogo liuor liquescit tam ferox viuentibus.

Abstinet

Abstinet à morte fructus Liuor in viu s fremit.
Abstinet siluis Moneta liuor inuidentia.
Ad Camanarum r. seta non venit liuens d. a.
Arietuut Liuoris artes tela, transeu t casas.
Cuncta vbi beata cernit Liuor, ipse crux est sibi.
Degener liuoris est dens, sit l cet mordax satis.
Dentis est liuoris expers quidquid est edentulum.
Est mala inuidia ipsa multis, sed sibi vel pessima est.
Et sibi & suis amicis maxime liuor nocet.
Flamma fumum, fama fulgens liuidam trahit deam
Haud solet l uor sepultos dente mordere inuido.
Hercules solo supremo fine Liuorem domat.
Hoc habet Liuor boni; auctat congreges malo suos.
Hospites suos bona vti mente non si it liuor.
Impetit Liuor vel ipsam dentibus modestia.
Impetit tantum alta liuor, non nocet latentibus.
Impium est liu re fratres & sacrorum prasti es.
In gregem liuor Dea um nil potest Nouersilium.
In videt liuor beatis; praterit iacentia.
Ligneus quis esse qua at, host m vt exirat suum?
Liuor ater Gratiarum nil potest in assecla.
Liuor est ei estq; murmur vita cui felicior.
Liuor est virtutis alma, fu us vt flamma, comes.
Liuor & morsu maligno d colorat optimos.
Liuor hos malus fatigat quos bon sti ambit decus.
Liuor omnis ac simultas orta ab arrogantia est.
Liuor vsq; & vsque nomina obterit superstitum.
Ne cui prosint gemellos deuorat Castor suos.
Ne quidem suos d lores Liuor audet eloqui.
Nemini liuor molestus est ad aque quam sibi.
Nil potest Apollina eis Liuor in mystas atrox,

Non

Non solet diu esse, Liuor cui perennis imminet.
Non solet post fata liuor insequi innocentiam.
Qua nequit fecisse, carpit sic tamen liuor malus.
Qui beato liuet, vlcus vsq; corde fert recens
Quidquid est sortem supra omnem liuor vnice impetit.
Sape liuor decolorat quempiam, non veritas
Vita nulli tam modesta est, quin eam liuor notet.
Vmbra luci, liuor altis additur virtutibus.
Vix supremo fine vita vincitur liuens Dea.
Ignauioni haud i.uidet Liuentia.
Liuor nocet, fauente sed tantum Deo.
Liuor rec.ns morsus habet grauissimos.
Liuor secundis proximi rebus dolet.
Liuor ve eni poculum bibit sui.
Liuoris vmbram fama fulgens attrahit.
Liuoris vmbra fama nunquam ouans caret.
Mordere liuor iam sepult. s non solet.
Multis malus liuor, sibi sed maxime:
Permulta liuor fingere ignauus solet.
Plerumque liuor sauit in superstites.
Quis n n ui liuet politioribus.
Rerum indigus liuere noli haben ibus.
Turpis Deorum non colit liuor chor. m.

LOCI.

Est Deus loco omni, vbiq; plena cuncta sunt Deo.
Canior iura obtineto prima sessionij
De via seni iuuentus quolibet cedat loco.
Dignior fama atq; factis, non loco & subsellijs.
Diuitemne pauperemue non facit gemmam locus.

Felis

Felis atq; adulter vllo non pote excludi loco
Gemma nulla obscuriore facta peior à loco est.
Grandis est colossus et si montis hareat pede.
In loco loque, si ereque in loco, prudentia est
Indoles bonum malumue quem facit, non & locus.
Ingenium bonos malosue perficit, non & locus.
Inuenire verum amicum quolibet non est loco.
Magnitudinem colossus quolibet loco obtinet.
Magnus est tamen colossus valle infimissima.
Mentis ager si peregre est, non tamen deserit.
Mollis vnio est in vndis gemma fit tactu aeris.
Nemini grauis locorum est ipsa commutatio.
Nemini non inuenire quolibet mortem loco est.
Nemo fit maior minorue quo stat aut sedet loco.
Nil Cato curat conuiua quam tori partem premat.
Nil sophum ima nil suprema iura sedis commouent.
Nolo honestum, honesti rem quem locus scamni facit.
Nullus est locus cui auris linguaq; haud adsit sua.
Nullus est praclusus orbis prospera sorti locus.
Omnibus mortalitatis nostra imago est in locis.
Paruus est nanus supremo stet licet montis iugo.
Planta virtutis serena quolibet surgit loco.
Primus es postrema sume iura sessimonij.
Quam premat partem thori, alta mente non curat Cato.
Quod digito stet cunque gemma; gemma nominis sui est
Quo loco sit cunque gemma, splendide semper micat.
Quolibet sortem secundam reppereris solo.
Quicunq; morti proximus quisq; est loco.
Stet licet montis supremo vertice, est nanus breuis.
A *morte nullus quemq; iam seruat locus.*

A morte

A morte tutum nemini semper praestat locus.
Crescit loco quocunq; agit modestia.
Excludere ullo non potes mortem loco.
Fortuna nulli affixa laetior loco est.
In monte quamuis summo sit, pumilio est.
Mors ipsa ubique quemlibet monet sui.
Mutare fatum cum loco quis nam potest.
Nec arbor omnis quemlibet poscit locum.
Nihil colosso demit aut addit basis.
Nihil cothurnus adiuuat nani statum.
Omnes tenere non queunt primum locum.
Vere sapit qui desipit loco suo.
Viro sapienti quilibet patria est locus.

LONGÆVITATVS.

Cum modo bibas edasq; vita longa sit licet.
Esse vis longaeuus, esto gratior parentibus.
Est bonum, mensura vitae, haud temporis longinquitas.
Fallitur qui aetatem ab annis pendet, vsu penditur.
Longior is esse quaeris aui, agas frugaliter.
Metienda vita ab actu, non tenore temporum.
Multa longiore vita discimus, sed & mala.
Ne diu vt viuas labores, sed mage vt viuas satis.
Nemo non diu viuendo multa quae non vult videt.
Nil diurnat quod meretur longius vita frui.
Nil habet vita ista longum sit licet longissima.
Nil mali est secum quod aetas longior non afferat.
Poena longa vbiq; vita est; veste fit nigra senex.
Quo mage huic illiue vita longa, eo est [illegible].

Stulta

Stulta vitæ longioris cuilibet præsumptio est.
Stultus est, qui plurimum aut plurimas vitas putat.
Temporum tenore nemo vixit, actu viuitur.
Veste sub nigra senescit vita si cui est longior.
Vis tibi vitam esse longam, singulos viue in dies.
Vita curta, vita longa non facit bonum aut malum.
Vita longa heu quot labores, quotq; habet pericula.
Vita nulli longa Martis est trucis satelliti.
Vita quot quantasq; secum longa fert molestias.
Nemini non vita longa est, si bene vti ea queat.
Cui longa vita est, vita plena criminum est.
Haud cuipiam est nisi ex Deo longæuitas.
Malis referta est vita longa maximis.
Quem non putet vixisse, sat vixit diu.
Soli bono semper sua est longæuitas.

LVCRI.

Nil amant reges nisi vnde prouenit lucrum aut honor.
Non potest diu imperare rex lucrum cui imperat.
Nullum amat princeps vel odit, quam meri caussa lucri.
Regem, odor lucri marem esse non sinit; fit femina.
Sperne Rex lucrum, imperare si cupis tuto, tuis.
Turpe amant tyranni: rex lucrum & iustum abnuit.
Turpe lucrum amat tyrannus; rex lucrum & iustum sperit.
A lucro, cæli atq; terræ pendet omne mysticum.
Arram habe infelicitatis, ex pudenda re lucrum.
Cui lucrum è malo est, ei arrha præsto iam infortunij est.
Cui placent lucra haud honesta, gaudium breue obtinet.
Cum lucro turpi, subintrat vna item damnum in domos.

Dentis

Dentis ob candorem eburni quærimus lucam bouem.
Ipsa cedunt damna lucro quos fouet virtus viris.
Lucra eodem bene captans tempore, vtroq; excidet.
Lucra sunt honesta per quæ nullus alter læditur.
Lucri vbi est libido ibi esse nuda veritas nequit.
Lucrum iniquum pura flāma est; proximū omne deuorat.
Maximum subinde lucrum est, omne lucrū spernere.
Neminem vnquam turpe lucrum pinguefecit perpetim.
Nemini damno absq; iusto cessit iniustum lucrum.
Nemo venatur elephantos cui suum non est ebur.
Nemo amicus, nemo inimicus alteri est, nisi ob lucrum.
Nemo non damnis mouetur, nemo non sitit lucrum.
Nemo non laxare sueuit ad merum lucrum sinus.
Non trahit piscator amne linea quod vultissima.
Nulla non humana pendent atq; diuina à lucro.
Nusquam lucri ac pudoris inge contubernium est.
Omnium vndiquaq; corda Lucrius tenet Deus.
Parua lucra haud iusta damnis quemque mactant maximis.
Pro lucro turpi omne habendum est, quod bonum vllum pauperat.
Qui lucrum è quacunque quærit re statim damnum inuenit.
Qui lucri caussa est amicus, cessat esse cum lucro.
Qui lucrum omne turpe temnit ille lucrum ingens facit.
Quidquid expensum est amico, lucrum habe certissimum
Quo lucrum, illuc ordo primus vltimusque respicit.
Sanctitas fidesque lucrum maximum mortalibus.
Sperne lucrum præ æquitate fructibus valde asperum est.
Turpe lucrum Christiano, turpiusque Episcopo.
Turpius nil est honestis, quam lucro capi improbo.

Vita spernitur salusq; pia lucri cupidine.
Vltimus primusq; vergit ordo, qua vergit lucrum.
Aliud lucrum bonum est, aliud lucrum est malum.
Bene moritur qui dum moritur lucrum facit.
Ditatus arte non bona, pauperat se.
Durum est egere: peius ancflum ire improbe.
Ex crimine omnia lucra quarere improbi est.
Excaecat & splendor lucri sapientiam.
Exigua quantis lucra pensantur malis.
Iactura mentis quo fit, id lucrum neges.
Lucrum omne damno censeas contrarium.
Lucrum parandum nemini è re qualibet.
Lucrum potest apud potentes omnia.
Nemo scienter turpe persequitur lucrum.
Nihil lucri est à mortuo cadauere.
Odor lucri ex re quaq; sordido est bonus.
Omnes ad vnum currimus cursim lucrum.
Quilq; est bonus quisq; est malus lucro suo.
Quocunq; mens ditatur id lucrum voces.
Sine me vocari, dum lucror quid, pessimum?
Vbi lucrum est ibi esse non solet pudor.
Vbi lucrum est, ibi est iustum, est ibi pium.
Vt rebus homines omnibus satagunt sui.

LVCTVS.

Lacrimis fictis potentum fata plorat ciuitas.
Ciuium quoscunque luctus, Rex bonus amat suos
Absque comploratione, non fuit: non est, domus.

Absque

Absq́ luctu reperire nescio vllam an sit domum.
Æde funebri esse gratus hospiti hospes quei queat.
Arduum haud est verba luctu fortia eloqui haud tuo.
Canticis funus parentum prosequi est Esse donum.
Ecquis in luctu occupatur luxus atq́ ludicro?
Est nefas luctum esse quemuis in domo poetica.
Falle luctum, mox redibis fortior; vince, interit.
Funerum sumptus leuare neminis luctum potest.
Hoc habet fortuna, luctum semper addit luctibus.
Is sapit cui ratio luctus, non dies finem facit.
Longus est vbiq́ luctus & volucre gaudium.
Mortui luctu ac dolore vita quaritur pij.
Mortui nec sicci amico sint oculi cui, nec fluant.
Mortuos lugere res est nemini qua proficit.
Nemo personam lubenter sustinet lugentium.
Pracocem maror senectam sufficit lugentibus.
Prastat in domo esse tristi, quam repleta gaudio.
Publicus luctus per vrbem functus vt fato est probus.
Questus atq́ planctus haud est indecorus luctibus.
Qui futura luget, vltro quod timet praoccupat.
Qui sapit, tantum diem vnum cogitat de mortuo.
Quid iuuat deflere, nati sustinere qua sumus.
Quisnam amicos mortem functos prosequi luctu solet.
Tempus est medela luctus, tempus astum animi fugat.
Turpe non est luctu in acri stare scissis vestibus.
Æuum omne flendo ducitur mortalibus.
Aut alloquendo aut increpando abit dolor.
Communis est luctus boni viri omnium.
Complorat orbus orbis amissum decus.
Deflere noli mortuos nil sentiunt.
Desinere luctum mauelis quam decipi.
Effertur vrbis publico luctu bonus.

Heu heu, vtramq́ paginam vita facit.
Iam nascituros dura luget Thracia.
In domo lugente non est gratia vlla musica.
Vti saxa vertit feminas luctus grauis.
Lugere didicit ille qui luget diu.
Mundo gemendus vir iacet toto probus.
Quis luctus, ah, est ille qui dici nequit.
Quod luctui vacat cor, orbum gaudio est.
Ratio medetur aut amicus luctui.

LVMINIS ATQVE LVCIS.

Cui Deus lux est pharusq́; tutus est quouis mari.
Cui Deus lux est salusq́; cuncta sortis floc i habet.
Cui Deus lux est salusq́; nil malorum vnquam obuenit.
Cui Deus lux est salusq́; quodlibet tenet bonum.
Dæmonum nox dissipatur illico ad lucem Dei.
Dæmonum nox quei resistat publica luci Dei.
Est Deus fax improbo vrens, lumen est lætum probo.
Est Deus lux vera, vera est Deus nobis salus.
Est loco securus omni, lux cui Dei est pharus.
Lux vbi est Dei esse ibidem dæmonis nox non potest.
Quem timebit, cui perennis est Deus lux ac salus.
A benignitate lumen omne maiestas trahit.
Luce maiestatis orbis omne fouetur lætus.
Perdita est lux, rex quo in vllum gratia nil contulit.
Propria est lux imperantum, propria est benignitas.
Rex suis iubar salubre est, rex suis sol est merus.
A tenebrionum ori igente clarum nil potest.
Absque fama luce prima plus satis virtus micat.
Absq́; tædis nocte cæca, omnis error est via.

Calum-

Cælum vt astris, sic relucet vrbs honorum lumine.
Corporis macrescit vt lux, mentis in flore est iubar.
E stipula est lux improborum, concidit dum nascitur.
Filius virtus parentum fax vigil circumflua est.
Fulgor auri nocte furua vincit ignis gratiam.
Improbi lucerna lumen si dat, haud dat & diu.
Improbis virtutis ædes scandere est laboribus.
Improbitas deprensa lucis vitat & tremit iubar.
Indita auro gemma lucet, non cuprosa ærugini.
Luce priua clara virtus at sibi, absq; appendice est.
Lucem amat, natura nocte quem nigra vetat tegi.
Lucis exortu tenebris vna mors est omnibus.
Lumen est virtutis ingens cum suis splendet locis.
Lux honorum spesq; lucri quod nequit, virtus nequit.
Lux ita omnis ordinanda, ceu foret nouissima.
Lux luti splendentis altam non inuncat, indolem.
Marcido tantum in tenebris caudici lumen suum est.
Mentis à splendore amamus, non ab ore cognitos.
Nemini vnquam lux refulsit qua nihil ferret mali.
Nemo non pro luce cunctas sponte opes profuderit.
Nemo sic vitam inquietat quam vltima lucis timet.
Nil ibi est tenebricosum lux vbi virtutium est.
Nocte lucet ignis, orto sole fumo cernitur.
Non diu lucerna lumen improborum sufficit.
Nox fugaci amica, lux est quæ virum fortem probat.
Nulla lux refulsit vnquam, nil vt adferret mali.
Nullam amat domum voluptas luce virtus quam fouet.
Nusquam plus flamma lucet quam tenebroso loco.
Perditur lux nil in vllum qua locata gratia est.
Præstat æternis tenebris vel breuis lucis mora.
Publico gaudent honesta: noctem amant probro obsita.
Quis facem lucere stellis postulet tenebrio.

Quis nisi expers oris atram Delio spargat facem?
Quod pharus nauium tenebris, hoc in orbe est vir probus.
Si sapis, nulla effluet Lux absque ducta linea.
Sint tenebra ibi necesse est, vnde lux sua exulat.
Sit tibi lucerna vita mens ratioq; iustior.
Strenui semper virescunt purpurante lumine.
Veritati lux amica est, atra nox furunculis.
Vir bonus lucet phari instar, paruuloq; impendio.
Vita iusti more flamma lucet hoc noctis mari.
Vndiquaque luce claram se facit benignitas.
Cui caca mens est, lumine incassum vtitur.
Et mortuorum lucet orbi gloria.
Fons haud eget nitore Lucifer.
Fama virentis fulgor abscondi nequit.
Iubar diale ferre bubo non potest.
Lux luce cassis prouenit per literas.
Lux multa clarat dicta facta Principum.
Lux multa clarat regiam potentiam.
Primum omnium nobis fugit lux optima.
Tandem omne claram prodit in lucem scelus.
Tenebriones lucis oderunt iubar.
Virtus parentum liberis est ceu pharus.

LVXVS.

Nil potest videre lautum musca quin statim impetat.
Non cupit luxus latebras sed magis spectacula.
Gaudet theatro luxus ac spectaculis.

MAGI.

MAGISTRI.

Rex bonus nil à magistro discrepat prait suis.
Efficax magister usus, efficax Aduersitas.
Nec magistros laus honestat, digna nec merces beat.
Omne quod dictat magister id puta verissimum.
Quis magister sat paratus est ab artibus bonis?
Quis magister sat polivit corda ciuilem in modum.
Quilibet sibi magister omnium est vel pessimus.
Quis parens gratis magistros praficit mentis bona.
Quis pater quarit magistros liberis idoneos?
Rebus in cunctis magister optimus gnato est pater.
Rebus in nullis magister filio est malus parens.
Serius seriusq; nil magistrorum grege est.
Vel fauor prabet magistros, vel mage importunitas.
Verius vero putandum quod magister protulit.
Boni magistri discipulus quoq; est bonus.
Natiua virtus nil magistri voce eget.

MAGISTRATVS.

A magistratuum emptione nil boni vnquam nascitur.
Ad magistratum eligatur semper à rege optimus.
Ad magistratum eligendus tempore omni est optimus.
Cum Vatinius curules occupat, sceli est pudor.
E magistratu recede clarior quam ditior.
Est magistratus superba Pyramis, vmbra carens.

Qui colit Musas eorum nec clientes despicit.
Sit grauidus Musis necesse est, vt perenne quid canat.
Tunc erunt cycni canori cum tacebunt graculi.
Virus est solenne Musæ spiculis dida inuidentia.
Vox Camanarum iis perosa est Iupiter quos non amat.
Etiam Deorum incantat aures musica.
Mores popelli non probat gens musica.
Musa sat amplum sunt theatrum vatibus.
Quicunq; Musas, & bonam mentem colunt.
Virtutem ob ipsam virgines colas nouem.
In clientelam receptat Musa nullum quam probos.

MVSI.

MVSICÆ.

Absq; musica omne cælum & omne corruat solum.
Dignus omnium est honore Musicus, Dei cliens.
Confluit Delphin gregatim musica ad symphoniam.
Et feris expectorarit toruitatem Musica.
Frustra asellis delicata personant nerui lyra.
Germen est Musarum asellus: sunt ab ipso tibia.
Innocens gens tota vatum est, innocens gens musica est.
Liberalis atq; honesta disciplina musica est.
Multitudinem frequentat Musica atq; ferias.
Musica ars iucunda, sed non vsus idem est omnium.
Musica vrbium est amica, sola cur amet locat
Musica audita, auris hæret vocis optata sonus.
Musica gaudet Deorum tota congregatio.
Musica nusquam latenti constitutus est honos.
Musicus non est asellus, musica eius tibia est.
Nemo non amator ardet musices Symphonia.
Sed et astum animi atq; fastum musices euphonia.
Nulli rei omnis musica est quæ absconditur.
Nullus latenti musica est honos suus.
Pullos aedon musicam docet suos.

MVTATIONIS.

In malum mutare quidquam de bono, turpissimum est.

Vsia

Vsui nulli imperantum crebrior mutatio.

Absq; fructu est planta multa quam sæpe euellit manus.

Ad mali fugam medicina, mentis est mutatio.

Cuncta amamus, cuncta adimusque commoda atq; incommoda.

Absq; fructu ullo, imo flore est, planta non certi loci.

Quod nequis mutare cur non pectore æquo perferas?

Ecquid est mutationem quod repentinam ferat?

Et maris natura ab amne plurimo conuertitur.

Fœta non est planta sæpe quæ suum mutat locum.

Fortiter feras id omne quod nequit mutarier.

In mari diu saporem grandius flumen tenet.

In bonum mutare quidquam & malo, pulcerrimum est.

Inter os interuenire plurima atq; offam queunt.

Mens cui usque est uniformis proxime accedit Deo.

Mundus haud stat aut quiescit, ex loco mutat locum.

Mos quod est natura que illum nemini mutabile est.

Nemini mores perennos: tempus ipsius imperat.

Nemini non est uoluntas mensq; temporaria.

Nemo non mutatione gaudet ac rebus nouis.

Nemo tam est constans amicus quin queat mutarier.

Nullus est ita albus ater esse quin olim queat.

Planta raro conualescit sæpe quæ mutat solum.

Planta transplantata fructus nunquam item exhibet suos.

Plurimum in mutatione qualibet periculi est.

Quæ locum subinde mutat absque fructu Plantula est.

Qualibet mutationi nullus est ludo ac ioco.

Sæpius translata planta ferre fructus non potest.

Seruitus profecto nulla, mutat heroum genus.
Siue rure, siue aselle sis in Vrbe, idem manes.
Transitu ac migratione constat orbis pulcritas.
Velle si vis semper eadem, vera oportet eligas.
Vix feret planta Vlla fructum sæpe qua mutat locum.
Vt queant statim reuerti qualibet res transeunt.
Caute nunquam gemitu sit smaragdina.
Imis solet mutare summa mens Dei.
Inter manum mentum nullam interuenit.
Mores boni placent sibi atq; permanent.
Mores bonos mutat minus prudentium.
Mutare mores adsitum potentia est.
Mutare mores longius tempus solet.
Mutationem non ferunt leges Dei.
Mutare mores imperatores malum est.
Mutationis multum & Vnica in dies est.
Nil in Deo mutabile est, semper manet.
Omnis regens nulli bono est mutatio.
Probis perennis permanet morum tenor.
Quam sæpe transfers planta fructus haud feret.
Quis esse quærat longa, quæ sunt irrita.
Transferri amat noua arbor, haud item senex.
Translata planta, aliquando surgit latius.

MVRORVM.

Non triplex murius tuendo est principi inuiso suis.
Ad superuentus cauendos hostium sint mœnia.
Grande propugnaculum nobis ciuiumq; vir probris.
Mœnia vrbis muniuntur plus fide quam turbis.

Nemo

Nemo se munire in hostem prodire nimis potest.
Non caret vrbs illa muro, quæ coronatur viris.
Non potest diu vagari cymba trunca alto mari.
Qui prior muros penetrat auro ei nubas caput.
Quod nequis vallo atque fossa, cinge miles corpore.
Munire nullo se scelus muro potest.
Munitio fiat oportet cum vocas.
Murus Dei nec proditur nec corruit.
Muros habet Sparta ibi, vbi muros non habet.

MVTVI.

Mutuatur ipsius à se quod sibi deest sophias.
Mutuum ne sumat, vncta res quibus sua est domi.
Mutuum omne sumit à se, non petit, sceris solibus.
Pauper inuenire nescit, sumat à quo mutuum.
Proiicit se in seruitutem qui grauatur mutuo.

MYSTERIORVM.

De Deo periculose vera quamuis prædicas.
Ne Deum quidem apprehendas mentis vllo acumine.
Qui Deum odit execratur eius & mysteria.
Addita sui ratione tollitur mysterium.
Cur cuncta non sacris patere quis ferat mysteria?
Nil sacrum est, quin & requirit pertinax silentium.
Præterito operta sacri suppare silentij.
Qui die illustrare quærit, destruit mysteria.
Veritas plerisque tecta est absonio mysteriis.
Mirandа non rimanda sunt mysteria.

Mysteria

Mysteria vno consecres silentio.
Mysterium quid? cultus arcanus Dei.
Noctem requirunt non diem mysteria.
Silentium aufer, auferes mysteria.
Silentio legenda sunt mysteria.

NATIVITATIS.

Nemo nascitur, repente quin ei dux sit Deus.
Principum haud spectandus ortus, gesta sed prælustria,
Spectat ortus imperantum stultus, acta vir sophus.
Cura vix ei est honesti spurca cui natiuitas.
Fortium natura fortes è propage procreat.
Nascimur negotio omnes, nascitur nemo otio.
Natus est bene, ipse facta qui tegit facta patrum.
Non parum est bene educari, plus sed est nasci bene.
Non potest latere, mundo conscio qui nascitur.
Obstetrice matre, fabro patre, natus Socrates.
Omnium primum eiulatus omen est nascentium.
Sordide magis profecto viuimus quam nascimur.
Vix aget præclara quæq; sordidus natus loco.
Vix honesta curat ortus improbis parentibus.
Vniuersitatis est lex, qua iubet nasci ac mori.
Vt colamus veritatem quisq; in orbe nascimur.
Vt fleant, natura homullos luce natali abiicit.
Vt probet sese propago, stirps oportet sit bona.
A matre pauci sunt mali: simus mali.
Nascentium omni omnium sunt lacrimæ.
Natale magni Principis, totum est solum.
Locusta nunquam proferet lucam bouem.

Pides

Proles potentum nascitur, non fit, mala.
Laus creari splendide, at laus fortis arbitraria.
Qui nascitur fato ille item fato interit.
Plurimum virtutem adornat prisca lux natalium.
Sub vomere olim erupit Etruscus puer.
Vix natus est quis & fit illico miser.
Omnibus prodesse quarit id Deo quod proximum est.
Est & improbo benignus, prosit vt multis probus.
Militum labor decusq; debitum imperantibus.
Nascitur mundo vniuerso, non sibi tantum sophus.
Nascitur nemo sibi ipsi: nasciturquisq; alteri.
Nascitur quiuis in vsus faustitatis publicæ.
Natus est paucis populum qui qui sui vnum cogitat.
Nemo natus est sibi vni: nascimur mundi bono.
Nemo natus est sibi vni: patriæ omnes nascimur.
Nemo natus est sibimet, publico natus bono est.
Nemo natus est sibi ipsi, quisq; natus alteri est.
Nemo natus est sibi vni quisque natus patriæ est.
Nemo natus est sibi vni, sed patri, sed patriæ.
Nemo natus est sibi ipsi sed suis, sed patriæ.
Nil optimum est quod non idem sit publicum.
Non edit venter sibi, artus corporis cunctos alit.
Non facit sacrum sibi vni mysta sed collegio.
Non homo est sed bestia, vni qui sibi ipse nascitur.
Non magistratus sibi vni est temperans, sed ciuibus.
Non sagax rector sibi vni est sed magis vectoribus.
Non sibi bonus vir vni nascitur sed publico.
Non sibi mercator vni, mundo vtriq; nauigat.
Non sibi mundo sed omni gens laborat rustica.
Non sibi mundo sed omni nascitur Princeps bonus.
Non sibi mundo sed omni remigat gens nautica.
Non sibi, orbi at vniuerso se putat natum probus.

Non sibi parens propagem suscipit sed patriæ.
Non sibi professor uni prægit sed publico.
Non sibi prudentia uni pro[illegible]icit sed patriæ.
Non sibi rex viuit ipsi, ciuibus viuit suis.
Non sibi secat sacerdos exta sed prouinciæ.
Non sibi sed orbi utrumque vir sapit politicus.
Non sibi sed uniuerso Cæsarum parit parens.
Non sibi sed uniuerso construunt nidos aues.
Non sibi sed uniuerso fert aratra gens boum.
Non sibi sed uniuerso gens Apollinis furit.
Non sibi sed uniuerso gens sapit Mineruiæ.
Non sibi sed uniuerso literata gens studet.
Non sibi sed uniuerso lucet in mari pharus.
Non sibi sed uniuerso mella sudat gens apum.
Non sibi sed uniuerso nascitur princeps bonus.
Non sibi sed uniuerso natus est orbi sophus.
Non sibi sed uniuerso vellus omne fert pecus.
Non sibi sed uniuerso vita seruit Principum.
Non sibi ulla nationum, Principi viuit suo.
Non sibi unusquisque tantum natus est, sed publico.
Non tibi rex natus uni es: natus es ciui tuo.
Non vigil dux est sibi uni copiis sed & suis.
Nulla apis sibi laborat, sed magis collegio.
Nullus est natus sibi ipsi, publico omnes nascimur.
Omnium funus regentis continetur funere.
Patriæ, Deo suisque quilibet se dat probus.
Publicæ seruit saluti ciuium rex publicus.
Qui putat natus sibi uni, non homo est, sed bestia.
Quisque natus est obire publica munus rei.
Quisque natus quisque factus alteri est, nemo sibi.
Rex bonus vitam sibi ipsi qui negat; multis negat.
Seruus urbis seruus orbis uniuersi est vir probus.

Sic

Sic ſtude ut ſentiſcat orbis haud modo ortum te tibi.
Turpe, n x um orbi quiete con ene c re auia.
Vir bonus minus ſibi ipſi natus eſt quam proximis.
Vir ſophus non eſt ſibi uni natus aut Muſis ſuis.
Vniuerſo natus orb eſt, non ſibi ſolum probus.
Ad uniuerſum quiſq; ciuis reſpice.
Nemo eſt ſuus, rei publica omnes naſcimur.
Nemo ſibi ipſi n ſ itur quiſq; alteri.
Nemo ſibi uni naſcitur, ſed publico.
Oritur probus bono omnium, moritur male.
Pars ciuitatis quiſq; ciuis eſt ſua.
Quo maior eſt quis, hoc minus natus ſibi eſt.
Sic uiue, natum te ſcias ut omnibus.

NATVRÆ.

Ah, Dei natura quamuis ſectionem reſpuit.
Gratia ex mera atque amore tota natura eſt Dei.
Quo vocat Natura, eodemque & Sophia & Deus Vocat.
Vis ſequi Deum? natura conuenienter uiuito.
Quod latrat natura, regum ius nouare non poteſt.
Ars potens, natura uerum ter triplo potentior.
Aſpis eſt aſpis, tametſi vaſe ponas aureo.
Cuncta Natura alma mutat, interire nil ſinit.
Deſpuit ſus margaritas atque aſellus cymbalum.
Dux cui eſt natura, primo dignitatis ſtat gradu.
Exuit natura mores recta quæ à ſorte eſt ſuos.
Friuolum natura nil, nil otioſum procreat.
In malum natura praua mutat ſe, non in bonum.
Ipſamet natura virtus, ipſamet ſapientia eſt.
Iura naturæ Deiq; unum idemq; poſtulant.

Nemo naturam hercle nemo præstat aut debet sibi.
Nemo naturam orbe toto præstat aut debet sibi.
Nil iubet natura quam quod ipse præcipit Deus.
Postulat natura duci sponte, non cogi malo.
Quem iubet natura prodire, occulisse non sinit.
Quilibet mentem sibi ipsi debet, à patre haud venit.
Quod fouens natura non quit, supplet ars, supplet labor.
Quod natura latrat id ius turpiter mutauerit.
Quod negat natura, consit diligenti industria.
Quod negat natura grandis implet indignatio.
Quod negat natura sæpe perpetratum industria est.
Quod nequit natura, deinde longior præstat dies.
Semper ad mores recurrit quodlibet animal suos.
Si licet, natura mores semper ad suos redit.
Sponte amat natura duci, non cupit cogi mala.
Sponte vult natura duci, non metu cogi ac malo.
Vi foras Natura abire iussa postico redit.
Viuere vt natura mandat, viuere est vt vult Deus.
Vngula, est mollis cameli: ergo murices caue.
Abigere cura nulla naturam potest.
Ad id natura sufficit quod postulat.
Auferre natura suum ius, arduum est.
Deum sequi vis? iura naturæ audias.
In omnibus natura sufficit sibi.
Iustissimum natura numen omnium est.
Mentem bona animi quilibet debet sibi.
Mortalium ô natura quam es mutabilis.
Natiua quæ sunt vix queunt mutarier.
Natiua virtus alimagistri voce eget.
Natura duci postulat se, non trahi
Natura dux est omnibus mortalibus.

Natura

Natura frustra nil agit, fines habet.
Natura mores mox recurrrit ad suos.
Natura nil est quam sapientia ac Deus.
Natura nullis edomatur artibus.
Natura nusquam à lege dissipat Dei.
Natura quarit qualibet, bonum suum.
Natura quidquid sciscit, immutabile est.
Natura quod desiderat passim obuium est.
Natura quod desiderat pauxillulum est.
Natura semper una sufficit sibi.
Natura vinci si potest, ab arte erit.
Natura vita cuiq; se prastat ducem.
Nihil facit natura frustra, finem habet.
Non abrogat natura legem ullam suam.
Qua protulit natura rursus abripit.
Suopte nisu semper ignis emicat.
Vinci nequit natura: victrix omnium est.

NAVIGATIONIS.

Nauigat mare omne tutus cuius auriga est Deus.
Nauigat periculi expers, cum Deo qui nauigat.
Nauigat securus ad puppim ipse cui sedet Deus.
Nauigat ventis secundis cum Deo qui nauigat.
Non timet mare aut procellas cui guberna adest Deus.
Quem Deus deducit illi nauigatio bona est.
Quem petit portum intrat, una cum Deo qui nauigat.
Qui Deum in nauem recepit, nauigat mari suo.
Trabs volat cursu secundo quem Dei aura dirigit.
Absq; classe principatus insularum à se perit.

Naufragium faciunt subinde principes, semper timent.
Principum anchora est gemella, charitas populi ac fides.
Absque nauigatione nulla sunt commercia.
Æquoris nemo labores fert nisi studio lucri.
Æstuat minuta nauis in mari magni salo.
Ante nauigationem de procellis cogita.
Antequam cui nauigandum, cogitet de maris hyeme.
Cum tumet Noto mare, omnis officit naui rigor.
Cuncta habet mari quieto rector aeque quam truci.
Hadi vbi semel occidere, nauta de vita mare.
Linteo volare si trabs non pote, adde palmulas.
Multa nauibus coturnix pestilens alto aequore est.
Nauigans portum obtinere non pote omnem quem cupit.
Nauigas tuto, gubernam Pompilum nactus rati.
Nauigat iuxta actam egenus, nauigat diues mare.
Nauigat semper secunde qui malum fugit suum.
Nauigat tute furores cogitauit qui maris.
Nauigatione frustra de procellis cogites.
Nauita abstine à mari omni capra vbi prope occidunt.
Nauta ne sis praeter anni tempus: haud vita est diu.
Nauita forisque ciues, hospitesque sunt domi.
Non minus vigil quieto nauta quam mari est truci.
Peior vnda peior igne nautica insolentia est.
Per mare ipsum adusque littus pompilus naui it comes.
Praestat in solo esse egentem quam mari alto diuitem.
Prospero cursu procellae qui timet brumam, sapit.
Prospice & Notis & imbri tunc quoque, vt iacet mare.
Quae caret nauis saburra, fertur omni flamine.
Quaeritans vitam mari omni, saepius mortem inuenit.
Qui furente soluit aut aspondet hanc sibi & redux.
Qui Noto portum secundo liquit, haud timet mare.
Quicquid euenire quibit, nauta semper cogites.

Rara

Rara nautis est senectus qui vsq; degunt in mari.
Semper exspectat e mortem nauigans qui mari.
Semper instrumenta rector secum habet quouis mari.
Si placet senecta, aratrum dilige, ac pontum fuge.
Sidus Arcturi caueto: nauigantibus graue est.
Transmeauit aquor Hellesponte Xerxes nauium.
Vsus fu ura secum nauta tranquillo vehit.
Cuicunq; vento nauta si es, te accommoda.
Est nauta semper proximus morti nigra.
Laboriosi cuncta nautica domant.
Naues tenaci dente fundat anchora.
Ne te ante iactes quam sit in portu ratis.
Pontum tumentem nauigaturus time.
Semper Deis secunda nauigatio est.
Vitam malam viuit cui est nauis domus.

NAVFRAGII.

Naufragi vado appulere turbine acti plurimi.
Naufragia è terra intueri tristis est iucunditas.
Naufragus sibi ipsi asylum est inuidendum nemini.
Nemo amicorum subintrat transtra nauis naufraga.
Pro lucro omne est naufraganti quidquid eripis rati.
Multique in ipso naufragantur littore.
Nautis sepulcrum pontus aulaq; est ratis.
Periere multi iam propinqui littori.

NECESSITATIS.

In necessitate amicum qui iuuat, loco Dei est.
Nequidem necessitati Dij resistant extima.
Non minus parere nouit quam imperare rex bonus.
Nil nega necessitati, rex diu esse si cupis.
Absque damnorum metu audet qualibet necessitas.
Artium tutrix parensque es omnium necessitas.
De necessitate virtus saepe pulcra nascitur.
Ecquis est necessitati qui libens non seruiat?
Efficit plus arte quauis imminens necessitas.
Est repertrix estque custos artium necessitas.
Fortibus redintegrauit saepe spem necessitas.
Frangit infirmatque legem quamlibet necessitas.
Id velis quod est necesse si rebellas, te teris.
Impetrat repente id omne quod iubet necessitas.
Iunior senex fit omnis in necessitatibus.
Legibus necessitatis nemo non vir subiacet.
Lex vbi necessitatis regnat, ipsa vis furit.
Maximas alacritates sufficit necessitas.
Moribus nil sic repugnat quam grauis necessitas.
Maximum vltimumque telum est in malis necessitas.
Nec minimon est timori maximo necessitas.
Nemo, si non est necesse, carne vescitur canis.
Nil fera necessitatis impetu potentius.
Nil iugo necessitatis vspiam impotentius.
Nil necessitate maius, omne quodlibet, ratum est.
Nil negat necessitati cauta prouidentia.
Non fugis necessitatem nisi quod ipsa vult velit.

Non

Non nisi impotente bruma repit è silua lupus.
Non potest vigere longum quod regit necessitas.
Nullam habet legem: imo legum est lex prior necessitas.
Obsequendum luculenter est necessitatibus.
Pauperi à necessitate sumitur fiducia.
Pergat ô, necessitatis qui semel iugum induit.
Plus potest necessitatis norma quam virtutium.
Quæ necessitate fiunt nulla iura puniunt.
Qui necessitati obedit, nullius culpæ est reus.
Qui sapit vult vltro id omne quod iubet necessitas.
Quod iubet fortuna turpe qui putat, non est miser.
Stultus est necessitati qui resistit vltima.
Sub iugo necessitatis quisquis es ne respice.
Tempori ac necessitati cedere, est fortissimi.
Temporum necessitati cedere id arx prudentiæ est.
Viuere in necessitate, nemini est necessitas.
Defendit omne quod iubet necessitas.
Est lege maior qualibet necessitas.
Est pædagogorum optimus necessitas.
Et seruiunt necessitati qui imperant.
Feramus vltro quod iubet necessitas.
Fæcunda mater criminum est necessitas.
Legem facit, non accipit, necessitas.
Legem supra omnem flammea est necessitas.
Multum ratio, sed plus potest necessitas.
Necessitas est ipsa Mauortis parens.
Necessitas, vbi est voluntas deficit.
Necessitate maius an vsquam est malum.
Necessitate nil graui valentius.
Necessitati accommodat se qui sapit.
Necessitati cessit ipse Terminus.
Necessitati id omne quod libet licet.

Nil non docet, nil non potest necessitas.
Nil non docet postremior necessitas.
Nil ultima est necessitate fortius.
Quandoque vires duplicat necessitas.
Ratione semper maior est necessitas.

NEGANDI.

Non minus vita negamus quam oris organo Deum.
Heu quot ore, quotq; vita Numen unicum negant.
Alteri nummos auarus quos tulit, negat sibi
Alteri si quid negasti, frustra ab ipso dein petes.
Cui negasti ouem, deinde ferre cogeris bouem.
Maxima est ingratitudo, se negare patria.
Non abit longe à negante, qui dedit sed post moram.
Patria qui se negauit, subtrahet deinde & Deo.
Qui potest negare amico iusta, amicus est niger.
Beneficium est, negare quod datum nocet.
Iuste negatur, iure quod peti nequit.
Negare matri filius nihil solet.
Negat sibi ipsi, qui petit res arduas.

NEGLIGENTIÆ.

A Deo haud queunt amari quos parentes negligunt.
Negligens princeps suorum, negligens est & sui
Rex ubi haud amat Camænas, quisque easdem negligit.
Cuncta habet neglecta, cui ille cura cui pecunia est.
Cura prouidus saluti est negligens se ipsum necat.

Negli-

Negligens bonum fit exspes, & sui verens minus.
Negligas virgulta, fient tempore ipso robora.
Negligens rerum suarum nullius est mentis sui.
Parua res neglecta magnum procreat dispendium.
Proxima infelicitati lata negligentia est.
Res gesta vt est bene, acce negligentiam.
Rustica in re, sponte prudens villicus nil negligit.
Qui negligit se, negligetque proximum.
Turpissima est iactura negligentia.

NEGOTII.

Comparat sibi ipse Lydus, si haud habet negotia.
Liberi suum, ast alienum serui agunt negotium.
Nec sibi parit negotium alterius vir sophus.
Non vacat negotiosis dedere se lasciuiæ.
Nulla non iugi labore constant negotia.
Permulti amant, sed pauci agunt negotia.
Pluribus distracta nil mens perficit negotijs.
Pluribus rarissime vnus sufficit negotijs.
Qui lepores captare binos destinat, neutrum capit.
Qui sequi vult cuncta, vix est vt queat quid adsequi.
Quis bonam fidem frequentat in negotio haud suo?
Vix valet mens dissipata pluribus negocijs.
Ne multa agas, agere otiosum si potes.
Nemo sat est quam plurimus negotiis.
Quisquis sapit negotijs se accommodat.
Si non habent Lydi, ære emunt negocia.

NEGOTIATIONIS.

Fraudibus scatet doliq; gens negotiantium.
Nemo non negotiantum constat è periurijs.
Periurium ac fraus vita mercatoria est.
Commerciorum mater es necessitas.
Mercator vsq; attentus est ad rem suam.
Mercator est auarus vna & subdolus.
Negotiator vnice attendit lucro.

NEVTRALITATIS.

Hosti vtrique est præda partes qui sequi neutrás amat.
Sedibus sedere binis non solet vir candidus.
A neutra amatur parte partem neutram amans.
Sellis duabus qui sedet, quem nam putas?

NECIS.

Est tyranni auferre vitam nil timentibus mali.
Regis ore qui necatur vnico, vix est nocens.
De nece hominis esse longa non potest cunctatio.
Degener quo nemo vitam, fortior perfert necem.
Fert neces ter mille pro vna qui necem vsque vnam timet.
Iure casus is videtur, vox notat quem publica.

Nemi-

Neminem necare qui vult, posse vult idem tamen.
Nobilitate, iniusta non fit nex, sed innocentia.
Non necem vnam at mille suffert, semper vnam qui timet.
Quemlibet Nero necare, lædere at fortem nequit.
Vile tam nil est in orbe, quin necare quem queat.
Auferre vitam cuique quidlibet potest.
Germen Neronum morte vix sicca perit.
Hominem necabit & trygon & scorpius.
Hominem necare plebis est non Principis.
Lethi metu ciues leuare regium est.

NIMII.

Excidit rex trux amore, dignitate comior.
Rex, nimis noli seuerus esse, nec comis nimis.
Auream seruato legem: ne quid in vita nimis.
De melle fit fel plus si edis quam sufficit.
Destruit nimios honores tempus, auget pumilos.
Dum nimia est suo in catello simia, ipsum strangulat.
Impotens catellum amor non fouet sed strangulat.
In sui cultum ipsa virtus sancit aureum modum.
Ne nimis gaude secundis, ne nimis dole malis.
Nil nimium in virtute quaquam, quin ea imo ipsa est modus.
Qui nimis gaudet secundis, & nimis dolet malis.
Quod nimium est vitium putatur: sola virtus in modo est.
Si cupis diu esse amicus cuipiam, ne sis nimis.
Simia est cui grata mentem fascinant deliria.

St

Strangulat catellum amando de duobus simia.
Summa opes, & summa egestas subruunt rem publicam.
Est & bonis in rebus excedens amor.
Odiosa vbique res id est quod est minus.
Res optima est modus: caue id quod est nimis.
Vitandum in omni semper id re est, quod nimis.

NOBILITATIS.

Qui Deum agnoscunt parentem quis negabit nobiles.
Qui Deo unquam est rebellis n b lem vere neges.
Alta mens, non sanguis altus, nobilem verum facit.
Dignitate forma honorum sæpe deprendas genus.
Discrepat mente atque vultu plebs mera à natis bene.
Esse clarum alta propage, sortis haud industria est.
Generosus animus duci amat, non vult trahi.
Inque dictis consiliisque nobili sua est venus.
Literarum expers bonarum, nobilis dici nequit.
Magnus est honos vetusta ducere ab domo genus.
Mente nobiles, anteire stirpe nobiles, puta.
Mentis heroa propago fert malum viriliter.
Neminem virtus parentum, sed sua, nobilem facit.
Nemo sanguine æstimandus nobilis, sed moribus.
Nobilem doctrina præstat, nobilem ars duellica.
Nobilem esse, decusque laus est sortis arbitratria.
Nobilem esse nec videri nobilem, tristissimum est.
Nobilem nega inquinantem moribus scæuis genus.
Nobilem putato virtus cui vetus, res & vetus.
Nobilem se nemo iactat, quam cui nil nobile est.
Nobiles, ditesque raro commatis sunt optimi.
Nobilem vilemque sperno: sunt mihi mores genus.

Nobiles virtute multa splendidum probant genus.
Nobili est doctrina, in auro quod rubor carbunculi.
Nobili pace atqu bello plus pericli quam indigo.
Nobili plerumq; forma floret in vultu decus.
Nobilis natura duci m uelit, vilis trahi.
Nobilis nequit vocari mens cui est ignobilis.
Nobilis non es nisi ipse feceris quid nobile.
Nobilis paterna facta moribus comit suis.
Nobilis raro modestus, nobilis raro est pius.
Nobilis stupro atque cade, nobilem vsq; se facit.
Nobilis vere vocandus nullus absq; literis.
Nobilis virtutis expers, truncus est ignobilis.
Nob litatis est character ipsa virtus, non genus.
Non opes genusq; fingit nobilem, sed actio.
Prima sors felicitatis, nobili nasci à domo.
Plurimum est exsplenduisse luce virtutis sua.
Quod pyropus est in auro, nobili erudi io est.
Res cui virtusq; desit, nobilem virum nega.
Res vetus vetusq; virtus si cui est, dic nobilem.
Risui est re destituta claritas natalium.
Sanguinis nitescere ortu, nemini vile est decus.
Si cui est virtus vetusq; gaza, cense nobilem.
Si quis est virtutis expers, nobilem virum nega.
Sorte nascendi meretur adnitates nobilis.
Valde honestum est ante ire generis auctores sui.
A plebe differt ore honoro nobilis.
Celare vitia multa nobilitas solet.
Heroa mens, haud sanguis effert nobilem.
Laus est creari splendidis maioribus.
Malum vocari turpe non ignobilem.
Mores bonos quisquis colit dic nobilem.
Non est idem videri & esse nobilem.

Plebe-

Plebeia frons minus decora nobili est.
Prosapia laus, sortis arbitraria est.
Qui diuites sunt, sunt profecto nobiles.
Soli feracis planta naturam refert.
Virtus parentum transit in propaginem.

NOCENDI.

Nemo ei potest nocere cui Deus cupit bene.
Nemo eis potest nocere quos manus tenet Dei.
Quod nocet mortalium ulli numini nullo placet.
Quod nocet plane imbecillum est: non nocet certe Deus.
Non nocendo sed iuuando se exerat potentia.
Aliti Iouis nocere musca vilis non solet.
Alteri haud solet nocere qui sibi ipse non nocet.
Ecquis est volens sibi ipsi compedes qui fabricet.
Frustra inuolat cutem bouis luca culex.
In loco minore multum est vnus aut alter malus.
Innocens perit, subire cui datum ius haud suum est.
Magna gloria est nocere nolle cum tuto queas.
Ne quidem Pygmea gens quid somnum in Herculis potest.
Nemini nocet iuuare qui solet cunctos probus.
Nemo adhuc nocens inultus abstulit scelus suum.
Nemo adhuc nocens supremo creditori decoquit.
Nemo non potens abunde est ad nocendum proxime.
Nil nocenti tutum in orbe est, omnibus pœnis patet.
Nondum adhuc nocere quiuit musca prapeti Iouis.
Nullus est tam imbellis hostis qui nocere non queat.
Omnibus nocere quarit improbus, nulli probus.

Qui

Qui pôtest nocere nec vult, perduellem eum neges.
Promptius sib nocitura arceat quis quam regat.
Quisquis est nocens metu aut vi, servit innocentia.
Suauius multo interire per scelus quam crimine.
Vix solet cuiquam nocere qui sibi non est malus.
Curam salutis nemo non gerit sua.
Malus nocere vult bono, sed non potest.
Malum alteri des nemini, quamuis roget.
Nemo nocens absoluitur se iudice.
Quantum nocent aduersa tantum item docent.
Nemo sibi vltro quaesiit damnum aut malum.
Quisquis nocet sibi, nocet quoque alteri.
Quiuis nocet sibi ipse, nemini Deus.
Sibi nocet nocere qui vult alteri.
Vnquam ne luci bubo solis officit.

NOMINIS.

Cum Deo sint mille nomina, vnum ei cur non datur.
Ne Dei quidem ore nomen sumis impune impie.
Dux vetus quandoque solo vincit hostes nomine.
Multus est rex nomine, at re nullus absque Numine.
Nemo non regum perennis nomine, aut bono, aut malo est.
Consequentia esse debent ipsa rebus nomina.
Impij ferale nomen haud recordandum est pijs.
Impijs auget reatum nomen additum pij.
Mortuus saltem relinquas nominis famam boni.
Multa sub claro feruntur falsa passim nomine.
Nomen absque labe paucis ante funus obtigit.

Nemo

Nemo non captator umbra est vitreiq; nominis.
Nemo non malus reapse est, sed quotus quis nomine est?
Nemo non plus aequo opimi nominis famam sitit.
Nemo vult malus vocari sit licet re ipsa malus.
Nil moror inane nomen absque re, lare & penu.
Nomen his virtutis indunt vitia quauis queis placent.
Nomine apti ferme omnes, moribus sunt pessimis.
Non potest dari coherens nomen ignota rei.
Plurimi est, famam tueri, nomen & dici bonum.
Pulchra res potentiorum, multa habere agnomina.
Qui semel mali quid egit, nomen usq; fert mali.
Quid iuuat sancto vocari nomine absq; moribus.
Quisque vult bonus vocari sit licet reipsa malus.
Saepius sub voce honesta delitet res turpior.
Tam malus nemo est, vocari se item ni velit malum.
Vix venit cuiquam absq; labe nomen ante funera.
Vult habere grande nomen improbus, probus bonum.
Bellum manus desiderat, non nomina.
Celare nomen non decet nec patriam.
Est nominandus à suis solum Deus.
Nomen pium maior reatus impio est.
Odit malus dici, esse non odit malus.
Persaepe rebus conuenit nomen suis.
Plerunque falsis magna nominibus placent.
Soli suum nomen recognoscunt canes.

NOVERCAE.

Vitricum Deum experimur cum parens vel maxime est.
Nunc dies benigna mater, nunc nouerca pessima est.

Qua

Qua potest privignum amare mater omnium optima est.
Si nouercam habes venenum qualibet caue die.
Siue amat quem, siue quem odit, est nouerca pessima.
Sors minus saeuit nouerca quam parens, mortalibus.

NOVÆREI.

In sacris nihil nouandum est, auctor est quibus Deus.
Absque vi metuque vix est vt noues rem publicam.
Cuncta tentant cuncta turbant res quibus mala est domi.
Nouis sperare rebus quid boni indigentium est.
Nemo res amat nouare quam quibus sunt non bona.
Nil suo loco relinquit ambitus quidquid nouat.
Non timentur vsitata, sed nouum omne vijsus
Omnis est malus nouator, inque re postus mala est.
Praua natura à nouandis rebus haud vnquam abstinet.
Quod freto venti, id popello concio nouantium.
Rebus humanis cupido semper imminet nouis.
Res amat nouas quietis execrator ambitus.
Qui suam decoxit, idem decoquet rem publicam.
Res quibus domi est maligna moliuntur res nouas.
Res malæ nouitate quam vi sæpius nocent sua.
Vsitata non timentur quod nouum est metum facit.
Ad res nouas inclinat indigentia.
Ad res nouas prona omnis indigentia est.
Desiderabile omnibus res est noua.
Desideratur illud omne quod nouum est.
Et fama coeptis in nouis efficit.
Infesta leuitas semper est præsentibus.
Multum valet fama a male coeptis in nouis.
Natura vulgi dedita est rebus nouis.

Nil

Nil non potest fama vna cœptis in nouis.
Non est molestum si modo est probum, nouum.
Nouatio omnis inuenit mille asseclas.
Penuria vsque vsq; imminet rebus nouis.
Quod iam nouum est, quandoq; fiet & vetus.
Vetusta sordent: quilibet studet nouis.

NOXÆ.

Qualibet nos noxa summo distrahit longe à Deo.
Queis fauet, noxam salutem vertit in meram Deus.
Noxa Principum expiatur innocentum sanguine.
Noxa grandis, res triumphi, parua, res est carceris.
Absq; noxa repperire toto in orbe neminem.
Noxa nulla tam pusilla est quin queat fieri auctior.
Noxia vna virtutum omnem destruit symphoniam.
Præstat alterius moriri flagitio quam proprio.
Præstat interire noxa non sua quem, quam sua.
Qui potest euadere vna noxia haud petat duplam.
Tristius sua interire noxia, quam non sua.
Est noxa quæuis à bono deflexio.

NOCTIS.

Cuncta nox velat, sed ipsis lumen immittit dies.
In tenebris, in salebris lux salusq; vna es Deus.
Nocte item in summis tenebris cordium inspector Deus.

Nulla

Nulla nox ibi est perennis lux vbi viget Dei.
Ante lucem scitur omne nocte rex quod egerit.
Noctis acta regia, vrbes ante lucem iam sciunt.
Principum fortuna noctem nullam habet, semper micat.
Principum fortuna temuit noctis obscuro tegi.
Caecus es bubo ad diei tela, nox te illuminat.
Conso amica nox: Camenis mane ter tribus placet.
Corde qui scelus volutat lucis euitat iubar.
Destinata nox quieti est omnium mortalium.
Improbis & nox dolorum seminatrix omnium est.
Lux quidem prudens sed ipsa nox tamen prudentior.
Nocte dormi vt mox agendis rebus instes fortior.
Non potest damnare noctem cui dies superflua est.
Nox amicitia simulque nigra fraudis est parens.
Nox dolori rex labore est nauium regentibus.
Nox laboranti quietem fert, lucrum furunculo.
Nox vacat pudore, Liber atque Amor vacant metu.
Nox quieti destinatur, dictus est curis dies.
Nulla nox est quin laborem nauigantium duplet.
Omnium oblita est lucerna mane, nocte quae audijt.
Albana gens plus nocte cernit quam die.
Blanda quietis nescia est nox Principum.
Caligo mentes caeca mortales agit.
Clausum nihil Deo noctis meridie.
Interdiu Aetna fumat, nocte flammigat.
Mulcere curas ipsa nox mentis solet.
Nox ad quietem tradita est mortalibus.

NVGARVM.

Absque nugis, nulla belli nulla pacis munia.

Ecquod

Ecquod est negotium, in quo cuncta nugæ non agant.
Heu, quiuis sensim ipsa nugis macerat mortalium.
Nemo non certa minutas occupatur nenias.
Humana gens aut ludit, aut nugas agit.
Multi ore magno maximas nugas struunt.
Regnantum domi nugæ forisq; maxima.

NVMINIS.

A Dei nutu perennis omnium est felicitas.
Est Deus qui summa & ima temperat nutu suo.
Improbus probus ve nemo est absq; summo Numine.
Infimis suprema mutat numen orbis omnia.
Nec bonum malumue cuiquam est absq; diuum numine,
Nemo diues absque diuum prouidenti numine est.
Nil boni maliue homullis absque nutu fit Dei.
Nil boni maliue in orbe fit Dei absq; numine.
Nil Dei cuiquam absque nutu contigit bonum aut malũ.
Nil Dei fit absq; nutu, seu bonum sit, seu malum.
Nonne sortis nutus omnis vitreo fulget bono.
Numen est praestque rebus omnibus mortalium.
Numen est prægrande Martis, maius at est Palladis.
Respicit bonum ad salutem Numen, ad pœnam malum.
In corde numen consecratum habet probus.
Mundana cuncta perfouet nutus Dei.
Nulla absq; summo Numine ulli mens bona est.

NVM-

NVMMORVM.

Arca nummis plena in ipsum qualibet potest Iouem.
Cui nihil nummorum in arca est nullus est ei mi Deus.
Cuius arca fœta nummis, fœta multo numine est.
Auri et nitore numini nil in orbe pulcrius
Cui pater nihil reliquit, frustra amicos obsecret.
Numus ancillans probatur, imperans nulli est bonus.
Nummus est mancipium eo vti si potes, si non, herus.
Nummus instar scorti, amore nemine firmo fouet.
Nummorum amore rarus est, sublimior.

NVNCII.

Nil sopho renuntiatur ante quod non sciuerit.
Non potest dici morator nuncius rei mala.
Nunciantes lata repunt, laua qui ferunt volant.
Nuncius bonus pedestris est eques venit malus.
Nuncius celer malorum est: at bonorum ecquis venit?
Nuncius rei mala, vti si velit mora, haud mora est.
Promptius quid triste fama nunciat, quam gaudia.

NVPTIARVM.

Absq; consensu parentum nuptias quis contrahat.
Dedecet nuptam nouam oris pulcrioris pronuba.

Fiat

Fiat ut mater parensque nubit omnis femina.
Nulla diuitis recusat nuptias licet mali.
Femina omnis esse quærit diues aut potentior.
Nuptiæ fatale quiddam in parentum haud sunt manu.
Nuptias incestuosas & camelus deuouet.
Nuptiis sensim absque sensu robur ætatis perit.
Quæ tibi est desponsa, iure coniugem ducas tuam.
Sæpe rustici inuenusta carpitur manu rosa.
Vxorem habere quæ fuit fratris nefas.

OBEDIENTIÆ

Absq; murmuratione Numini paret probus.
Est Piis parere cœlo res vel optatissima.
Numini parere oportet absq; causanti mora.
Pareas necessitati, cui pares non sunt Dei.
Qui Deo legiq; paret omnium est liberrimus.
Ciuibus parere posse regis est nota optima.
Legibus parere qui scit rex, diu imperat.
Principem ius fas suismet subditum esse legibus.
Principi est obtemperandum sed tamen magis Deo.
Principi mos ut geratur sacra mandat pagina.
Rex potens parere nulli sustinet mortalium.
Summa virtus rege sub bono est obedientia.
Arduum est obtemperare plurimis recentium.
Continet virtuti omnis dotem obedientia.
Est parens virtutis omnis prompta obedientia.
Est vbi vxori vir, estq; vxor vbi cedat viro.
Mater est custosque virtutum omnium obedientia est.

Maxi-

Maximi suam ipse mentem qui facit, paret Deo.
Militis laus summa nutu vel ducis circumagi.
Militis vel prima virtus est obedientia.
Nemini parere quaeris? legibus fac seruias.
Non potes seruare ciues absque obedientia.
Non potest seruus vocari nemini qui obtemperat.
Plebs obediat magistris, at magistri legibus.
Qui potest parere miles, dux erit vel optimus.
Cælo vocanti nemo non obtemperat.
Haud difficulter paret optimo optimus.
Haud vlla maior pestis imparentia est.
Maius malum nullum est inobedientia.
Multum potest vis? plus obedientia.
Obediendum est cum Deus quidquam iubet.
Obediunt obedientiæ omnia.
Obediendum patriæ vt parentibus.
Obtemperandum legibus nulli est malis.
Obtemperare quemq; oportet legibus.
Obtemperat res quælibet pecuniæ.
Parere dicto militis vel maxime est.
Parere fato idem ne quod sequi Deum?
Parere nulli quam Deo rex sustinet.
Pares Deo si maximi mentem facis.
Plus sæpe obedit ciuibus rex quam imperat.
Qui legibus paret, fere ipsis imperat.
Rerum omnium tutela obedientia est.
Res seruat atque vitam obedientia.
Vel vince bello, vel meliori obtempera.

OBIVRGATIONIS.

Cui Deus succenset, illum corrigi posse arguit.
Quem metus Dei haud coercet, frustra ei obiurgatio est.
In Deo dilectionis est nota obiurgatio.
Carpis & regem reprehendis cuius acta in altero.
Maximo omnium regum amicis constat obiurgatio.
Principem obiurgare si vis, profer exemplum veteris.
Qui enem obiurgat, vetustam mutat arborem loco.
Recte monetur, quisquis obiurgat malos.

OBLIGATIONIS.

Nemo verum se obligari ciuibus feret suis.
Obligandi occasiones aucupari regium est.
Regium haud est obligari: obligare regium est.
Nemo non iure obligatur, quo obligauit alterum.
Nemo se extorta obligatum sentit esse gratia.
Obligat bonos sibi omnes, qui bonum vnicum obligat.
Obligatione charta parua homo homini obstringitur.
Quisq; iure eo ligandus quo ligauit alterum.
Vniuersos obligare vis? bonum vnicum obliga.
Extorta neminem obligabit gratia.

OBLIVIONIS.

Angerona obliuionis cuncta suppario tegit.
Ecquis est oblitus vnquam ventris in fame sui.

Est parens obliuionis spurca negligentia.
Gest. multa obliuio aufert, plura at inuidentia.
Impotens obliuione corruit sola dolor.
Improbum atque quem benefacti cepit alta obliuio.
Nemo adhuc obliuiosus crediti oblitus sui est.
Nemo non memor loci, aurum quo suum olim credidit.
Obruunt obliuia omne Vis quod arsue condidit.
Post cibum ac potum laboris omnis est obliuio.
Proprium malum senecta est impotens obliuio.
Quis loci vnquam oblitus aurum quo suum clã condidit.
Scribe cordis in tabella scire quod semper cupis.
Tutus est obliuionis à lacu vir musicus.
Vix memor iam viri amici, mortui obliuiscitur.
Claris nouerca obliuio est virtutibus.
Obliuionis est parens ignauia.
In prospera sorte haud Dei obliuiscere.
Morbus memoriæ tristis est obliuio.
Nemo famentis ventris obliuiscitur.
Nemo hercle nemo ventris obliuiscitur.
Nemo sua Vnquam oblitus est iniuria.
Obliuioni trade facta perperam.
Rerum malarum obliuio quiduis meret.

OBSCÆNITATIS.

Contegas verborum honesto non honesta schemate.
Detegit cuiusq; mores prodita ore oratio.
Os procax, voces profundit obsitas ærugine.
Qualis ore quisq;, talis esse item vita solet.
Qui libens fert allij odorem, libens allium edet.
Sensus à dictis profanis noxiam trahit tener,

Spurcus ore, est corde spurcus estq; cogitatibus.
Est umbra morum, dictio bona aut mala.
Infans profari plura non sinit pudor.
Loqui, ac patrare obscana, differt tempore.
Nec turpe dictu est id quod haud factu est nefas.
Obscana facta, verba respuunt pia.
Obscana mens, sermonis obscanissimi est.
Obscana mentem verba corrumpunt piam.
Obscana verba, cor mere obscanum arguunt.
Profamur ore cogitata pectoris.
Qui purus ore est, mente purus ac manu est.
Qui spurc. s ore, mente spurcus ac manu est.
Vt quisq; viuit, sic item solet loqui.

OBSCVRITATIS.

Est quies ceu sacrum opimum rebus obscurissimis.
Rebus in tenebricosis utilissima est quies.
Si liquet res, perge; si non, utere otio ac mora.
Quod minimum, semper sequendum est rebus in notis minus.
Obscura ferme diligit mœror loca.
Obscura si est res, id sequare quod minus.

OBSEQVII.

Obsequi Deo ipse malim quam imperare ceteris.
Tutus est liberq; supra Principes, Deo obsequens.
Militem gregarium aquum est Imperatori obsequi.

Obsequela

Obsequela Principum atque perdit atq; hostilitas.
Plus fere obsequela regum noxia est quam hostilitas.
Rex cupit plebem obsequacem? det cibum ac spectacula.
Rex iubet, populo superstit obsequela gloria.
Obsecundandum est adultis & scelestis in loco.
Obsequare: robore omni maior obsequentia est.
Vincat vxor obsequendo vel virum immitissimum.
Vxor obsequiosa regnum pellicis facit breue.
Aliud amoris obsequium est, aliud metus.
Deo obsequamur ac fatis, Dei asseclis.
Nunquam malis bonus obsecundat moribus.
Prudentis est verbo Dei vnico obsequi.
Timor magister infidelis obsequij est.
Vitijs adultis obsecundes in loco.

OBSIDVM.

Obsides dare est minoris, maior omnis accipit.
Obsides dat vsq; victus victor ipsos imperat.
Obsidum cedant parentes vrbe quam hostis obsidet.
Dant obsides victi, ipse victor accipit.
Infidus obses firmitatis est timor.
Nemo obsidem dat maior, imo is accipit.
Maceranda vrbs obsidendo est quæ capi vi non potest.
Nemo se obsideri in vrbe fert manu valentior.
Labor famesq; obsonium omnium optimum est.
Labor senectæ obsonium lætissimum est.

OCCASIONIS.

Admodum solet citate præterire occasio.
Aggredi hostes imparatos semper haud occasio est.
Arripe eia occasionem, fronte tantum habet comam.
Aucupare occasiones, occupabis omnia.
Ditesq; pauperesq; reddit vna occasio.
E malo quandoq; nata est optimorum occasio.
Improbis non deest voluntas, sed nocendi occasio.
Nemo non occasione præbita se vindicat.
Occupa omnem occasionem, differ omnem at impetum.
Pauca viribus patrantur: plus potest occasio.
Plurimum potest in omni bellica re occasio.
Prouidi est occasionis aucupari omnia.
Rebus è malis bonorum sæpe nata occasio est.
Retia illico attrahantur præda eis vt incidit.
Sæpius rei gerendæ occasio effluit mora.
Est caussa rerum plurimarum occasio.
Haud tempore omni occasionis frons patet.
Lente ingerit se occasio, haud lente fugit.
Mendicitatem occasio ditem facit.
Multum iuuat virtus, mage ast occasio.
Mutat statim negotium omne occasio.
Non omnium est occasio omnis temporum.
Occasio omni plurimum in vita potest.
Occasio viros facit qui non erant.
Occasio soluit feras tyrannidis.

OCCVPATIONIS.

Ad bonam mentem occupato peruenire non licet.
Ingenium curis d abitus occupatus fluctuat.
Multa agens crebro f rt ina copiam facit sui.
Nil bene exerceri ab Vll qui occupatus est potest.
Nemini mage est molestus occupatus quam sibi.
Nil vocatione falsa esse occupatius potest.
Non inopinato senectus occupatis t gru t.
Non potest vacare M sis qui va at Cupidini.
Non potest vacare Musis qui vocat pecunia
Non potest vacare turba qui nouem Musis vacat.
Occupato instat senectus mente adhuc infantili.
Occupatis nulla vita, vita vel breuissima est.
Tarde eunt hore otiosis, occupatis transvolant.
Vna tractat arma Pallas, una doctrinas fouet.
Vnica occupatus arte cuncta agit perfectius.
Vnica occupatus in re, cuncta agit velocius.
Ad occupatos Musa non libens venit.
Curis duabus occupari quis cupit?
Qui multa agit demi f risq; haud est suus.
Res agere multas, tuta vita haud est via.

OCHLOCHARGIÆ.

Absq; equalitate plebis & regna non diu vigent.
Haud diu vrbs sub plebe floret nulla vbi est equalitas.
Infima plebis potestas summa vbi est ibi est c aos.
Non diu gubernat vrbem plebs, cui imminet potens.

Non diu vrbis est magistra plbes potens in qua viret.
Non diu plebs frenat vrbes in quibus potens vigit.
Per viros magnos in vrbe plebis interit status.
Magni viri semper terunt plebis statum.
Vnus potens de plebe mille euertetit.

OCVLI.

Æquitatis acre lumen cernit orbis singula.
Arduum non est latere hominum oculos, ast Dei arduum est.
Cernit bonum, cernit malum semper Deus.
Cuncta cæli terræ abyssi lumine obseruat Deus.
Est Deus qui lumine æquo res videt mortalium.
Est tam inpræluſtre lumen cuncta quod cernit Dices.
Fallitur, latere si quis quippiam putat Deum.
Improbum omni tempore acre lumen obseruat Dei.
Intuentem humana cuncta non latet nocens Themin.
Inuolucra mentis vnus transit humana Deus.
Iustitia ille oculus minutatim intuetur omnia.
Mentis inuolucra nemo vindici calat Deo.
Nil Adrasteian latere sueuit, omnia aspicit.
Non potest peccare semper qui Deum ante oculos habet.
Omne opertum tanquam apertum lumen aspicit Dei.
Pectoris Deus latebras omnium vsque perspicit.
Pectorum inspector profecto quolibet loco est Deus.
Viuit innocenter ante cuius est oculos Deus.
Lumina omnium, omnium aures Principem sequi solent.
Diuitum è bonis egenti quando non oculi dolent.
Est quidem fidelis auris, oculus ast fidelior.

Lumen hoc illudq; bina sunt fenestra mentium.
Lumina omnium veretur praua conscientia.
Lumina omnium requirit pura conscientia.
Lumini pulcra impudico est forma, cui vix est stata.
Sunt opes oculata oculatos sortiuntur quando heros.
Virgo oculis minus pudica est? impudicam dicito.
Vis amici vis inimici cernere animum oculum adspice.
Bona conscientia nullius oculos fugit.
Deum latere si cupis, bis proderis.
Et oculus animi est hoc quod est animus Dei.
Et pectorum intima ipsa perspicit Deus.
Homines latere quimus, haud quimus Deum.
Multi latent oculos hominum, nullus Dei.
Nil est quod oculus æquitatis non videt.
Oculis fides mage est habenda quam auribus.
Stans in propinquo cominus videt Deus.

ODII.

Frustra eum odimus fauore quem Deus fouet suo.
Mortuos inter putandus quem minus Princeps amat.
Nulla maiestas regentis durat, odio vt est suis.
Nulla res diu tuetur Principem inuisum suis.
Principem iuste pieque non agentem odit Deus.
Regnum vbi est, inde esse longe non potest odium publicum.
Est tyranno odiosa virtus ciuium atq; industria.
Hominem odisse vel nocentem, maximum puta scelus.
Improbus tandem sibimet fit quoque inuisus palam.
Ne quidem parcit inimicis mortuis odium graue.

Nemo amat quos odit, ut nec odit hos quis quos amat.
Nemo in altero unquam amabit, odit ipse quod domi.
Nemo non id odit, i sus assequi quod non po'est.
Noli odium foue e turpe est, sit li et iustissimum.
Odimus, obu inique qui fuere iniurij.
Optimis odi esse, signum est ultima indecentia.
Qui Camanas odit, harum ridet & antistites.
Si malos non oderimus non amabimus bonos.
Concepta quarunt odia vindicta locum.
Effusa pectus odia turbidum leuant.
Inu sus haud aque alteri, ac sibi, est malus.
Odio esse vis odi, si amari vis, ama.
O isse tis pe est laudi quem euehis tua.
Odit qu dem sed non palam ipsa hypocr sis.
Odium indecorum est omne philosophantibus.
Videt fauor p rum, odium at oculos non habet.
Ta dem probare nec semet potest malus.

OESTRI.

Entheatis fama seruat nomen inscium mori.
Exuunt hominem poeta cum replentur Numine.
Fulmine attonita Bacchi mens sapit dum desipit.
Ingruit Deus poetis cum canunt calestia.
Mentem item hominis entheati vi mera cogit lucrum.
Nemo summus fit poeta cui fu or desit sacer.
Numen extra se poeta raptat, ac thyrso quatit.
Qui Dei est afflatus œstro despicit morta'ia.
Afflatus illo quisque quem cantat Deum.

OFFEN-

OFFENSÆ.

Dum cauet quis tristiorem sæpe in offensam incidit.
Vix vitant offensiones imperantium sophi.
Auris superba offensioni pronior.
Aut mitiganda est aut cauenda offensio.
Mage cogitanda veritas quam offensio.
Gaudet obtrectatione vilior præstantium.
Gnatis parentum opprobria haud obstant probis.
Quisq; detrectatione gaudet imperantium.
Nulla non vexant tyrannos à rogis opprobria.
Qui Noto soluit secundo soluit omine haud malo.
Omen est reditus secundi soluere alite haud mala.
Prudentia omnis mater obseruatio est.
Obstetrix quodcunq; præbet inscienti, pharmacum est.
Assueta nulli sunt mala offensa suo.

OFFICII.

Excitandus est malus malo, officium vt præstet suum.
Munere aureo ligatus haud facit munus suum.
Officium coacto vbique præferes vltroneum.
Officium facis propinquo si filiam eius eligis.
Quilibet Deum celebrans officium facit suum.
Prauenire officio amicum te minorem haud est pudor.

ONERIS.

Antea metire pondus, ferre dextre vti queas.
Corruit mox qui subiuit viribus dispar onus.
Dignitates diuitiaque sunt onus mentis bona.
Est onus leue, irremissis viribus quod sustines.
Grande onus, humeris sedere non bene omnium potest.
Iam senescenti caballo grandius demas onus.
Iustum erat naui ipsus Argo solus Hercules onus.
Mole subgraui labascit fessus indolis vigor.
Nemini imponas quod ipse sponte ferre non velis.
Nemini non impotentem ferre fortunam graue est.
Non potest diu ferri ab Argo, pondus ob vastum, Hercules.
Non potest onus vocari, quod lubens quisquam subit.
Promptius commune fertur pondus infortunij
Quisque onus suum arbitratur omnium grauissimum.
Lauda ratem pusillam, onus grandi indito.
Metire pondus antea quam suscipis.
Metire pondus rite ferre quod cupis.
Minus prement onerosa si scite feras.
Multa manus quoduis onus reddunt leue.
Opes vbique sunt onus mentis bona.
Sors lata pondus nemini portabile est.
Fortuna lata pondus importabile est.

OPVM.

Quas opes Dei dederunt, in statu semper manent.
Ipse opum quandoque currus à Deo ruit niger.
Regum opes æquare mente fas vel ind gentibus.
Regum opes animis adæques vel casa sub rustica.
Regum opes æquare vilis mente mendicus potest.
Regum opes sere Gnathonum frangulantur dexteris.
Regum opes profecto vincit æqua mens præsentibus.
Rex, ne opes pluas in homines, verum in humanum genus.
Absq; fortuna execrandæ sunt opes quantælibet.
Absque fraude comparari non solent grandes opes.
Ah valeant opes, dolore si premunt cor perpeti.
Arte vix bona obtinentur magni honores magnæ opes.
Continent opes profani, quas pij contemnimus.
Contrahunt opes tumorem sicut unda intercutes.
Copias opesq; quæris? sis auarus sis rapax.
Cui bono est opes habere, si fruendi ars deficit?
Cura quas simulque virtus dant opes, semper manent.
Ferme opes plus possidenti noxiæ sunt quam vtiles.
Filios amas? beatas quære opes ijs, non nothas.
Fluctibus pares marinis sunt opes nec permanent.
Instar est flammæ omne quidquid opibus iniuste adiicis.
Læta Opum persona, at intus plena amaritudine est.
Magnæ opes vbi mirantur, magna ibi molestia.
Linque opes gnatis perennes: nil caduca quam nocent.
Magnæ opes nullum serena temperie mentis beant.
Multi opum caussa necantur, nemo ob indigentiam.

ONERIS.

Antea metire pondus, ferre dextre vti queas.
Corruit mox qui subiuit viribus dispar onus.
Dignitates diuitiaque sunt onus mentis bona.
Est onus leue, irremissis viribus quod sustines.
Grande onus, humeris sedere non bene omnium potest.
Iam senescenti caballo grandius demas onus.
Iustum erat naui ipsius Argo solus Hercules onus.
Mole subgraui labascit fessus indolis vigor.
Nemini imponas quod ipse sponte ferre non velis.
Nemini non impotentem ferre fortunam graue est.
Non potest diu ferri ab Argo, pondus ob vastum, Hercules.
Non potest onus vocari, quod lubens quisquam subit.
Promptius commune fertur pondus infortunij
Quisque onus suum arbitratur omnium grauissimum.
Lauda ratem pusillam, onus grandi indito.
Metire pondus antea quam suscipis.
Metire pondus rite ferre quod cupis.
Minus prement onerosa si scite feras.
Multa manus quoduis onus reddunt leue.
Opes vbique sunt onus mentis bona
Sors lata pondus nemini portabile est.
Fortuna lata pondus importabile est.

OPVM.

OPVM.

Quas opes Dei dederunt, in statu semper manent.
Ipse opum quandoque currus à Deo ruit niger.
Regum opes æquare mente fas vel ind gentibus.
Regum opes animis adæques vel casa sub rustica.
Regum opes æquare vilis mente mendicus potest.
Regum opes fere Gnathonum strangulantur dexteris.
Regum opes profecto vincit æqua mens præsentibus.
Rex, ne opes pluas in homines, verum in humanum genus.
Absq. fortuna execrandæ sunt opes quantalibet.
Absque fraude comparari non solent grandes opes.
Ah valeant opes, dolore si premunt cor perpeti.
Arte vix bona obtinentur magni honores magnæ opes.
Contemnent opes profani, quas pij contemnimus.
Contrahunt opes tumorem sicut vnda intercutis.
Copias opesq. quæris? sis auarus sis rapax.
Cui bono est opes habere, si fruendi ars deficit?
Cura quas simulque virtus dant opes, semper manent.
Ferme opes plus possidenti noxiæ sunt quam vtiles.
Filios amas? beatas quære opes ijs, non nothas.
Fluctibus pares marinis sunt opes nec permanent.
Instar est flammæ omne quidquid opibus iniuste adiicis.
Læta Opum persona, at intus plena amaritudine est.
Magnæ opes vbi morantur, magna ibi molestia.
Linque opes gnatis perennes: nil caduca quam nocent.
Magnæ opes nullum serena temperie mentis beant.
Multi opum caussa necantur, nemo ob indigentiam.

Multum

Multum opes pollent, iugata limpidis virtutibus.
Nemo nouit quonam itura sint opes tandem improba.
Nemo recte opes gubernat quam cui mens dextera.
Nemo opes habet propriè m eu suas, sed in diem.
Non in arca opes reponunt corde sed suo sophi.
Non tenent opes sua ade, cordis at sinu sophi.
Nulla opes sat esse grandes morbibus queunt malis.
O opes esca malorum, ô fomites cupidinum.
O opes vos possidente n de malo facitis bonum.
Parte iniqua mo e flamma ceteras vorant opes.
Patria capta Bianti nil tamen mali obtigit.
Permanent op s in auum dante quas nactus Deo es.
Promptum opes damnare vultu, men e sed perara dum.
Pulcritudo op m, haud in arca, s d dum egeno sit bene.
Quid nam opes viresq; distant à puerum crepundijs.
Quis nam opes vnquam libenter in fretum abiecit suas.
Quos opum tenet cupido, semper in siti ac famé sunt.
Raro opes auget relictas patris expers filius.
Raro Opes Virtusq; eodem se videndas dant loco.
Seruiunt opes benignis, imperant nepotibus.
Sis licet malus, vocaris optimus dum adsint opes.
Sola opes quascunque frangit & terit necessitas.
Sors opes Virtusq; iunctim quas cui dant permanent.
Summa maiestas opum esto cuncta possunt quæ volunt.
Sunt opes aues, repentes aduolant atq; auolant.
Sunt opes? ditato amicos, gratiasq; agito Deis.
Sunt opes esca malorum, sunt opes morum cruces.
Sunt opes fluctus marini: nunquam eodem hærent loco.
Sunt opes mansura in auum cura quas virtusq; æquant.
Sunt opes maris quod vnda, tam cito exit quam venit.
Sunt opes multis periclum, sunt opes cunctis onus.
Sunt opes plerisq; mentis impedimentum bonæ.

Tan-

Tantali est egere semper inter aggestas opes.
Vnicas opes habeto disciplinam & literas.
Baculus Diogeni opum fuit loco omnium.
Bonum bono, malum inferunt opes malo.
Caducæ proles sunt Opes terræ hospitæ.
Cui sunt opes, bonus fit illico è malo.
Censum suum secum ipse semper fert Bias.
Et optimus opum inquinat opimitas.
Durabilis parum est opum possessio.
Durant opes fauore partæ Numinis.
Non posse opes pati, est animæ imbecillimæ.
Numerare præstat acta, quam vastas opes.
Opes amare mentis est pauperrimæ.
Habet opes sapiens suas in pectore.
Opes honestant dignitatem quamlibet.
Opes libenter fecit in fretum Crates.
Opes onus sunt grandius mentis bonæ.
Opes pati non posse mentis pumilæ est.
Opes opem si non ferunt, dic mortuas.
Opes patrant virtute qualibet duce.
Opes quæ opem nulli ferant, dic mortuas.
Opes tumorem cuiq; dant hydropici.
Opes tumorem nemini non contrahunt.
Opes vbi sunt multum ibi est amentiæ.
Opes prout index ingenium arguunt.
Pro summo opes iam sunt bono mortalibus.
Summas opes iugi labore compares.
Spinosæ opes sunt, imo spinæ sunt meræ.
Sunt caussæ mortis maximæ multis opes.
Vbi est opum vis, luxus est ibi ac tumor.
Vbi est opum vis, est ibi & mentis tumor.
Vbi sunt opes, ibi fastus est, ibi est tumor.

Vbi visus est opum eius est ibi fames.
Vbi visus est, ibidem opum quoque est sitis.
Viaticum eruditionis sunt opes.
Virtutis instrumenta sunt opes bonæ.
Virtus opesq; vix eundem habent virum.

OPINIONIS.

De bonis vulgi esse vera non potest opinio.
Decipit multos honesta de malis opinio.
Doctior rem quamque talem qualis ipsa est iudicat.
Est leuis se attemperare vulgi opinionibus.
Ex aliena opinione quis pendet non sua.
Hæc quidem tibi videntur: ista vero sed mihi.
Mens bona atq; opinio iisdem non tenent sese locis.
Mundum opinio gubernat, Veritas mera assecla est.
Nemo non opinione sæpe fallitur sua.
Nemo non opinionis diligens custos sua est.
Nemo non opinionis gaudet applausoribus.
Nemo non opinionis inuenit seruos sua.
Nil nisi Rationis vmbra nebulosa opinio est.
Non potest opinionis esse vir bonus mala.
Non potest vinci à dolore recta, firma opinio.
Non rei ast opinionis est mere felicitas.
Non rei ast opinionis est mere infelicitas.
Non opinatur nec villi dat fidem falso sophus.
Omnibus peculiaris pestis est opinio.
Opinionem sperne, remque amplectere.
Pertinax quisque in vetustis est opinionibus.
Plus valet persæpe ipsa pestilens opinio.

Quæ

Quæ semel fuit puellis, pulcra semper simia est.
Quilibet sensu beatus, quilibet miser suo est.
Quod bonum est amplectere, etsi vulgus id putet malum.
Ratio opinioq; nunquam eodem hærent loco.
Recte opinari est homullis maximum omnium bonum.
Simiabus grata mentem fascinant de liria.
Terreare rebus ipsis, non opinionibus.
Tollere ense opinionem non potes, vitam potes.
Veritas multum, sed ipsa plus potest opinio.
Veritas sophis amori, stulto opinio sat est.
Vnius stupor subinde facta opinio omnium est.
Aufertur ense vita non opinio.
Est morbus hercle opinio, sacerrimus.
Leonem haberi simiam quid iuuerit?
Ex mente nostra quodlibet graue aut leue est.
Mater malorum homini omnium est opinio.
Miserum facit, facit beatum opinio
Nemo est miser qui se esse talem non putat.
Nil non potest vero gemente opinio.
Nulla est scientia, vbi eius est opinio.
Opinio bona eripi nequit probo.
Opinio nunquam intrat ad Scientiam.
Opinione fallimur scientia.
Opinione nil magis tyrannicum.
Opinione rarus nititur sua.
Opinionis nube veritas latet.
Pro veritate nunc valens opinio.
Sacrum esse morbum opinionem quis neget?
Vbi est Opinio, esse Veritas nequit.
Vbi est opinio, ibi abesse Leuitas haud solet.

OPOR-

OPPORTVNITATIS.

Fit cito omne, fit decorum, quod fit opportunius.
Omnia opportunitatis vela grande cursibus.
Quod fit opportune habere suevit exitus bonos.
Quidquid opportunitate curiosa fit, bonum est.
Spectat opportunitates temporum prudentia.
Corrumpitur mora sæpe opportunitas.
Præter volat vel punctulo opportunitas.
Vis quod oppugnat dolumq; mutuo statim ruit.
In mala re omen misello quidquid obviat malum est.
Quis velit male ominari nil ubi obviam mali est.

OPTANDI.

A Deo omne fert quod optat, cui quod est sat sufficit.
A Deo quæ optamus aut sunt noxia, aut superflua.
Æqua mens paucis fatigat optionibus Deum.
Qui suo regi optima optat, partem & inde fert suam.
Nemo sic mortem palam optat quam qui eam horret maxime.
Quisq; dum optat atq; sperat, fit senex, fit quadrupes.
Agricolator à Deo quæ optat capit.
Aut noxia optamus, aut superflua.
Optare noli quod tibi non expedit.
Quod optat hic & ille, felix impetrat.

OPTI-

OPTIMATVM.

Insidiatur tota plebes semper optimatibus.
Optimatem quemq; habeto patriæ tibicinem.
Optimates nomine ipsa sæpe re sunt pessimi.
Præmio virtutis ornanda ciuium primarios.
Sanguine optimatum vlenda est vis mere tyrannidis.
Ridiculum est, nil prorsus adstat cum boni optimatibus.
Magnos viros caue plebs, si ciues regis.

OPERIS.

Malum opus sermone cassum verba quam absque opere ardua.
Non potest vosq; nobis quo nihil nobis opus.
Non solet durare longum quod cita est originis.
Omne opus quod non coronat finis, irritum scias.
Qui faber non es, manum ac mentem abstine fabrilibus
Qui nimis vacat minutis, non sat est maioribus.
Quicquid ortus incitati est incitati est exitus.
Quisq; amat quod ipse fecit, vt catellum simia.
Quisq; opus suum tenelle diligit, nemo premit.
Quod labor quod cura fingit, esse opus nequit scabrum.
Sæpe opus laudatur, ipse at artifex contemnitur.
Caue pedem ponas choro non in tuo.
Operum bonorum vestimentis places Deum,
Opus quod ad rem non facit, non est opus.
Quod fit cito, plerunq; item cito perit.

Non

Non est pusillum opus quod à sopho venit.
Tractare noli non faber fabrilia.

ORACVLI.

Corda quorum à Dijs tenentur Principem nullum timent.
Pura mens sit, non modo auris ad Dei omne oraculum.
Vox Principum omnis, esto vox oraculi.
Multa dicta sunt Sibyllæ, nil quæ habent Sibyllinum.
Nemo non credit libenter gaudioso oraculo.
Qui pauent non certa, Diuum consulat antistites.
Incerta Phœbum adire mos pauentibus.
Non indiget, cui mens sua est, oraculis.
Oracla neminem explicant sed implicant.
Oraculum incertum, exitus certum facit.
Præsente Phœbo oracla veracissima.
Responsa Pythia, aræ si desunt, tacent.

ORATIO.

Parce regi dicere omne quod tibi in buccam venit.
Cœna sic cœno, verenti sic vires oratio est.
Consequare oratione, dote ferri quæ haud queas.
Et laborantis animi ingeque pharmacum est oratio.
Maximi natu perorant concione qualibet.
Mentis est imago, mentis vultus est oratio.
Mœsta ceu mœrenti, ouanti sic ouans oratio est.
Pro cibo mentis est perenne delicata oratio.
Qualis est oratione talis est quis moribus.

Talis est orationis, qualis & vitæ tenor.
Talis est vir quisq; qualis eius est oratio.
Talis vnicuique vita qualis est oratio.
Stante veritate, stare nullus orator potest.
Tur iter se oratione munit ipsa oratio.
Cuncta obtinet sua suadela oratio.
Diuersa sunt, & multa & apta dicere.
Effeminata effeminati oratio est.
Est actionis omnis vmbra oratio.
Imago mentis intima es oratio.
Imago vera mentis est oratio.
Lasciuiens verum haud decora oratio est.
Mores mouent dicentis, haud oratio.
Multum potest ferrum, at minus quam oratio.
Oratio omnis, mentis internuncia.
Oratio veraxq; claraq; est probi.
Orationis certa mors silentium est.
Orationis pars potissima actio est.
Pluris licenti orator haud locas fidem.
Pro moribus sua est cuique oratio.
Rerum omnium est pulchra administra oratio.
Spectanda mens vbique non oratio.

ORBIS.

Cuncta iuste, cuncta recte in orbe agit suo Deus.
Est Deus protector orbis, orbis est iudex Deus.
Nec quidem momento orbis perstet absque Numine.
Orbis vniuersitatem curat & regit Deus.
Susq; deque versat orbem diua prouidentia.
Vt Deum agnoscat colatque factus orbis atque homo.

Et

Et die & nocte in theatro viuit orbis imperans.
Alter votis metuq́ spernit Orbis omnia.
Cui pusillus orbis ipse est magnum esse nil potest.
Cuncta momento geruntur orbis in tragœdia.
Cur homo te effers ob umbras orbis atq; somnia?
Est Charybdis Scyllaq; orbis, vita amor, mortis metus.
Illico mutantur orbis omnia in contrarium.
Mellis atq; fellis Orbis constat è coagulo.
Nec timore nec dolore digna sunt orbis mala.
Nil in orbe est cui voluptas non sit in vicem ac dolor.
Orbe toto nil perennat longius mortalibus.
Orbis architectus, orbe maior est certe suo.
Orbis é melle atq; felle constat vicissitas.
Orbis est humana vita: qualibet fatum rotat.
Orbis inuoluta cæca cuncta sunt caligine.
Orbis ipse eiusq; cuncta periunt prudentia.
Pulcer orbis est, & in se cuncta pulcra continet.
Qui creauit orbem, eundem nutu item regit suo.
Quidquid est in orbe, fuco constat & mangonio.
Quidquid est in orbe, h mullis usui est ac gaudio.
Quod gubernator in vndis, hoc in orbe est vir sophus.
Quod rubet sol vespere, orbis ille nostri heu est pudor.
Ridet orbem, spernit orbem, cunctaq; eius, vir sophus.
Totus orbis nunc rotatur, sistiturq; in verticem.
Cuncta Plutus versat orbis ex sua libidine.
Vita auarus est perire qui orbe cum toto negat.
Voluitur sursum deorsumq; Orbis, Euripi modo.
Vtitur finiturq; sapiens orbe toto cum suo.
Communis orbis ipsa philosophia est parens.
Est eius orbem regere qui ante condidit.
Hic totus orbis patria est sophis.
Lætatur orbis omnis & iusto & bono.

Menti

Menti bona orbis omnis patriam exhibet.
Nu u Dei reguntur orbis omnia.
Rimatur orbis uniuersa vis Dei.
Virtute vincas orbis indomita omnia.
Vnius instar u bis, ... est sopho.

ORBITATIS.

Orbitas reg[illegible] senectaq, omnibus contemptui est.
Liberis carere prastat, quam patrem esse non probis.
Orbitatem liberorum ferre vix potest pater.
Patris exsors raro adauget patriam substantiam.
Prastat esse orbum, parentem quam scelesti germinis.
Raro optandum patre orbus se dedit modestia.
Orbem esse prastat, esse quam patrem improbis.
Timere iam nil orba paupertas potest.

ORDINIS.

Dispares inter paresq, iura seruent Principes.
Ordinis custos perennis est magistratus probus.
Cum quid haud sit ordine, omnis mancados prudentia.
Digni vbi imperant, decenter ordini omni ordo est suus.
Est suus rerum omnium ordo, transitusq, item est suus.
Non potest natura rerum stare sublato ordine.
Ordinat sibi fugacis rarus aui munia.
Ordinem ars omnis requirit, omnis & industriæ.
Ordinem in hoste persequendo qui tenet, nunquam cadit.
Ordinem integrum vel vnus turpis infamauerit.

Ordi-

Ordinem seruare res est maximi compendij.
Ordinis vis magna: totus constat orbis ordine.
Ordinibus recede saluis, vel peris radicitus.
Ordo nil à Sole differt turba cuncta illuminat.
Ordo non seruatus & res perdit excelsissimas.
Ordo nullus in tumultu est, ordo nullus in metu.
Ordo ruptus fert malorum grandius secum chaos.
Ordo Sol est, ordo Luna est, luce complet omnia.
Ordo vbi est, ibi decorum est, atque festinatio.
Ordo vbi est ibi decorum: ordo vbi est, ibi nitor.
Ordo vbi est, ibi Serenum est: ordo vbi est, ibi modus.
Ordo vbi est, ibi venustas, ordo vbi est, ibi dies.
Ordo vbi est, ibi necesse dia sit prudentia.
Publicis priuisq; rebus ordo maximum est decus.
Pulcrius natura rerum nil creauit ordini.
Quis sui aui rite nouit ordinare munia.
Quod fit ordine, id decore perficit quis ac cito.
Rarus aui rite nouit ordinare munia.
Sanctitas virtutum in omni repperitur ordine.
Seruant eundem semper ordinem febres.
Tempore omni ; omni loco ingens ordinis compendium
Tollitur natura rerum, si ipsus ordo tollitur.
Vita amor metusque lethi, turbat omnes ordines.
Absque ordine ars iacet iacetq; industria.
Absque ordine omnis claudicat industria.
Absque ordine omnis nil potest prudentia.
Id fit decenter & cito, quod ordine.
Illustrat ordo, Solis instar omnia.
Malum vnicum cuiq; ordini ignorantia est.
Se deprimendo surgit ordo Principum.
Seruandus ordo rebus est in omnibus.
Tolle ordinem omnis tolliturq; industria.

Vbi ars, ibi ordo, vbi ordo, ibi prudentia.
Vbi ordo non est, est ibi confusio.

ORIGINIS.

A Deo est origo regum dextere imperantium.
Areat vis amnis? illi præcideca vnda originem.
Flumen ecquod nauigari fontis ad caput potest.
Fontis auferenda origo est, riui vt omnes areant.
Grande tam nil cui minutum non fuit primordium.
Illico aret vnda fontis fons vbi ipse tollitur.
Quod modo magnum est id olim valde paruulum fuit.
Sunt originis pusillæ cuncta rerum maxima.
A fonte pendet quilibet riuus suo.
Ex infimo nascuntur & vastissima.
Haud qualis est natus diu amnis defluit.

ORIS.

Non cadit lethoreorum regis ore qui cadit.
Ore libero dynastas qui increpat, tantum excitat.
Ore regem criminatus, re parum aut nil æstimat.
E bene ortorum ore lucet gratia excellentior.
Flamma quamquam instet vel ensis, molle nil fortis iacit.
Horror est vbi oris inde cor seuerum haud exulat.
Impudicum os impudici cordis est proscenium.
In bene ortorum ore semper indolis cernis notas.
Mentis ecquod cogitata liberè os proseminas.
Ore castis casta mens est, casta cogitatio.

Ore gaudiosa tristi quis libenter protulit?
Ore quis, quam cogitat, pectoris facit palam?
Os impotens egens perenni luctabitur cum malo.
Plurimas manus gubernat res, at os unum omnia.
Plurimum sapientia ore computrescit paupere.
Rara cuique est oris atque pectoris symphonia.
Quomodo ore læta promat, cor cui obsitum malis.
Ab ore vita cuique custa sit minus.
Est mentis os interpres internæ externus.
Ex ore fortis molle nil unquam fluit.
In malis vel os amici suaue contuerier.
Impurus oris, cordis impurissimi est.
Procaci ab ore nil fluit nisi improbum.
Quæuis auis cantu è suo dignoscitur.

ORNATVS.

Principum virtute constat non decore dignitas.
Purpura rex multus ornat corpus animum rarior.
Regis est ornatus ac vis ciuium securitas.
Rex suos mage antecedat moribus quam purpura.
Adiuuant statum cothurno corpus est quibus breue.
Artubus non succulentis vestium farctu student.
Delicatus cultus, auctor inuidiæ ac superbiæ est.
Mens cui est ornata, corpus est ei ornatissimum.
Non iners inordinato gratia est ornatui.
Pascimus pauonem ob vnam luminum elegantiam.
Pauo pennarum æstimatur ob suam pulchritudinem.
Plurimum sua ipse vi stant quæ minus pompa gerunt.
Præ se animi deformitatem cura fert formæ anxior.
Quæ, uo simplex renidet virgo cultu perplacet.

Recte

Recte olet pudica virgo rum nihilquam sese olet.
Stulti amant phalerata prudens occupatur fortibus.
Turpibus pulcerrimusq; quo monilium decus?
Vnicum formæ decorem mentis ornatum puta.
Alius mulieris cultus est, alius viri.
Compone mores, id facit vita ad bonum.
Comptum esse præstat quam sullle sordidum.
Effeminatus non decet cultus virum,
Et feminæ est ornatui silentium.
In mente sola verus est hominis decor.

OSCVLI.

Osculamur sæpe & illos quos timemus maxime.
Quos palam osculamur, illos sæpe clam discerpimus.
Osculum quæ non negauit, nec negabit cetera.
Etiam venenum maximum est in osculis.
Non semper est dos charitatis osculum.
Sono absq; nulli integra dantur oscula.

OSTENTATIONIS.

Vix inertium diurnat Principum ostentatio.
Absq; spectatore crebro neminem iuuant opes.
Excute ostentationis cuncta, sunt vanissima.
Arboris thus est resina, gutta thus est corticis.
Gemma, piscium è cerebro est, fax marina, purpura est.
Aurum & argentum omne nil est quam rubrum atque album lutum.
Gaza vix cuiquam decori est absque spectatoribus.

Nemini in rebus secundis desit ostentatio.
Non caret mendacij umbra iugis ostentatio.
Plurima adfingit sibi ipsi cassa re ostentatio.
Plurima ostentationi seruiunt, pauca vsui.
Quidquid est virtutum in orbe nil nisi ostentatio est.
Quidquid ostentamus in se nil habet quam nanias.
Sæpe & honesta in ipsa turpis ostentatio est.
Semper affingit suismet quidpiam ostentatio.
Seruit ostentationi tota gens mortalium.
Est vanitatis assecla ostentatio.
Mortalium virtus mera ostentatio est.
Viro probo indignissima ostentatio est.
Mendacium fere est vbi ostentatio.
Pompa vbi ostentatioq; veritatis nil subest.

OSTII.

Numinis perrumpit vltor impetus clausas fores.
Malleo fores potentum rumpere est argenteo.
Clausa egenti porta amico est, diuiti laxe patet.
Cur terunt quiuis potentum, haud eruditorum fores.
Frustra adit compos suimet ianuas poeticas.
Fur vbi haud est, ianuarum nemo ibi claudit fores.
Non eget casa vlla ferro quæ fore ac sera caret.
Nemini non est aperta porta pœnitentiæ.
Nemini non sunt apertæ ianuæ Nouensilum.
Non subit fortuna limen, nil vbi cernit sui.
Numinum haud multos ad altas impetus vehit fores.
Ostio viuunt aperto qui sibi ipsis imperant.
Pauperis casa, absq; claustris tuta nocte est ac die.

Quis

Quis poeticas ferruit mentis integer fores.
Tot pac excurius ex quis est apertis ianuis?
Atrox Erinnys intrat & clausas fores.
Ecquisnam aperto viuere ausit ostio.
Fores sophorum fac teras, non ditium.

OTII.

Otiosus esse multum non potest late imperans.
Otium quiesq; regi haud conuenit, sed feminæ.
Otium reges & urbes funditus pessimis dedit.
Otium rex semper optat quilibet, sed nunquam agit.
Ad malas conferre esse res sueuit otiositas.
Ætheris mens æmulatrix segne nescit otium.
Alta mens actu valescit, otio torpet vigor.
Alta mens non obsolescit otio tantum, & perit.
Arboris pomiq; vermis non nisi à putredine est.
Corpori mentiq; summum procreant malum otia.
Est viro labor perennis femina iuge otium.
Exedit rubigo ferrum, marcet ingenium otio.
Exedit rubigo ferrum, mentis indolem otium.
Fanus est tirans amator otij atq; inertiæ.
Haud vlli parata virtus, otiando seruit.
Improbi otio ac quiete non fruuntur spiritus.
Improbus sis nil agendo, discis artes nam malas.
Improbi otium facessit ad probis negotia.
Literatus otiosum esse quærit, haud reses.
Mens in otio educata nil boni aut recti sapit.
Militis otium execrandum est omnium negotium.

Neminem non vmbra & ignis masculorum effeminat.
Nemo non mortem antecedit otio pallens suam.
Neruis lyra in remissis nulla prorsus musica est.
Nil agendi finis, artes in bonas haud desinit.
Nil die aut loco otiosus rite perficit suo.
Nil mage est illiberale quam otium atque ignauia.
Nullius sunt vitam aprice qui colunt vmbratilem.
O beatum qui latente transit orbita dies.
Omnium mater vitiorum est otium atque ignauia.
Omnium soli otiosi, qui vacant sapientia.
Otij quiddam proteruus misceas molestijs.
Otij reddenda caussa, sicut & negotij.
Otij rubigo clarum mentis offuscat decus.
Otij teredine omnis mentis exaret vigor.
Otio ac quiete parta est nemini immortalitas.
Otio marcens iuuentus non quiescit, sed perit.
Otio miles senescit, proficit laboribus.
Otio qui nouit vti par item est negotijs.
Otio tumultuosus miles, in bello est iners.
Otiosus, nec sibi bene alterine consulit.
Otium absque fruge, mortis instar putris obtinet.
Otium assentatione alitum omnium negotium est.
Otium est Circa, est Calypso, non remittit quod tenet.
Otium improbi otiosos esse non sinit probos.
Otium improbi vsque finit in probi negotium.
Otium magis fouentes, quam studentes gloria.
Otium male otiosis, est iners negotium.
Otium negotij expers nemini durat diu.
Otium omne feriarum transit in negotium.
Otium omne impendite rebus publice salubribus.
Otium parit bonorum copia affluentium.
Otium quiesque nauis sæpe, nunquam eorum hero.

Otium

Otium sperare nescit cui mulier negotium est.
Otium vis? iunge? iungas otio negotium.
Pascua ac caulas oberrat grandior natu Leo.
Præmium otij est egestas turpiorque infamia.
Proficit labore miles, consenescit otio.
Qui decus quærit perenne, turpe transit otium.
Quod trabi teredo mentis hoc vigori est otium.
Suauior salubriorque est vnda currens quam palus.
Suauitas vbique aquarum maior est errantium.
Vnda consistens medendo nemini est, errans iuuat.
Vnda pigra halat mephitim, sana ea est quæ cursitat.
Vnda quæ errat est salubris vnda quæ stat noxia.
Vnda quæ stat computrescit: est salubrior fluens.
Vt diu otio fruaris, copula id negotio.
Actu valescit, otio torpet vigor.
Ægrotat vnda quæ stat, errans sane agit.
Certissima otij assecla est mendicitas.
Ciuem otiosum quemlibet, dicas malum.
Iunge otio negotium vt perstet diu.
Labore pauco plurimum otij pares.
Negotiosum plurimis est otium.
Nihil boni vnquam inane genuit otium.
Nunquam acquiescit otio vlli mens vaga.
Rubiginosus deterit ferrum situs.
Rubigo mentis ingenijque est otium.
Stantes aquas facillime inuadit situs.
Seruo otioso plurimum negocij est.
Sub otio plerunque seruitus latet.

PARASISTI.

Actaon est rex, quem suus vorat Corax.
Æthiops quod est elephanto Principi est Palæstrio.
Cancer es parasite: constas ventre tantum ac lumine.
Corporis parasitus umbra est, partum in omnem flectitur.
Est manu promptus qui aliena vescitur mensa cibo.
Nemo non sibi est parasitus, nemo non sibi est thraso.
Sanctio fructus potitur delitos industria.
Viuunt aues ullo absque patrimonio.
Alitum gens tota viuit absque patrimonio.
Piscium gens tota viuit absque patrimonio.

PALMÆ.

Absque cura palma nulla, nullaque absque industria est.
Absque sudorum imbre fructus palma latos non creat.
Copia ingens histrionum est, palma sed doctis patet.
Cuique opus labore palma, cuique opus solertia.
Dimicandum est consequaris inclutum ut palma decus.
Est opus labore multo palma ad inclutum decus.
Est opus sudore multo palma auentibus decus.
Est opus sudoris imbre palma fructus ut ferat.
Est quidem parata cuiuis palma, eam victor rapit.
Ni riges sudore palmam fit retorride ar da.
Non potest peti ulla m lli non palma nobilis iugo.
Non sat est palmam ire ad ipsum, deprehēdenda est manu

Nusspiam

Nuspiam molli paratur palma nobilis iugo.
Omnibus surrecta palma est, unus ast eam occupat.
Palma curas ac sudores, palma postulat viros.
Palma nobilis palustri non solet legi iugo.
Palma non viret diu, imbre ni laboris irrigas.
Peru col bore pulcrum carpitur palma decus.
Palma postulat labores, palma non fert feminas.
Palma sudore irriganda est, inde si fructum petis.
Palma sudorum imbre culta surgit ad summum decus.
Poscit & moram & laborem fama palma pinguior.
Quem labor metusue terret, non feret palmam manu.
Qui pedem refert, refe re gl ria palmam nequit.
lobo pal stra plurima cingunt caput.
Nec palma censum respicit, ec ordinem.
Sudore palma floret atque anhelitu.
Non potest quis ferre palmas omnium omni tempore.

PARENTIS.

A Deo numen secundum sunt parentes liberis.
Cui Deus se ait parentem, ei est parens durissimus.
Cuncta possidet ciere qui potest Deum patrem.
In Deum pius, parentes impiare quei queat?
Post Deum colas parentes & tuos & publicos.
Qui Deo auscultare non vult, non volet parentibus.
Rebus humanis paterno consulit modo Deus.
Sunt loco Dei parentes, imo sunt gnatis Deus.
A bono parente Princeps discrepat bonus nihil.
Aptus est Vrbi regenda qui domum regit bene.
Mitis esto patris instar, imperare si cupis.

Non malum regem parentis instar vrbs omnis colit.
Principem parentis instar ciuitas omnis colat.
Rex bonus bono à parente nomine vno discrepat.
Rex es, ac vis timere, nec timeri? esto & pater.
A bono fere parente nascitur proles bona.
Absq; prole cumq; prole semper est miser parens.
Colligunt gnatis parentes, non & hi parentibus.
Cui sacrum ius cordi sit, ante nil habet parentibus.
Cum parentes gnati honorant, iis potissimum bono est.
Cuncta succedunt secundè qui parentes percolunt.
Dat sui pœnas parentis sæpe grandes filius.
Dedecus parentum & ipsos transit omne in liberos.
Digna matris nomine omnis, matre digna quæ facit.
E quis improbo parente nascitur nota bona.
Est patricius ciere qui potest sibi patrem.
Est volupe videre gnatos laude certantes patri.
Ex malo malaq; nasci non potest nisi improbus.
Exhibent solatium ingens liberi parentibus.
Filiis patria virtus calcar est ingens probis.
Filio parens honestius semper est, imo pater.
Filium inter atq; patrem cognitio breuissima est.
Gnati amant minus parentes, quam parentes liberos.
Gnati honoranto parentes: obtinent locum Dei.
Improbo aut probo parenti proles improba aut proba.
Improbo nasci à parente non solet proles proba.
Masculos magis parentes diligunt quam feminas.
Messis haud speranda felix carduorum è semine est.
Ne minus senes colantur iuniori quam patres.
Ne quidem lædenda vultu cultus est parentium.
Negligit quisquis parentes, negligetur omnibus.
Nemo non suos parentes ante liberos locat.
Ne quidem arridere latis filiorum amant patres.

Nemo

Nemo sic amat parentes, ipsi amant ut liberos.
Non facit nomen parentes sed benigna affectio.
Non potest ulla carere re cui est Deus parens.
Nulla mater anteponat quin suam prolem alteri.
Nulla non parens puellam procreat simillimam.
Omne liberi per aevum sunt dolor parentibus.
Perditi index est parentis filius superbiens.
Plus docet parens hora una filium quam anno haud parens.
Prospere ijs fit, est beate, qui parentes percolunt.
Quaelibet telluris alma planta naturam refert.
Qualis arbor, esse talis arboris fructus solet.
Quamdiu vivit, dolori gnatus est parentibus.
Quando non gnati venustos laudat artus simia?
Quem feret quis o parentem qui suum nequit.
Qui sequi patrem ratus sat carnifex eum trahet.
Quisque amat suos tueri, quisque amat splendescere.
Semine è malo venire non solet seges bona.
Semine è scabroso oriri laeta non solet seges.
Semine è felici oriri laetior solet seges.
Semper est persona patris sancta liberis suis.
Semper est proles parentis carior serotina.
Simia amplexu catellos non fouet sed strangulat.
Sit pater probus probiorem filium qui postulat.
Spectat ad gnatos parentis gaudium ob victoriam.
Vis malo emori? parentem contumelijs nota.
A fonte puro pura manant flumina.
A morte vivunt in suis gnatis patres.
Bono parenti filius quoque est bonus.
Communis omnium est parens princeps bonus.
Cultor parentum vitam agit feliciter.
Ecquis parentum liberis non prospicit?

Mater vocetur digna matre quæ facit.
Matris bonæ bona esse suevit filia.
Messis boni esse seminis suevit bona.
Mores parentum haud arguas, sed perferas.
Natura alte inbet parentem à liberis.
Natus character certus est parentium.
Nil anteponit, qui sapit, parentibus.
Nil carius parentibus quam liberi.
Nutri parentes vt diu viuas senes.
Parens secundus est suis gnatis Deus.
Parentem honora ante omnia: est Deus domi.
Parentis instar ciuitas regem colit.
Patri benigno paululum panis est satis.
Perenni serum gratus est parentibus.
Pro patre habe quemcunque patri annis parem.
Pro semine ipso vel bona aut mala aut seges.
Qualis parens talis putandus filius.
Qualis parens talem esse noris filium.
Qualis parens talis quoque eius filia est.
Quisquis parentes non colit, Deos odit.
Rex pro parente, imo parens parentium est.
Scelus parentum transit omne in filios.
Similem sui prolem omnis procreat parens.
Vicit pater, qui à liberis victus suis.
Vincit parens à filio qui vincitur.
Vincit pater suos item per liberos.
Virtus parentum iuge calcar est probis.
Virtus parentum liberos vix deserit.

PAR-

PARRICIDII.

Fatis festinat parenti qui male iis loqui potest.
Filium occidi à parente, mortium miserrima est.
Liberi patrem trucidant, quod mori nolit senex.
Matribus suis necatis erius auspicatior.
Parricidium tueri, parricidium alterum est.
Patricidalis voluntas occupat vel filios.
Gens viperarum cæde matrum nascitur.
Matres necant Orestes, Alcmaon, Nero.
Mactare natos q. a parentes lex iubet?
Mortem parentum quis senum clam non vovet?

PARVÆ REI.

Lex poli est, ut parua crescant, magna casibus ruant.
Nil in orbe ita est pusillum quin regatur à Deo.
Nil ita est minutum summo quin regatur à Deo.
A leui quandoque caussa regna summa corruunt.
Quo gerit se rex minorem, paret hoc angustior.
Adde paruo sæpe paruum si cupis quid grandius.
Amnis omnis primo ab ortu fontis exilissimi est.
Antecedunt parua, deinde subsequuntur grandia.
Cuncta flumina è tenella nata sunt origine.
De tenella virgula arbor duxit ortum maxima.
E pusillo sæpe summa nascitur verbo malum.
Est metus magno à minore: sic timet gallum leo.
Et mora piscis minutus est rati grandissima.
Et periclum ab imbecillo rebus est firmissimis.

Ex fauillis vel minutis flamma surgit maxima.
Fellis hemina inquinabis mellis integra amphoram.
Flumen omne perpusillis grande fit de riuulis
Grande, quod modo est & ingens, id prius paruum fuit.
Grandia ortu cuncta ducunt à tenello exordio.
Inficit vas mellis ingens paruus absynthii frutex.
Lege mundi, parua crescunt, magna casu corruunt.
Magnitudinem colossi paruulo annulo exprimas.
Magna momento obruuntur: parua momento valent.
Magnus haud pusilla peccat, peccat imo maxima.
Maximis plerunq; rebus vilius primordium est.
Mentis est nimis pusillæ ferre parua qui nequit.
Mentis est pusillæ iniquo ferre parua pectore.
Ne tibi vnquam sit pusillum id, vnde grande quid fluit.
Negligit maiora quisquis se occupas paruis nimis.
Nemo tam est, minutus esse quin queat minutior.
Nemo tam est paruus referre quin queat par impari.
Nemo tam est pusillus, hora cui vindictæ haud sit sua.
Nil ita est paruum, nocere quin queat vel maximis.
Nil ita est paruum pericla quin creet vel maximis.
Nil ita est pusillum id esse quin queat, si vis, minus.
Nil ita est vastũ atq; magnum cui minor non sit metus.
Nil magis vita minutum parte qua omnes viuimus.
Nulla fama tam pusilla est quin queat mox crescere.
Nulla ita est excelsa quercus crebro ab ictu quin ruat.
Nulla planta est nullaq; arbor, virga quin prius fuit.
Occidunt stellarum honores Solis ortu ab aureo.
Omne grande per minuta flumen est Originis.
Omne opus sapientis ingens est, pusillum sit licet.
Omne quod nunc est pusillum grandius fit tempore.
Optima est moneta, parua mole pretij plurimi.
Parua res fit summa tempore ac loco suo.

Parua

Parua taurum præualentem dente tollit vipera.
Paruulus piscis moratur in mari alto altam ratem.
Peruenire ad magnam non est nisi per angustissima.
Principium fere est pusillum rebus excelsissimis.
Pro nullo habetur in decem omne quod parum est.
Quæ modo sunt vasta, vasta non erant ortu sui.
Quantulaquantum è fauilla sæpe natum incendium est.
Qui potest contentus esse paruulo, diues sat est.
Quidquid à Sopho profectum est esse paruum non potest.
Quidquid ingens quidquid altum est, natum ab infimo ac breui est.
Quidquid vtile atque honestum est pluribus, paruum negat.
Quis pusillam flatuosis fluctibus credat ratem?
Quodlibet flumen receptis grandior fit amnibus.
Res pusilla exordio ipso, grandior fit tempore.
Sæpe per paucos patrantur debilesq; maxima.
Sæpius paruum adde paruo si cupis grandescere.
Si pusillum addis pusillo surgit inde maximum.
Silua tota ex semine ignis paruulo consumitur.
Vix potest exire parua grande de casa malum.
Vnionum vlli aceto vim resoluas arduam.
Absinthij parum inficit mellis cadum.
Adiuncta paruis magna rebus gratia est.
Et mus leonem vinculis leuet suis.
Et parua magnum vipera occidit bouem.
Idæ cacumen paruula incendas face.
Paruum omne sensim tempore augescit suo.
Peccata magni parua, sunt vel maxima.
Pusilla quamuis pluuia grandem imbrem parit.
Quantum è fauilla quantula est incendium.
Rerum omnium pusilla sunt primordia.

Pigmaa gens spicas securi deijcit.
Res quaque ab vsu magna vel parua est suo.
Scintilla magnas parua flammas excitat.
Semper minuta sunt modo nascentia.
Sine infimo esse quidquid est summum nequit.
Vis sæpe magna rebus est paruissimis.

PARTVS.

Ante partum haud occidenda femina ventrem grauis.
Morte matrum vita constat viperarum filijs.
Nixu in ipso continere spiritum, partum euocat.
Laboriosus partus omnis femina est.
Lacana sola strenuos paret viros.
Nemini non ante partum femina venter tumet.
Tumente ventre ne necetur femina.

PASTORIS.

Omnibus bonis abundant pastor est quibus Deus.
Semper est, eritq; felix, cuius est pastor Deus.
A bono pastore nil rex discrepat quam nomine.
Rege sub pastore nulli plus libet quam quod licet.
Cui minor macerq; grex est, quis bubulcum aiet bonum?
Dum gregem possit tueri, non timet pastor mori.
Pastor haud est, cura cui non est gregis perpes sui.
Plurimum gregi obligatus pastor est, parum sibi.
Odisse pastor quei pecus queat suum?

Pastor

Pastor bonus vitam gregi impendit suo.
Pasto malus vitam gregi antefert suam.
Pastor sublato ipse item grex tollitur.

PATIENTIÆ.

Quæ Deus patienter, homines quæ inferunt, fer fortiter.
Cultor agri, exemplar ingens sufficit patientiæ.
Cuncto vincit absque cæde qui pati malum potest.
Est leuamentum malorum grandium, pati bene.
In malis leuamen ingens est pati ipsa leniter.
Laus virorum est mente forti qualibet pati mala.
Leniter pati mala, ales nuncia est victoria.
Mentis angusta est, perire malle quam pati malum.
Stultus indolentiam optat: sed sophus patientiam.
Vis trophea multa fixit, plura sed Patientia.
Nec parua ferre, mentis est pusillima.
Non pertimescit verbera incus mallei.
Non quid feras, sed quo feras modo interest.
Patique natus agere nil per se potest.
Rupes maris cælique vim nullam timet.

PATRIÆ.

Patria omnis proximissimo à Deis ipsis gradu est.
Se Deo, suis, patriæque vir dicat solertior.
Ciuium absque amore nemo patriæ est factus pater.

Cal.

Culmen omnium est honorum Patria dici pater.
Patria donare gnatos Principis iustissimi est.
Nomen est de usq; summum, patria dici pater.
Patria pater vocari, culmen est agnominum.
Absq; libertate, forti vita nec, nec patria est.
Ambitus cæli vniuersi philosophorum patria est.
Ante patriam moriri ciuis optat non malus.
Arduum cuiq; inuenire patriam est in patria.
Ausus est mactare Erechtheus filias pro patria.
Cura vitæ nulla forti: patria est ei omnia.
Dulce deuouere vitam publico viris bono est.
Filijs carere Brutus maluit quam patria.
Laus perennat mortuorum pro salute patriæ.
Liberos amo, sed ipsis antepono patriam.
Mortem obire quis recuset pro salute patriæ.
Ne Deus quidem relictam patriam fugit bonus.
Nemo natus angulo vni est: totus orbis patria est.
Non obit, sed consecratur mors cui pro patria est.
Non potest vnquam perire qui perit patriæ.
Nulla mors mage est decora patriæ quam quæ datur.
Nulla non mors gloriosa est quam subis pro patria.
Nunquam eorum laus senescit qui cadunt pro patria.
Omne lucrum est, omne fenus, patriæ quod imputas.
Omnium omnes charitates patria vna continet.
Patriæ ac vero libenter spiritum impendit bonus.
Patria carere res est ferre rarus quam queat.
Patria est magis colenda quam parens à liberis.
Patria vna, charitates omnium omnes continet.
Patria commune lumen est vir in lelu bona.
Patriæ commune probrum est vir maligni spiritus.
Patria decora, semper exigit at ciuis bonus.

Patria

Patriæ gratis cruorem ciuis impendit bonus.
Patriæ mortem imputare gloriarum maxima est.
Patriæ prodesse ciuis fortis est & approbi.
Patriæ qui impendit annos morte nunquam intercidet.
Patriæ qui se negauit, se negauit & Deo.
Patriæ quicunque vitam donat, alteram accipit.
Patriæ quisnam recuset pro salute ipsius mori.
Patriæ salus, suprema lex vbique gentium.
Patriæ superstes esse non cupit quisquam probus.
Patriæ vitam dato vnam, proque ea mille impetras.
Patriæ, veroque, quis non se libenter conferret?
Patriam antehabe parenti: nam parens est omnium.
Patriam mundo minorem nescit excelsus vigor.
Patriam ob locum haud amamus; verum ob eius commodo.
Plus patria à viris decerni, quam à patria cedit viris.
Pro focis arisque bellum cuilibet bellissimum est.
Pro focis arisque mortem velle, fortis est viri.
Qui timent leges, salute nil timent pro patria.
Res cui fluunt beate terra ei omnis patria est.
Sanguinem omne honestiorum ipsi obligatur patria.
Sicut aer aquilæ, ita omnis patria est forti viro.
Tota tellus, totum & æquor, patria est loco bonis.
Vir bonus vitam sibi esse non auet post patriam.
Vir sophus quocunque vixit patria cœlum putat.
Vna libertas honesto pectori ipsa patria est.
Amare patriam imperat necessitas.
Dulce est periculum emori pro patria.
Dulce & decorum est pro lare ac foco emori.
Dulcissimum est tellure patria mori.
Forti viro quæcunque tellus patria est.
In orbe natus, patriam orbem habet sophus.

N

Natura nulli patriam fecit suam.
Natura nullam patriam nobis dedit.
Nunquam interit pro patria ultro qui interit.
Nemo studet nimis patri atque patriæ.
Nunquam perit quisquis perit pro patria.
Nunquam peribit consecratus patriæ.
Omnis locus viro bifronti patria est.
Parens cuique patria antiquissima est.
Quacunque mundi parte viuis, patria est.
Totum uniuersum patria est mortalium.

PATRIS.

Per Deum hac familia surgit, per Deum illa intercidit.
Ad bonum exempla ad malumque quemque agunt domestica
Ex hera ancillam æstimate, quippe imago hæc illius.
Ex heri æstimate vita ceteros domesticos.
Nemo non paterfamilias seruus est seruis suis.
Qualis est ædis patronus talis & sunt incolæ.
Qualis ipse herus sit omnes arguunt domestici.
Bonus pater, bonum usque præstat Principem.
Heri probi familia nunquam improba est.
Seruus perennis qui quoque herus domi sua est.
Suis malus, nunquam exteris fiet bonus.

PATROCINII.

Cui Deus patrocinatur quidquid optat obtinet.
Cui Deus patrocinatur quolibet vincit foro.

Non

Non decet timor patronum legis, est Dei vice.
Qui Deo nititur patrono non cadit caussa bona.
Quolibet foro triumphat cui patronus est Deus.
Vincitur nunquam foro vllo qui patronum habet Deum.
Absque patrono, patrona sit sibi innocentia.
De patrono quanquam opinio pessimus quaeritur cliens.
Inuenit patronum iniqua caussa vel grauissimum.
Inuenit virtus patronos quolibet loco sui
Nomine indignus patroni est, qui nocet clientibus.
Nominis magni patronum caussa magna postulat.
Plurimas lites patronus excitat, non inuenit.
Quam potest iuuat clientes mite patroni iecur.
Sit sacer fraudem clienti si patronus fecerit.
Tam bonus nemo est patronus quin queat fieri malus.
Boni clientis quis patronus est bonus.
Bono patrono vix quis est bonus cliens.
Habet voluptas mille patronos domi.
Patrocinatur ipsamet virtus sibi.

PAVORIS.

Absque culpa nemo pallet, nemo pallet innocens.
Ante discrimen feroces, in periculo pauent.
Cuncta fama tristiora territus credit pauor.
Maximum quidnam minatur metus & tacitus pauor.
Perpetim mentem flagellat excitam caecus pauor.
Qui nil boni sperat, nil timet, em pauet.
Tormentis probo perennis, conscientiae est pauor.
Expectorat quamuis pauor prudentiam.
Fere repens lasciuiam excipit pauor.

Memo-

Memoriam & ipsam grandis obruit pauor.
Nec expauere tuta prudentem decet.
Pauor creauit cuncta cæli Numina.
Pauore iniqua non caret felicitas.

PAVPERTATIS.

Quis potest mundo esse pauper, diues ipsi qui Deo est?
Non potest rex esse pauper, ciuium cui sunt opes.
Ad scelus quodcunq; tandem pauperem egestas trahit.
Æquius pauper carebit dite, quam dis paupere.
Calcat vnam vbiq; eandem pauper ac diues viam.
Cui quod est satis relictum est, hunc negato pauperem.
Cui sat est domi forisq; pauper esse non potest.
Dis minus carere egeno dite egenus quam queat.
Dite pauper at carere non potest dis paupere.
Diuitum minus fidelis risus est quam pauperum.
Ecquid non virtus subire pauperis cellam queat?
Ecquis est sibi qui amicos comparauit pauperes?
Læta paupertas palam anteit tristiores Pluti opes.
Mens suo contenta censu pauper esse non potest.
Ne quidem vera eloqui audent pauperes in diuitem.
Nemo mimis, nemo scortis, nemo pauper est dæmoni.
Nemo non sat diues est ad largiendum pauperi.
Nemo pauper ad potentiam, nemo pauper ad lacum est.
Nemo pauperi propinquus esse vult, nemo parens.
Nil magis asperum est in altum eleuato paupere.
Nil potest pauper vir illo quo pecunia est loco.
Non feroces, sed modesti, reddimur penuria.
Non loqui audet pauper, eius obligat linguam pudor.
Non minus colunt Amorem pauperes quam diuites.

Non potest pauper vocari, cui sat est domi ac foris.
Non subit domos egenas Luxus aut superbia.
Pauper atque est in amando pertinax quam ditior.
Pauper arbitratur esse se omnibus despectui.
Pauper est, beatitatem ferre qui dextre nequit.
Pauper est labore victus cui suus non sufficit.
Pauper est qui concupiscit plura adhuc quam possidet.
Pauper est quicunque & idem est omnibus contemptui.
Pauper haud est nil eorum qui requirit queis caret.
Pauperem esse, nec videri pauperem miserrimum est.
Pauperem se nemo dicit cui suum impendit malis.
Pauperem vocare noli cui domi deest nihil.
Pauperi ligata lingua est, pauperi vincta est manus.
Pauperi nemo est amicus, nemo amicus inuido.
Pauperi nemo propinquus, pauperi nemo est parens.
Pauperi nemo est amicus sit licet probissimus.
Pauperi sublata lingua qualibet licentia est.
Pauperes plerunq; magnis imminet conatibus.
Pauperies ædilis altis addita est virtutibus.
Pauperi usq; ditioris è bonis oculi dolent.
Pauperies rerum est magistra disciplinarum est parens.
Pauperies sublime dura cor refundit compede.
Pauperis virtus vitium omne diuitum præponderat.
Pauperum mos est perennis inuidere diuiti.
Penna paupertatis usq; scandit ad Dei sinum.
Plurium faciunt malorum pauperes compendium.
Pulcriores feminæ omnes pauperum quam diuitum.
Quam bonum est humi iacentem capere securas dapes.
Quisquis abscondit, sibimet indigentiam obijcit.
Vastiore non laborat pauper infortunio.
Vera nequidem profari pauper audet diuiti.
Vis opum stulta est hebesq; tota paupertas sapit.

Ad

Ad omne timidus pauper est negotium.
Cum pauper est, melior videtur improbus.
Et pauperi pax est vel obsessa in via.
Et vniuersis pauper est irrisui.
Exempla nulla sunt beati pauperis.
Generosus animus pauperem omnem deserit.
Inimicus est vbique pauper diuiti.
Lectus rogalis defuit Publicola.
Mors pauperum nullis parit molestias.
Nihil tumultus in se habet mors pauperum.
Noli vocare nullo egentem pauperem.
Nunquam tumentis spiritu suus Pauperes.
Pauper est ad largiendum diues omnis pauperi.
Pauper fere sapit opulensq; desipit.
Pauper opulento viribus longe est prior.
Pauper sapit plerumq; diues desipit.
Pauperiem honestam malo quam prauas opes.
Praestat mori quam viuere in re paupere.
Proritat ad quoduis scelus penuria.
Quoduis malum pauperculo grauissimum est.
Regis supremi fictus & pauper manu est.
Splendoris expers tota virtus pauperum est.
Sublime pectus saepe & in censu breui est.
Tutum absque telo limen omne pauperum est.
Vt vera dicat, pauperi non creditur.
Vix dissecatur cominus licet pilus.

PACIS.

Cui Deus pax est quiesq;, pacem habet quietior.
Pax ei est quiesq; perpes, cui Deus pax & quies.

In

In Deo fundata ni sit pax, mera est belli tuba.
Rex benignus pace iusta creditas gentes regit.
Rex valet cum pace iusta subditas gentes regit.
Algum statu bono omnis paxq; vitaq; est bona.
Acrius fraus sauit armis tecta fulgurantibus.
Bella saua nomine alma pacis & vulpes tegit.
Marte tutantur salutem pax quibus tyrannica est.
Nil melius maiusue pace homini à Deo dari potest.
Non minus quam triste bellum regna pax exterminat.
Nulla quos vis frangit illos pacis vmbra decipe.
Omnium decora mater pax bonarum est artium.
Pace laus ac fama perpes artibus redit bonis.
Pace maria enauigantur, pace pinguescunt greges.
Pace nil datum est homullis à Deo suauius.
Pace qualibet virescunt arua, crescunt mœnia.
Pace suspecta omne bellum tutius semper puta.
Pacem amare odisse bellum quisq; homo natus solet.
Pacem emit bene omnem ab hoste qui impetrat pecunia.
Pacis effuge illecebras, verba vbi Siren facit.
Pacis & Ceres amica est, estq; amicus Euias.
Parte egena vtraq; bellum pace mutatur bona.
Pax amorq; Christiana mentis vna tessera est.
Paxq; bellumq; orbe toto est imperatorum in manu.
Pax ei est quiesq; semper res cui sat sunt sua.
Pax quiesq; artes requirunt non malas sed optimas.
Pax salutaris misello pectori vere Dea est.
Pax supra omnes est triumphos, pax boni omnis est apex.
Pax vbi est suspecta, bellum nonne ibi omne tutius.
Pax vbi est tranquillitasq; summa ibi est felicitas.
Poscimus pacem vniuersi, nulla bellorum est salus.
Quos nequis vi bellica illos veste pacis occupas.
Regna bellum multa sed pax plura felix perdidit.

Sæpius bellum obuolutum pacis est velamine.
Sola pax bona est amanda, quæque fit caussa boni.
Suaue nomen pacis, auctor ipsemet cui est Deus.
Veritatis atq; pacis dulce contubernium est.
Vi mera quos occupare non potes, pace occupa.
Amica sacrosancta sancta Pacis Veritas
Bello sua est, paci sua est prudentia.
Bellum optimum vel pace peius pessima est.
Desideras pacem? ante bellum præpares.
Et pace dempta panditur paci via.
Infida pax, dialis, imo horaria est.
Mortalibus pax est bonorum maximum.
Multum nocet bellum vrbibus: pax sed magis.
Nulla non pax ante habenda est bello opimo atque optimo.
Pacem aues? in antecessum grande bellum præpares.
Pacem triumphis ante mille ponito.
Pacis malo longæ fere corrumpimur.
Pax alma, magni maximum munus poli.
Pax parta nummis, pax fere est precaria.
Pax regna adeque quam omne bellum destruit.
Perire didici pace tranquilla viros.
Quocunque bello qualibet pax præualet.
Quod non dedere bella, sæpe pax dedit.
Securitate pax subinde decipit.
Supra bonum omne est fida pax mortalibus.
Vtilis tergere mensas crista pace militis.
Sæpe pace fit timere Marte nullo quod aueas.

PECCATI

In Deum quicunq; peccat, crimen est pœna loco.
In Deum peccare, pœna maxima omnium est pio.
Desinit peccatum id esse cui voluntas abfuit.
Grandior peccare laus est nolle, cum possit tamen.
Magna pars errore peccat, maior at licentia.
Nemo non homo usq; peccat, nemo non homo est reus.
Nemo peccat absque pœna: pœna conscientia est.
Nemo peccat absq; pœna: pœna peccatum mera est.
Nil queunt peccare magni quin sit exemplo grauo.
Nulla latebra est perennis vspiam peccantibus.
Omne peccatum vel ipsis displicet peccantibus.
Optimi est peccare raro, proximi pudescere.
Optimum haud peccare, proximum obuiare crimini.
Parcius peccant operta quorum adhuc sunt crimina.
Plurimum peccare sueuit summa cui potentia est.
Pro statu peccantis omnis culpa magna est vel minor.
Quam magis peccata vis clam esse, promptius patent.
Qui palam peccat reus est bis, malum agit, malum docet.
Si senecta peccat actum de bonis est moribus.
Vir bonus peccatum peius mille mortibus fugit.
Iure imputes peccata natorum patri.
Nemo coactus peccat, ast spontanee.
Peccare, nec pudere, signum pessimi est.
Peccare nescit qui Deum usq; cogitat.
Peccare nolim, an nesciam, multum interest.
Peccare nunquam, solius tantum Dei est.
Peccare, pœna maxima est peccantium.
Peccata non sunt parua magnus quæ patrat.

Peccata semper secum habent pœnam suam.
Qui non vetat peccare cum possit; iubet.
Quo maior est qui peccat, hoc magis nocet.
Vnique non peccare competit Deo.
Peccare nunquam, neminis nisi Dei est.

PECVNIÆ.

Rex vocari non meretur cui pecunia imperat.
A bono omnes atq; honesto semouet pecunia.
Admodum dolosa res est splendor à pecunia.
Cui pecunia est, amicos atq; honores possidet.
Cuncta Plutus fert agitq; de sua libidine.
Cuncta secum vt quaque tangit arripit pecunia.
Ecquis est qui Plutum aspici non queat deterrimum?
Est potentia, est honoris artifex pecunia.
Filios quidem arctè amamus, sed magis pecuniam.
Grata virtus, cuique verum gratior pecunia est.
Iudicanda rebus haud est in bonis pecunia.
Malim opibus virum indigentem, quam viro pecuniam.
Nemini fuit eritue plus satis pecunia.
Neruus est cuicunq; regno fortior pecunia.
Nil minus fidele belli tempore, ac pecunia est.
Nec beat se, alterumue deditus pecunia.
Nil ita est pium aut honestum quod pecunia haud terat.
Non potest manere iustus affluens pecunia.
Non potest vacare fama qui vacat pecunia.
Nullus est amor domari quin queat pecunia.

Ob

Ob pecuniam esse seruum, vel le mercenarium.
Ob pecuniam osculetur Lais & Philonidem.
Omnium radix malorum est auiditas pecuniæ.
Sanguine, imo anima ipsa, cuiq; charior pecunia est.
Vis amicos dissilire? vel breuem obiice stipem.
Vis amicus fiat hostis? obijce illis sacculum.
Vis pecuniæ referta vi quoq; est superbia.
Vita cui vitalis, absq; spiritu pecuniæ?
Vita hominis est, si auferas pecuniam.
Bis labitur, qui caussa amici labitur.
Bono atq; honesto potior es pecunia.
Format virum, firmat virum, pecunia.
Fortunæ adinstar mobilis pecunia est.
Infida res est, bellum vbi est, pecunia.
Mentem bonam mutaueris pecunia.
Mortalibus nil charius pecunia.
Multum potest virtus: pecunia omnia.
Nil non apertum est fulmini pecuniæ.
Obediunt pecuniæ nata omnia.
Optant minus pecuniam qui non habent.
Peccamus omnes, stirpe terrena sati.
Peccato in omni maximum infortunium est.
Pecunia anima & sanguis est mortalibus.
Pecunia et quem quæso fecit diuitem?
Pecunia est anima ipsamet mortalibus.
Pecunia omnes par æqua est intercuti.
Pecunia vrbes perdidit vel maximas.
Pecunia vsus comparata gratia est.
Pecunia fundamentum omnis est pecus.
Pecunia teneri amore haud est sophi.
Quis non habet pecuniam, illam optat minus.
Radix malorum es omnium pecunia.

Rerum omnium egens nemo est pecunia.
Servit bene, at male imperat pecunia.
Vitalis est vita ijs quibus pecunia est.

PEREGRINI.

Qui peregrinum anteponit ciuibus rex, vix sapit.
Rex peregrinis amicus esto, sed non omnibus.
A peregrinis honesta sunt petenda, haud turpia.
Ad manum quod est notamus quisq; vult exotica.
Egregium quod vsquam, id omne transferas in patriam.
Est peregrinis benignus qui peregrinus fuit.
Exteris largire, quo non est necesse tibi domi.
Exteris prodesse nemo quærit, absq; commodo.
Gratior merx transmarina semper est domestica.
In peregrinatione, sit domesticus suus.
Lætior quandoque planta prouenit si transferas.
Non sibi metit seritq; sed peregrino Ægyptius.
Omne quod pulcrum atque honestum est, ad tuos refer domum.
Pauperem peregrinantem semper allatrant canes.
Planta raro conualescit sæpe quæ mutat solum.
Quid iuuat mutare sedes, si malum sinu geris.
Quod peregrinum est amatur, quod domi est contemnitur.
Quod venit peregre amicum: sordet omne quod domi.
Modestiæ parens peregrinatio est.
Mutare sedes non nouum est ericinibus.
Plus exteris fidit tyrannis quam suis.
Translata plantæ prouenit felicius.

PEREN-

PERENNITATIS.

Quo benignior potestas hoc & est perennior.
Hoc magis princeps perennat quo minus tumet suis.
Quo minor quaque est potestas, hoc & est perennior.
Regibus fama est perennis, est perenne dedecus.
Absque virtute atque honore nil perennat splendidi.
Exul est mors atra Olympi: dux ibi est perennitas.
Nil perenne proprium que dat Deus mortalibus.
Nulla res homini est perennis, vtique nulla prospera.
O beatum publicae tum qua faceret perennitas.
Omne quod quandoque cepit non manet perenniter.
Orbitam perennitatis quis poetaster feret?
Pauca sunt diuturna, certe nil manet perenniter.
Pauculis perennitatis vita concessa in domo est.
Quod perenne est, a labore venit & periculo.
Rara sunt perennitatis scripta quae terant viam.
Vna caritas perennat, vna regnorum fabra est.
Monumenta animorum sola sunt perennia.
Monumenta vatum consecrat perennitas.
Nihil durnat quod fit aduerso Ioue.
Quod orbis omnis quod perennet possides?
Vitam perennat posteris qui q; in suis.

PERFECTIONIS.

Absq; mensura inueniri nuspiam potest bonum.
Absq; sorde nemo, nemo quin nec absq; crimine est.

Cogniti imperfectionis, sola homini perfectio est.
Consequetur cuncta quæ vult mens laboris pertinax.
Cura vbi est laborq; abesse non solet perfectio.
Fortibus factis bonaq; cuncta fama perpetuo res.
Itur ad perfectionem temperanter per gradus.
Nemini bonum absq; meo est nemini eruditio.
Nemo ita est perfectus esse quin queat perfectior.
Nil adhuc perfectum ab omni parte cuspiam fuit.
Nulla res perfecta dici, quæ inchoatur iam potest.
Nulla virtus ab q; nauo cuipiam mortalium est.
Qui bene incepto modeste perseuerat, perficit.
Vita perfecta esse cuiquam, haud sit ei si data potest.
Fortuna cum virtute quiduis perficit.
Nil absq; Dijs mortalium gens perficit.
Non dant simul mortalibus Dei omnia.
Quod inchoat mens prouida, hoc & perficit.
Perfectum opus lima atteris non perpolit.
Parcitate supplet omnem continens pecuniam.
Parsimonia ac labore quaslibet res augeas.
Sero rei parcis tuæ ad fundum vt venit.
Magnarum opum loco, ipsa parsimonia est.

PERICVLI.

Qui Deos prius negabat, in periculo his vouet.
Victima litat Deo, hominem qui periclo surripit.
Aspera ac pericula dux subit, non imperat.
Cor fidele, & tuta regis in periculo tiret.
Militis mors ac periclum, laus decusq; Principum est.
Tam multis peteris periclis, quam ipse rex periculum est.

Adu-

Adiuuat fortuna fortes, fac periculum rei.
Alta mens omni in pericle, sicut ignis, emicat.
Appetit virtus pericla ceu, sui pericula.
Dulce virtuti periclum est, dulce virtuti labos.
Enitescit fortitudo maxime in periculis.
Est miserrima, e periclis quæ venit prudentia.
Pacto inest omni periclum, nec liquet cui de exitu.
Forti opus tunc pectore, instat cum periclum fortius.
Haud suum curat periclum qui alteri periclum est.
Immemor sui pericli est, qui malum alteri struit.
Imminent pericla plura nobili quam egentibus.
In feris forti periclis ire non licet retro.
In ma[illegible]re[illegible]te quiuis explicandus est rudens.
In periculo exercenda mentis est constantia.
In pericla summa multos & mali misit timor.
In peri[illegible]ulo periclum fac amici, eo excidis.
Maxime pe[illegible]iculosum tunc malum est, vbi est volupe.
Magni honores comparantur magno item periculo.
Nemo cautus ad pericla plus sat est vnquam sua.
Nemo curat alterum, ipsus est vbi in periculo.
Non potest diu esse tutus proximus periculo.
Nemo vitam viuet vllam, præter hanc quam perdimus.
Nullus est similis sibi ipsi, coram vbi periculum.
Per pericla peruenitur maius ad periculum.
Quam molestum est tempore omni viuere in periculis.
Qui periculum cauere nouit, idem & inferet.
Quis periclo offerre gaudet prodigus vitæ caput.
Quisque promptus ad periclum est spes cui adfulget lucri.
Rebus in periculosis nulla dormitatio est.
Stultus est sua omnia vni qui phaselo credidit.
Tuta sectari, est inertis, alta virtus appetit.

Angustior mens haud capit periculum.
Gratum vltimis nemo obijcit periculis.
In morte adhare notus & vita comes.
Nec prouocat pericla fortis nec pauet.
Nil deprecandum est vltimo in rerum statu.
Quis capite nudo fertur in pericula?
Semper cauet pericla, qui semper timet.
Prater aquum quod fit & ius, iussio est, non pactio.
Pacta qui bona fide implent fautor ijs prasens Deus.
Decipuli est loco omne pactum ni bona serues fide.

PERIVRII.

Ad scelus fere suum addunt perfidi periurium.
Decipit primum ipse semet, alterum qui decipit.
Dedecus totum per orbem pœna peierantium est.
Iam genus sermonis esse creditur periurium.
Nec Deum *curat, nec eius prasides qui peierat.*
Nec fidem timet nec iram C*alitum vir peierans.*
Peieramus & tacendo, veritas cum proditur.
Peierans cum vera profert ore, haud inuenit fidem.
Plus homo testis timetur peieranti, quam Deus.
Ad tum nocendi perfido prastat fides.
Lingua amputanda funditus periurio.
Ne iura, habebis pharmacum periurio.
Negat modo omni falsa qui iurat, Deum.
Occulta Diui puniunt periuria.
Qui falsa iurat, prorsus is negat Deum.
Qui iurat ob quemcunque quæstum, peierat.
Qui peierat, semper Ioui *est noxa reus.*
Ridet Deum negatue quisquis peierat.

PERMISSIONIS.

Quod Deus permittit, illud omne mandat ac iubet.
Quod sinis rex perpetrari, nec vetas, ipse hoc probas.
Discrepat parum à iubente, cui malum permittitur.
Nullus à iubente longe est qui sinit rem, nec vetat.
Qui malum permittit, idem pene mandat ac iubet.
Fere probamus omne quod permittimus.
Permissio, b formæ priuilegium est.
Permissio potenti idem est quod iussio.
Permittere ac iubere voce discrepant.
Permittere ac probare differunt sono.

PERSEVERANTIÆ.

Auspicantur multa multi, sed sine vltima manu.
In bono fac perseueres: id malum prona est via.
Ne fluat lux vlla qua non lineam ducat manus.
Non sat incepisse: palma perseueranti datur.
Perseuera: quippe cursus est celer valde ad malum.
Vt semel recepit ignem sem er asbestos calet.
Non deijcit truncum ictus vnus querneum.
Perseuerantis corona est non nouantis omnia.
Qui perseuerat, cuncta quæ vult obtinet.

PERSONÆ.

Absq; persona hoc in orbe neminem esse vult Deus.
Sis ille semper te esse quem iussit Deus.
Nemo personam ante mortem serio instantem exuit.
Quisq; laruam vix reponit cum necesse ei mori est.
Quisq; mimus est, vbiq; fucus, at nusquam fides.
Frontis coacta quis diu laruam ferat.

PERSVASIONIS.

Abstine vi rem obtinere si potes suada mera.
Deficit fraus atq; nummus? rell qua est persuasio.
Imperare res quidem ingens, persuadere ingentior.
Nulla tanta est non volentem cogat vt persuasio.
Plus potest suadela blanda quam minax necessitas.
Plus potest suadela pellex quam grauis necessitas.
Promptius recens amicus quam vetus persuadeat.
Quod moneta visq; nescit, obtinet persuasio.
Quod potes suada obtinere ferro & igne cur petas.
Quod potes persuasione vi mera stulte impetres.
Vita persuadere sueuit iudicem haud oratio.
Nil non potest amicio persuasio.
Persuasionis quidlibet vultus potest.
Quid Suada vatum á quolibet non impetrat.
Suadela regum vnica est pecunia.

PERTINACIÆ.

Pertinax Princeps tenaxq; pestilentia omnium est.
Pertinacia ab ꝗ mente res malarum pessima est.
Pervicacia vndiquaque peior est prudentiæ.
Pervicax lucere solem pernegat meridie.
Brutum in pecus quam multa pertinacia est.
Possessio sinistra pervicacia est.
Vt stulta, ita & non fausta, pertinacia est.

PESTILENTIÆ.

Ædium pestis potentum est, pertinax discordia.
Pestilenti sub regente, multa pestilentia est.
Aeris repentina omnis pestilens mutatio est.
Congiarium omne plebis dicito pestem auream.
Frigus insolens calorue, certa pestilentia est.
Pestilens luens tyrannus ciuium, imo mors mera est.
Pestis est nociua perpes æstimatio sui.
Aut ciuium rex pestis est, aut est salus.
Cœlo imputandus imperator pestilens.
Corrupto ab aere atra pestilentia est.
Mater fames extrema pestilentia est.
Semper supremam pestis excipit famem.
Sidus voluntas pestilens menti bona est.

PETITIONIS.

A Deo, à parente, iniqua qui petit, negat sibi.
A Deo immortalitatem qui petit, fere obtinet.
Quod negat quis pauperi, illud à Deo frustra petit.
Dum potestas suadet, vrget, dum precatur imperat.
Amisso beata dona qui petit, non impetrat.
Frustra ab altero petuntur in manu qua non habet.
Nemo non spem malit omnem denegari, quam trahi.
Quod potes tibi dare ipsi, cur petat altero.
Sæpe quod viuus petenti denegat, dat mortuus.
Postulare, sponte quod quis præstat, est iniurium.
Cum iuuat Deus, voluptati ipse cuius est labor.
Iustum petenti qui negat facit furtum.

PHILAVTIÆ.

Lætus est malo philautus, & sibi vnice placet.
Philautia omnis mater arrogantiæ est.
Posse plus nobis videmur quam reapse possumus.
Arduum placare non est qui volens irascitur.
Prælio omni pigneratur Mars sibi fortissimum.

PHILOSOPHI.

Non potest philosophus esse, quam qui amator est Dei.
Philosophus & sibi vsui est & patria.

Philo-

Philos phus omnis est tem politicus.
Verus ph.lo ophus summi amator est Dei.
Vix philosophus est vocandus qui abstinet republica.

PICTVRAE.

Rex velut pictura, cerni non amat nisi eminus.
Eminus se dent videndos Principes, on cominus.
Regibus ; ictura culta, culta ciuitatibus.
Ad, qui quod arte pictor non potest, velo tegit.
Optima est pictura quae se veritati fert parem.
Q o magis pictu a vero par eo perfectior.
Risui pictura se uit, seruit & dertsui.
Pictura naturae aemulatrix vnica est.
Pictura seruos non decet sed liberos.

PIETATIS.

Ad Deum accedunt potentes proxime si sunt pij.
In Deum minus popello vix erit pius, uo.
In Deum pietas bonorum prin ipatus omnium est.
Qui pius Deo, est is idem commodus mortalibus.
Arduum est pie esse regi, ciuium in re qualibet.
Arduum regi exhibere se omnibus semper pium.
E ma dolet peremptos dux pius hostes manu.
Par Deo fit liberalis, par Deo fit rex pius.
Principi pietas supremum culmen est virtutium.
Assequeris ante vota qualibet, dum sis pius.
Cogita vxorem atque natos quisquis esse vis pius.
Cui pium iustumq; circa cor viget, nulli nocet.

Est

Est pius sibi ipse, vates est sibi ipse oraculum.
Gaudium securitasq; semper est penes pios.
Gnauius pietate nil est, nil eaq; industrius.
Magna pars veræ pietatis, esse contentum suo.
Mens pia est contenta secum colloqui, turbæ fugax.
Nil ita est pium atque pœnis obligare non pios.
Non est pius quicunque tempori est pius.
Prospere succedit omne quod pius vir cogitat.
Quis pius nunc? quis fidelis? quis menti fauet bonæ.
Vir pius pius fato superstes vsq; suppetet suo.
Contenta secum colloqui mens est pia.
Præmium vitæ piæ diuinitas.
Firmamen ingens rebus imperij est pius.
Incuriosus laudis ac famæ est pius.
Nec vita nec mors separat pium à Deo.
Nihil pijs succedit infeliciter.
Nil aliud est pietas, Dei quam notio.
Pietate fallat quemlibet ficta impius.
Pietas profecto castrum inexpugnabile est.
Pius Deo, benignus est mortalibus.
Qui cogitat pie, pieque iudicat.
Quiuis pius profecto carus est Deo.
Summam pius vir obtinet virtutium.
Vbi pium est, est æquum ibi, est ibi bonum.

PIGRITIÆ.

Ad scelus pigrum esse oportet, non ad artes, aut pium.
Maxime omnium pigrescit qui tumet minaciis.
Nomen laboris est graue auribus pigri.

Pigritia

Pigritia quid nam est? torpor ad quauis grauis.
Pedissequa vbique pigritia indigentia.
Piger sibi obstat ipsemet, non ceteri.
Pigris vbique occurrit indigentia.
Stertentium sonus, pigris pro musica est.

PLEBIS.

Principi bono maloue plebs item bona aut mala est.
A sua dissentientes plebs odit sententia.
Expetit plebecula honores, sed magis tamen lucrum.
Gens sophorum ex parte magna scita plebis abrogat.
Hadriatico aura plebis æstuosior freto est.
Multitudini obsequendum est primus vt sis ciuium.
Nemini potentiam aufert, nemini dat plebs mera.
Plebis assentatio exit postea in tyrannidem.
Plebis otium, Senatus ter triplex negotium est.
Plebs statim tumultuosis concitatur motibus.
Qui modo est tyrannus, ante plebis audiebat Gnatho.
Qui studet turbæ Quiritum se placere, cor debebet.
Quisq; plebem spernit, eius & tamen laudes sitit.
Quolibet dape atque ludis ducere est plebeculam.
Scita plebis parte magna natio abrogat sophum.
Tyro adhuc suæ est in arte qui rudi vulgo placet.
Veste distant, concolores moriona plebs, nobilis.
Vir probus plebeculæ auram vix emat triobulo.
Vita plebis otiosa, turbida est negotijs.
Vulgum adulare esse si vis inter ipsos omnia.
A plebe amari non timeri Rex stude.
Opinio plebem omnem agit non veritas.

PATRIÆ.

Paucis placet quod est bonum, multis malum.
Placere vulgo non solet quod optimum est.
Robusta res est turba, mente sed caret.
Vesana plebes quolibet praeceps ruit.

POENÆ.

Cum Deus punire quem vult, ne quidem effugit gigas.
Deijci à Deo impiatis pœna maxima omnium est.
Et Deus malosq; pœnis, praemioque auctat bonos.
Hoc Dei est, vt nemo multus auferat scelus suum.
Nemo non sese ipse punit antequam punit Deus.
Numinum omnis pœna sera est, sed venit cum fœnore.
Peruicax in puniendo Numinis cunctatio est.
Pœnae atrocitate pensat criminis moram Deus.
Quem Deus punire non vult, huic vel hostis maxime est
Quem Deus punire quaerit mente priuat hunc bona.
Quos Deus punire gestit, mentem eis aufert suam.
Segnis est ad puniendum noxias Dei manus.
Maxime se punit ipsum rex vbi punit suos.
Non potest punire quemquam rex suo absq; vulnere.
Qui nequeant punire reges, quod faciunt, in alteru.
Si nequis donare pœnam rex re, tum tempores
Territat pœna ty annus rex metu pœnae, males.
Sunt Deo pœnas daturi qui haud dedere ciuibus
Tardus est ad irrogandas impijs pœnas Deus.
Vt malos Deus coercet, sic bonis custodia est.
Absq; pœna militaris stare non potest status.
Absq; pœna, summa prauis in bonos licentia
Ad suam pœnam ruenti currit impiebus graui.
Antequam gangraena serpat latius, ferro eximas.

Ciui-

Ciuitates pœna vastat crebrior, non corrigit.
Claudicantis pœna tandem prendit improbum gradu.
Continent equos domantq; fræna refractarios.
Corrigit mille[illegible] multa pœna delinquentium.
Culpa atrox, pœnamq; atrocem iure quolibet ferat.
Culpa vbi est inde esse pœna longius nunquam solet.
Cum tonat, se quisq; credit vnus ictum fulgure.
Dira pœna facta dira æterna mactat Eumenis.
Duplicem pœnam meretur nobilis, plebs vnicam.
Erubescere ac pudere pœna vel grauissima est.
Exigenda pœna vbi [illegible] absq; contumelia.
Fas piumq; e orbare luce lu[illegible] indignum caput.
Fœda pœna fœdioris criminis certa est comes.
Hæret, hæret imus in atra cum [illegible] est pice.
Impetres ab vstione quod nequibat vi. [illegible]
Improbum bono domare si nequis, doma malo.
In leui secreta culpa sufficit correctio.
Leniore pœna culpam plectito quamuis grauem.
Nemo non dedit tyrannus vindici pœnas Deo.
Nemini non ob salutem irrogat pœnas Deus.
Nemini vita absq; pœna est, nemini absq; præmio est.
Nemo adhuc nocens supremo creditori decoquit.
Nemo adhuc dum sons inultus abstulit celus.
Nemo peccat absq; pœna: pœna conscientia est.
Nemo plus æquo esse possit sæuus in nequissimos.
Nemo sat punitur, vtq; qui nouum patrat scelus.
Noxium dimitte potius quam punias innoxium.
Nulla maior pœna pœna conscientia improba.
Nulla pœna est quam tyrannus iure non ferat suo.
Nullius pœna est iniqua quo tuemur publicum.
Nullus est dies perire qui scelestus non queat.
Ob meras suspitiones neminem punieris.

Optimum factu est nefas, cum quis vritur notis.
Pauculos ob innocentes multus euadat nocens.
Peste multorum absque pœna vir scelestus ambulat.
Pestis est, non pœna, ciues quod simul multos necat.
Pestis est, non pœna, tollit qua bonos iuxta ac malos.
Pœna clariorum in qua publicum firmat statum.
Pœna criminosi vnius, vniuersorum est metus.
Pœna culpas grandiores antecedit grandior.
Pœna dia tarditatem pensat vsura graui.
Pœna ibi crescat necesse est, culpa vbi frequentior.
Pœna lenta tarditatem pensat vsura graui.
Pœna mentem angere præsens consciam semper quatit.
Pœna ne cui inferatur maior, error quam fuit.
Pœna non est, cum magis atrox pestis, omnes quæ notat.
Pœna nulla est tanta mentines malas coerceat.
Pœna paucorum esto culpa quod fuit plane omnium.
Pœna paucos comprehendat, vniuersos sed timor.
Pœna præmiumque certa publicæ est rei bilanx.
Pœna si caret nocentum culpa, in insontes cadit.
Pœna si cui vlla sera, venit &, euerior.
Pœna stultis præstat id quod pharmacum ægrotantibus.
Pœnam habet qui cordis intra septa concipit nefas.
Prouocat quin omnis vltro spineus ferrum frutex.
Puniat delicta prima ne sequantur altera.
Puniantur criminosi: noxius non est alii.
Qui malum malo refrenat, mille corrigit malos.
Qui malum punit, scelestos esse eo plures vetat.
Qui solus punire quit, nec id facit, duplat scelus.
Quod nequibat vnctio illud sæpe sanat vstio.
Quos amor boni haud reflectit à probris, malo tene.
Tardior quo pœna cuique, est hoc & id clementior.
Terret omnes fulmen, etsi non ferit nisi vnicum.

Terret

Terret omnes emendatq; cunctos vel trium punitio.
Tunc & Adrasteia viuit cum putamus mortuam.
Verba pœnam non merentur quam voluntatis fera.
Viperam occidas pusilla dum est adhuc nec noxia.
Vix suis, centum tyrannus fecerit pœnis satis.
Vltima pœna exigantur de sceleribus vltimis.
Vnctione quod mederi non potes, vstio auferet.
Assecla semper crimini pœna est suo.
Culpa atq; pœna sunt sibi vsq; proxima.
Cupis minores ne luant pœnas rei.
Cuneus malus nodo malo requiritur.
Diuina lento pœna procedit gradu.
Et clauda tandem pœna noxium occupat.
Fecisse, facta pœna summa iniuria est.
In puniendo omne ira contemnit modum.
Ne puniant late Duces, sed terreant.
Nil grande refert fonte quo fluat scelus.
Nullum sua absq; pœna patratur scelus.
Palam arguatur omne quod palam nocet.
Peccata pœna nostra nunquam æquant Dei.
Perire præstat quam innocentem perdere.
Pœna afficit iudex, parens expostulat.
Pœnæ Deum celerrime opprimunt malos.
Pœnam an meretur lapsus ex inscitia?
Pœnam meretur grandiore nobilis.
Pœnas minoris crimini infer legibus.
Pœnas nec ipsas sentiunt Dei nequam.
Pœnis tenendus maxime in cunctis victus.
Punit satis, punire qui cum vult potest.
Pro peste habenda est pœna multis noxia.
Quem non tenet iudex, metus coerceat.
Qui non in ære habet, luat in corpore.

Qui-

Quicunq; non punit scelus, scelus facit.
Quisquis patrauit dira, æquum est pati.
Quo serior pœna est, Dei *hoc seuerior.*
Rem quamq; punit ira grauius quam decet.
Se quisq; nostrum punit ipse non Deus.
Sub teste pœnas pendit interno improbus.
Sumenda pœna more semper patrio.
Tandem malum quisquis dedit malum auferet.
Validos triones asperis flagris domas.
Vnde orta culpa est pœna consistat leuis.

PIE AGENDI.

Maxime placent Deo, ipsi maxime qui obtemperant.
Non potes Deo placere si tibi non displices.
Non potest Deo placere qui sibi nimis placet.
Non potest placere cunctis qui placere vult Deo.
Non potest placere mundo qui placere auet Deo.
Qui Deo placet, placere rursum adhuc vult amplius.
Quod placet Deo probisq; improbis nunquam bonum est.
Summa summarum est, placere posse summo Numini.
Catui placere Regum pulcra res, sed ardua.
Legis obtinet vigorem, Principi quicquid placet.
Nulla maiestas diuruat quæ sibi soli placet.
Omnibus placere Princeps qui queat? Deus nequit.
Optimis placere princeps si potest, plus sat placet.
Principi placere, morum est omnium perfectio.
Rex bonus placenta ni sit, non placebit omnibus.
Rex nouus placere cunctis si nequit, cunctos beet.
Alteri placere qui vult, non placet sane sibi.

Aurum

Aurum emas contra atq; gemmam quæ placent quamplurimis.
Ciuibus placere quiuit nemo natus omnibus.
Dignus es placere nulli, vis placere si omnibus.
Id placet fere quod annis imbibimus prioribus.
In magistratu placere cuilibet, perarduum.
Iudicium est placere multis, gratia vni & alteri.
Mens sibi placens voluptate haud eget, in se omnia.
Ne quidem placere cunctis ipse Iupiter queat.
Nec bonus b naue frugi est qui sibi satis placet.
Non potest placere multis qui sibi vnice placet.
Non potest placere multis, vult placere qui omnibus.
Non potest placere vulgo diu cui virtus placet.
Non potest sibi placere vult placere qui omnibus.
Omnibus cupis placere sis & æquus omnibus.
Omnibus placere, grandis est labor, grande est opus.
Plurimis placere stultum est optimis perarduum.
Rebus in magnis placere difficillimum omnibus.
Seu pluat, sed non, placere Iupiter cunctis nequit.
Æquum placere omnibus quod placet Deo.
Bonis placet tantum, haud malis, quod optimum est.
Cunctis placet, placet cui modestia.
Peiora multis perplacent paucis bonum.
Placere cunctis nemo, nedum rex queat.
Quidquid placet Deo, placet rectissime.
Quisquis placet Deo, sibi ipse non placet.
Stultissimo placet, sibi quisquis placet.
Regnantibus placere culmen gloria est.
Velis placere pauculis, sed optimis.

POENI-

POENITENTIÆ.

Pœnitentibus negare non potest veniam Deus.
Regium est impunitate prosequi pœnitentes.
Cur reiectas pœnitendi tempus in mortis diem?
Illico secum voluptas pœnitentiam trahit.
Nemini claudenda sera porta pœnitentia.
Non diu viget reprehensus absq; pœnitentia.
Nulla delicti remissio absq; pœnitentia est.
Pœnites? opinionem corrigas ergo tuam.
Pœnitens se profitetur nolle peccare amplius.
Pœnitenti exposita cunctis ara Gratia patet.
Pœnitentia omnis ipsi proxima innocentia est.
Pœnitentia sua esse nemo desinit nocens.
Pœnitudo festinata, proxima innocentia est.
Pœnitudo, lacrimarum turpia ob facta est parens.
Proxima est ab innocente mens sui quam pœnitet.
Quos pudet peccasse labes in pudendas cadunt.
Tantum eis ignosce vere criminis, quos pœnitet.
Ad pœnitendum nemini occlusum est iter.
Apud Deum metanœa pro innocentia est.
Assecla semper pœnitentia est ruber.
Est numini vna ignota pœnitentia.
Nulla est voluptas absq; pœnitentia.
Pene innocens est criminis quem pœnitet.
Procrastinare pœnitentiam caue.
Quem pœnitet se corripit dementia.
Sapere negato, pœnitere proximum est.
Temere patrati pœnitentia est comes.

Maxi-

Maximas aduersitates ante prædicit Deus.
Pirata vbi est, tutum esse non potest mare.
Non potest mare esse tutum gente sub piratica.

POETÆ.

Discipulo caret Poeta qui docetur à Deo.
Quidquid ignorant poetæ nemo nouit quam Deus.
Cur facit Cæsar poetas, si poeta nascitur.
Nascitur poeta: Lauro Cæsar atq; auro valet.
Rarus admodum est poeta qui vetat reges mori.
Absq; doctore est poeta, doctor aut ipse est suus.
Absq; literis adiri non potest poetica.
Absq; riuali poesin quisque suspicit suam.
Æris indigens poeta nil virile cogitat.
Ales est Iouis poeta verus, pica spurius.
Arte non fiunt poetæ: fatum habent verum patrem.
Eruditionis osor & poetica est.
Eruditus sit necesse est cui sapit poetica.
Esse non potes poeta vina ni potes sua.
Est adulator poeta magnus, imo maximus.
Et poetarum omne dictum proximum est oraculo.
In clientela poetas Phœbus haud suos tenet.
In poetas nil tyrannus, imo nil licet Ioui.
Lætior post fata, virtus & fides vatum nitet.
Liberum nil in poeta est, parasita pro paruulo.
Maxime viuit poeta viuere vt iam desiit.
Mentis afflatu poeta quisq; fit, non artibus.
Mœsta paupertas sub antro nil cauet Clius noui.
Munus haud implet poeta cui domi indigentia est.

Nemo despicit poesin quam cliens in[...]a.
Nemo perfectus poeta est absq; rore insaniæ.
Nil canet cæleste vates cor cui intus anxium est.
Nil in vllos liuor audet quos Apollo sustinet.
Nil poesis est, Deorum sermo quam immortalium.
Nil potest loqui ore sacro quem domi domat fames.
Nil sonat diuum poeta qui farinam cogitat.
Non bonus poeta grande sæculi est sui malum.
Non eris bonus poeta, ni prius vir sis bonus.
Non potest dici poeta cui suus non est furor.
Non potest gestare tyrsum, non tubam vates egens.
Nullus est poeta ab arte, pro parente fatum habent.
Ordo Apollini dicatus omnis exsors est probi.
Pindari domus superstes dirutis Thebis fuit.
Qui bibit lympham poeta est, sed poeta sobrius.
Qui poetis vult male, idem pessime pol vult sibi.
Quisquis est poeta vinum lege bibit Bacchica.
Raucus admodum poeta est, quem premit domi fames.
Sit satur vates necesse est digna Musis vt canat.
Sem per in maius poeta cuncta tollit classicum.
Sobrius poeta, nil est quam poeta sobrius.
Temperantiæ magister est poeta quilibet.
Temporum senecta Phœbi nil potest in mystas sacros.
Tolle vates, nulla Troia est, nulla Vlyssis patria.
Veram ad incudem poeta fabricat lingua sonos.
Veritas cura est poesis, sed mage oblectatio.
Victu egens modis canoris nil potest dignum eloqui.
Vilis est ibi poeta, gens vbi vilissima est.
Vniuersas odit artes qui poesin non amat.
Vt poeta sis, oportet ante laurum mordeas.
Est legibus soluta gens poetica.
Morum bonus poeta suauiludium est.

Nil

N'gente vatum viuit innocentius.
Nil in poeta, quam cor intus, liberum est.
Non est poeta quisquis esse se putat.
Noxa vacat probroque grex Apollinis.
Pauper poeta saculi conuitium.
Phœbus poetas in clientela tenet.
Plerique Musis dediti pallescimus.
Plerumq; vates spretus est domi à suis.
Turpem poeta nescit inuidentiam.
Vbi est poesis, agmen est ibi artium.
Vbi est poesis, est ibi assentatio.
Vbi est poesis pax ibi atq; gaudium est.
Vbi est poeta laus sibi est & gratia.
Verus poeta est candor intus ac foris.

POPVLI.

Seruiet regi popellus ipse ei si seruiet.
Bellua est popellus omnis, multiplex cui caput.
Quis noui ferat popelli tetricam superbiam.
Temnito voces popelli pro salute patria.
Vox populi quacunq; fatur longius vox Dei est.
Populum time, si rector eius es: Leo est.

POSSESSIONIS.

Nil potest deesse iugis queis Deus possessio est.
Proprium nil possidemus, à Deis sed credita.
Possidere cuncta tuto rex cupit da ciuibus.
Principum sunt cuncta, idemq; Principis sunt omnium.

Sic habet bonus rex omnia, vt tamen sint omnium.
Affluentium orbe toto, lubrica est possessio.
Bellum vbi est, vix certa in horam cuipiam possessio est.
Diuites, rerum suarum quantitatem nesciunt.
Nec suæ possessionis diuites sciunt modum.
Non habet rem, exceptione qui repelli vlla potest.
Non minore possidetur res malo quam quæritur.
Nullius rei absque amico commoda est possessio.
Plura quo cui possidentur hoc agit molestius.
Possidere cuncta si vis, nil eorum auide appetas.
Quisque habere rem videtur, qui illam vbi vult obtinet.
Sordet orbis vniuersus possidentibus Deum.
Quantum aret metat que nescit ditiorum natio.
Vix procurator suarum quisque rerum est, nedum heres.
Deum qui habent, & cuncta habent quæ sunt Dei.
Ignorat opulens quantum aret, quantum metat.
Quod iure belli possides vere est tuum.
Nostrum esse non potest quod ante nos fuit.
Nulla est amico pulcrior possessio.
Permulta dites possident quæ nesciunt.
Possessio virtutis in paucos cadit.
Qui possidet Deum, omne quod vult possidet.
Quo possidet plura, hoc eget quis pluribus.
Vanissima est possessionum gloria.

POSTERITATIS.

Maxime interest regi acta nota sint vt posteris.
Posteros latere nescit sceptra qui gerit manu.
Regia imperabit æuo postero qui attenderit.

Alteri

Alteri arboreta ponis si capillus albicat.
Alteri arbores serantur profutura saeculo.
Arborem seras futuro profuturam saeculo.
Arborem sere vnde fructus sit tuis nepotibus.
Arbores plantemus aeuo futuras alteri.
Arbores ponit senectus saeculo altero vtiles.
Arboris seras futura profuturas saeculo.
Clara maiorum antigesta posteris lucent facem.
Cuique quod meretur aetas vtique reddet postera.
Et parentum clara facta posteris lucent facem.
Gloriam suam rependunt vnicuique posteri.
Mors eorum acerba semper qui laborant posteris.
Nemo non senex in hortis alteri arbores serit.
Nemo non valere fama quaerit inter posteros.
Non suum probus modo aeuum vir docet, sed posteros.
Non suum sophus modo aeuum cogitat, sed posterum.
Nulla non vox posterorum improbum incessit probris.
Portus haud est qui receptus habet classi tutos minus.
Posteri fama rependunt cuique quod meret decus.
Posteri famam rependent quam meret cuilibet.
Posteri famam rependunt omnibus verissimam.
Posteri pij rependunt quam merentur gloriam.
Posteri verum rependunt cuilibet sito decus.
Posteris attende si vis imperare regie.
Posteris prodesse qui vult morte obit semper cita.
Posteritas suum rependet cuilibet tandem decus.
Posterorum gens inertes lucis indigos premet.
Cuiuis suum decus rependunt posteri.
Famam rependunt cuique posteri suam.
In posteris viuunt suis iam mortui.
Quandoque patrum posteri culpas luunt.
Saepe in nepotes expetunt culpa patrum.

Sere arbores quæ sæculum alterum beent.
Splendor parentum posteros illuminat.
Suam rependunt cuiq; famam posteri.
Et citra informationem nascimur politici.
Portenta semper Afra tellus fert noua.
Portenta semper nunciant mala haud bonum.

POTENTIÆ.

Absq; termino absq; initijs est Dei Potentia.
Cum Deo quæ comparare se queat potentia.
Omne, quidquid es potesue, uni imputa Princeps Do.
Principi mensura legum finis est potentia
Arduum est potentia vti nullius boni malo.
Crimen vnius, pestilentia omnium est, potentis.
Distulit sed non remisit noxiam potentia.
Est caduca omnis potestas mole quæ non stat sua.
Est parum potens potestas nixa mole non sua.
Impotens vigere longum non potest potentius.
Improbo potentiam addes? das furenti acinacem.
Insita est cupido cuiuis diuitis potentia.
Legum habenis reprimenda est vel potens potentia.
Longiore vsu potestas transit in tyrannidem.
Nemini potentum inimicus esto: sunt fatum alterum.
Nemo amat regem, sed eius quisq; amat potentiam.
Nemo stultus melior vnquam factus est potentia.
Nil nefas factu, expedire quin putet potens sibi.
Non potest coire virtus cum improba potentia.
Per scelus quæsita nulli longior potentia est.
Plus mali obuenire sueuit quam boni à potentia.
Plus nocet sibimet ipsa quam alteri potentia.

Prom-

Prompta & expedita ad omne flagitium potentia est.
Publico priuata semper officit potentia.
Quod furenti est ensis, hoc est improba potentia.
Quod nequit ferox, modesta perficit potentia.
Rustico potente nulla bellua impotentior.
Semper est potens modeste qui vtitur potentia.
Sub iugo potentiorum vita vulgi perpetim est.
Æui breuis ferme impotens potentia.
Cum cuncta possis, nil velis quam quod decet.
De secunda regia est potentia.
Est celsior cunctis Deus potentiis.
Homines potentes scito fortunæ manus.
Suspici virtute præstat dote quam potentia.
In orbe nil præstantius potentia.
Latrocinatur iam palam potentia.
Potens sui regum anteit potentias.
Quo mollior potentia, hoc securior.
Vix copula est potentiæ ac modestiæ.

POTESTATIS.

A Deo data est potestas ob quietem ciuium.
In Dei potestate omnis vndique est potentia.
Nil potest hominum potestas in potestatem Dei.
Quo minor regis est potestas hoc quoque est perennior.
Tuta maiestate semper est potestas regia.
Ad minorum iniuriam effert se potestas ditior.
Diues est vbi potestas pauper est respublica.
Est caduca omnis potestas mole qua non stat sua.
Est parum potens, potestas nisa vi precaria.
Est vbi diues potestas, paupera est respublica.

In tyrannidem potestas longo abusu vertitur.
Lubricum est decus potestas, lubricum ac mœstissimum.
Non nocendo sed merendo vim potestatemq; exeras.
Non viros clarat potestas, sed potestatem viri.
Nonne sat potens is est qui in potestate est sua?
Qui potestate vtitur bene omnibus passim placet.
Quo potestas se minorem ducit hoc fit celsior.
Exhaurienda omnis potestas pauperi est.
Virum potestas, vir potestatem arguit.

PRÆCEPTORIS.

Odit Deum præcepta qui temnit Dei.
Absq; præceptore quiuis quodlibet nouit scelus.
Audiunt præcepta multi recta, nemo vult sequi.
Dent senes præcepta, eisq; pareat gens iunior.
Filio præceptor esse tutior nequit patre.
Neminem præcepta sanant: morbi egent manus ope.
Pædagogis vsq; adhæret arrogans amor sui.
Publicus totius orbis pædagogus est Sophus.
Vipera virus propinat malum indolem docet.
Non caues, prædicta quamuis, quæ Dei fato manent.
Res vbi præiudicata, vana iudicatio est.
Ita ipse viue præcipis vt alteri.
Nemo docebit rectius gnatum patre.
Præceptor est tempus senescens omnium.
Sic viue viuendum ipse vt esse præcipis.

PRÆCOCIS REI.

Adhuc in herba aret iam olus tectorium.
Alta mens tarda antecedit temporis volumina.
Ante tempus floru stis ante brumam arebitis.
Celsior virtus fugacis tempora aui praeuenit.
Est adhuc in herba, iamq; gluma tectorum aruit.
Flamma fumo mixta durat, flamma pura, mox perit.
Indoles alta haud moratur temporis volumina.
Indoles cœlestis annis est suis velocior.
Indoles summa haud moratur temporis pingues moras.
Longius plerunq; durant quæ vigescunt tardius.
Mortis est signum imminentis mente cana iunior.
Morte imminentis index est iuuenta anilior.
Mortis index est citata iunior statim senex.
Nestorem qui se in iuuenta præstat, haud viuet diu.
Nil diu durare fati lex sinit pulcri aut boni.
Non diu est, autumnitatem qui puer vere explicat.
Non solet durare longum quod cito ad finem venit.
Rarius quisquam perennat qui puerq; spirat virum.
Res stupenda, imberbis æuo, pectore incano puer.
Vere primo autumnitatem qui sapit, diu haud sapit.
Vix diurnat in iuuenta cui senis prudentia est.
Vix diuturna iuuenta est qui nimis sapit puer.
Amygdalus nux omnium primaria est.
Pomum omne præcox decidit statim arbore.
Raro diurnat indoles præcox nimis.
Raro diurnat ingenij præcox vigor.
Raro perennat qui puer spirat virum.

Raro senescit qui puer senem crepat.
Repente crescit quidquid heroum est genus.
Vix concoquas felicitatem præcocem.

PRÆDÆ.

Absque opum male fugari sps nequit fucum feram.
Absque præda militaris est labos inutilis.
Fit iure quouis præda maioris minor.
Nido aues auferre noli cum suis parentibus.
Præda menti fastuosa non placet parabilis.
Rebus in cunctis vbique præda maiori est iunior.
Sæpe ab vno exsuscitatus alteri præda est lepus.
Spes vbi est præda, laborem quemlibet miles subit.
Aurem molestum præda nobilis decet.

PRÆLII.

A Dei fauore pendet prælij fausti exitus.
A Deo secunda pugna, non secunda item à Deo est.
Absque Numine prælium exitu malum est.
Cui Deus belli est sodalis, prælio vllo non timet.
Cum Deo, cumque æquitate, prælium omne prosperum est.
Prælium ijs semper secundum est quos obit fauor Dei.
Est ducis raro experiri fortuita prælia.
Marte aperto præliari vix solet rex cautior.
Exitus belli refutat prælium fere prius.
Lingua opes, cum consilij est res dextera cum prælij.
Miles vsu exercitatus prælia, requiritur.
Ne feras coire sparsos occupare quos licet.

Nemi-

Nemini Mars vniuersis obsecundat prælijs.
Nemo non perire malit præl o quam carcere.
Non potest resistere hastis prælianti argenteis.
Non timet cocus vel vnus mille sexcentas oues.
Nunc ab hoc stat, nunc ab illo prælijs Mars in suis.
Prius perit miles timore in prælijs, quam roboris.
Plus valet quocunq; solers prælio cunctatio.
Prælio primore victus deinde raro vincitur.
Prælio victus primore, victor est belli exitu.
Prælio primore victus victor est certe vltimo.
Prælio quocunq; virtus adiuuat, sed plus locus.
Prælio vinci recusant, exta fausta, & æquitas.
Prælium non surgit auceps ab q; vi discriminum.
Præstat astu vincere hostes quam cruore prælij.
Quod potes finire verbis, prælio cur termines.
Quos potes necare sparsos, cur feras iungi simul.
Vi palam stantes in armis sternito aduersarios.
Vicitis quisquis potitur mortuis post præ ium.
Ad prælium ieiunus ire non potest.
Ne conseras vnus manum cum pluribus.
Vicissitatis plurimum est in prælijs.
Vix præliandum est cum iubet necessitas.

PRÆMII.

Est Deus, malosq; pœnis præmio mactat bonos.
Conferat rex præmia ipse, puniat per tertium.
Pœna præmiumq; regni sunt columnæ duplices.
Principi bono, administri nullus interit labor.
Punias bonos malosq; præmijs rex affice.
Rex malos pœnis coercet, præmio mactat bonos.

Pramium virtus sibi ipsa est nec caducis indiget.
Pura mens nunquam fefellit pramiatorem Deum.
Quamlibet metu atque laude contines rem publicam.
Quidquid irremuneratum est, herba in ipsa omne occidit.
Recti ibi nil, sorte eadem nequam vbi probusq; agunt
Regna florent ac perennant, pœna vbi atque pramium est.
Si nequis par esse primis prima pramia haud feres.
Si cupis virtus senescat, tollito ipsi pramia.
Tolle pœnam pramiumq;, regna quauis succident.
O nefasq; fasq; versum, venit ad metam furor.
Nomen ô Virtus inane, seu ua fortuna mera es.
Ah fere ignorata pœnas flebiles dat Veritas.
Ad supremos dignitatem morioni iter gradus.
Æquor vnis acre honoris non patet Catonibus.
Ambitus virtute pulsa, fert bonorum pramia.
Applicat fortuna semper se viris minus bonis.
Caca sors donis scelestos auget, euertit bonos.
Crate liberi teguntur, seruitus sub marmore est.
Cui sua vnquam, aquo, aut iniquo, detulit rex pramia.
Cuncta honora, vel fauoris sunt vel impudentia.
Dignitates atque honores atque opes cedunt malis.
Disiicit fructum bonorum fucus omnem vel gnatho.
Durus ac morosus orbe est, quisquis illi commodat.
Famam, opes, spreto Catone, vindicant Vatinij.
Sors malum vsque honore mactat & bonum infortunio.
Fucs apum fauos inertes esse dictitant suos.
Gutta fortuna antefertur seria prudentia.
Heu quot & quales nocentium nomine insontes ruunt.
Ictu acerbiore semper in bonos lethum ruit.

Ir-

Immerenti honos piorum crescit ex iniuria.
Imo virtuti, imo Sorti ipsi impudentia imperat.
Improbos opes coronant, de probis se segregant.
In fauis apes laborat perpes, alter mel legit.
In latebris in tenebris multa degit veritas.
Iustitia est obscuritatis, est egentiæ parens.
Laus opesque honosque multis dantur immerentibus.
Maxima in benignitate maximum est periculum.
Mens vbi bona est, egestas est ibi rerum omnium.
Negligit se iustus ipsum proximo omnis vt vacet.
Nemini est in orbe peius quam choro innocentium.
Nemo non fere male audit qui meretur optime.
Non Catoni consulatus dandus at Vatinio.
Optima herba vix diurnat: herba non perit mala.
Non regi vult à Catone plebs, sed à Vatiniis.
Optimorum aufert honores flagitator improbus.
Optimos bellum fere omne vexat, & parcit malis.
Pauperum sudore, tota vita constat diuitum.
Peruia est dolo atque fraudi maxime innocentia.
Peruium quiduis fauori est peruium impudentiæ.
Pessima ijs fortuna semper quæ merentur optimam.
Pessimi terras adimplent nominis fama sui.
Pessimus fere poeta præmium aufert maximum.
Plus fauet sors immodestis quam pudentioribus.
Plus potest doctis bonisque palpo, hebesque garrulus.
Quando non apum labores deuorat fucus reses?
Qui merent nullos, honores auferunt celsissimos.
Quidquid est magnum atque pulcrum ferme asellus creditur.
Rariter laus atque fama constat artibus bonis.
Regerit in bonos malignus ipse quod fecit scelus.
Sæpe honores flagitator præcipit malus bonis.

Sæpe bonos malum coronat sæpe inertem gloria.
Sæpe virtus summa sortis subiacet libidini.
Sannio fructus potitur debitos industriis.
Semper est messis malorum magna, in herba obit bonum.
Subiacet Sors atq; Virtus anguea Impudentia.
Sunt supra pœnam scelesti noxiis omnem suis.
Sycophanta præmium aufert debitum innocentiæ.
Tam bonum piumue nil est, quin premat calumnia.
Terra sponte cuncta gignit hispidis Cyclopibus.
Villicum pretio minore comparabis quam Coquum.
Vir bonus finire vitam vix solet bono exitu.
Ad summa vadunt queis suus constat honor.
Languescit orba præmiis industria.
Laus, præmium virtutis vnum & vnicum est.
Multa efficit plures bonos quam præmium.
Pro præmio Deum habere, hominis summum est bonum.
Sat grande virtus præmium ipsa met sibi est.
Tandem bonis maluq; præmium est suum.
Virtus vbi est, ibi eius esto præmium.
Apum fere fucus labore pascitur.
Boni merentur dignitatem, habent mali.
Ciues nocentum culpa in insontes cadit.
Dignis negat Sors quod dat innocentibus.
Felicitas plerumq; non probis obuenit.
Fortuna mentes semper excelsas premit.
Gaza fruuntur parte maiore improbi.
Hoc quisq; agit felicius r.equior.
In angulis sepulta virtus delitet.
Ingrata semper optimis respublica est.
Integritas non diuitat, sed pauperat.
Iusta amanti, vbique præsto materindigentia est.
Iustum bonumq; iam esse, dedecus merum est.

Nun-

Nunquam luporum tangitur gens frigore.
Peiora semper imminent melioribus.
Peres imperitos sunt bonorum præmia.
Primas vbiq; semper obtinent mali.
Quam sæpe stirpis sordida censu affluit.
Quam sæpe victu moribus probis caret.
Quo iustior quis, hoc esurit magis.
Semper diurnat orbis omne pessimum.
Semper probus luget, gaudetq; non probus.
Sunt præda semper optimi prauissimis.
Transit Catones plebs, fauet Vatiniis.
Vbiq; iam mendicat innocentia.
Vbiq; præda prauitati est optimus.
Virtus vbi est fere est ibi infortunium.
Visuntur altis in curulibus mali.
Vrbi vtilis sibi fere est damno ac malo.

PRÆSAGII.

Antecedunt signa fermo calamitates maximas.
Antefacta de futuris serio præsagiunt.
Astra læta orbi astra læua orbi antea præsagiunt.
Id sibi quisq; auguratur imminere, quod timet.
In malis cuicunq; menti plurimum præsagij est.
Quisque præsagus malorum est rebus extremissimis.
Sæpe mens præsaga damni iam futuri ipsa est sibi.
Animus merentis quodq; præsagit malum,
Futura quæ sunt mens præsagit mæstior.

PRÆ-

PRÆSIDIS.

Commodum deesse nescit ipse vbi est præses Deus.
Præsidem tua salutes ne Deum vnquam deseras.
Præsidem ob malum, male audit, rex licet probissimus.
Præsidio haud egere, regis præsidium est fortissimum.
Præsidis delicta cur non imputemus Principi?
Legis est loco atque moris vita præsidentium.
Æquum est statutis præses adsit vt suis.
Præfectus latrone differt nomine.
Qualis ipse rex sit, eius serio præses docet.

PRÆSENTIÆ.

Cui Deus præsens vbique est, non potest delinquere.
Non potest delinquere ante, e Deum isse qui putat.
Nulla cogitatio absque Numinis præsentia est
Sic age omnia, ac si adesset arbiter præsens Deus.
Grande munus est adesse regijs conspectibus.
Is sapit vere, petitur qui bonis præsentibus.
Magna qui sectatur, haud vnquam vtitur præsentibus.
Est bonum præsens leuissimum, at malum grauissimum.
Nemo non Regi suo esse proximus desiderat.
Præferas tutum atque præsens ancipiti nec obuio.
Quidquid est præsens, molestum fuerit esse ciuibus.
Sors oculto futuri est: gaudeas præsentibus.
Tædio fere futuri sufficiunt præsentia.
Viue securus futuri lætior præsentibus.

Accommodare se de et præsentibus.
Augere famam vir solet præsentia.
Odit metus vel maxime præsentia.
Præsens potestas ciuibus semper grauis.
Præsentiam supplere fas epistolis.
Præsentibus caret, futuris deditus.
Se quisque rebus commouet præsentibus.
Semper molesta ciuibus præsentia.

PRÆSTIGIARVM.

Et suis grex Sannionum plenus est præstigijs.
Moriones ac pusillos detinent præstigia.
Omne habe præstigiosum quod coloris non sui est.
Quisque vult præstigiator quisque esse, vult magus.
Veritas vbi est, ibi esse non solent præstigia.
Præstigiator quilibet nunc Principum est.
Præstigiosa, risui prudentibus
Cum veritate haud conuenit præstigijs.

PRÆTERITI.

Ex eo quod ante factum de futuro iudices.
Facta facere infecta nil quit [illegible] periit semper.
Facta quæ sunt quæque fiunt, ponderat prudentia
Hora non potest reprendi quæ semel male excidit
Quidquid actum est, de futuro sic quasi præsagium est.
Qui futura scire quærit, ante facta interroget.
Iam facta facere infecta nulla vis valet.
Quod præterint, præterijsse ducito.

PRA-

PRAVITATIS.

Absque praeceptore per se cuncta nouit prauitas.
Asper in prauos, benignus in probos, rex est bonus.
Nemini est inuisa adaeque prauitas quam vni sibi.
Nemo non de matris aluo prauus est ad omnia.
Non patrare id audet omne quod cupiscit prauitas.
Pharmacum non est mederi prauitati quo queas.
Plura scit quam exercet, oris impudentis prauitas.
Prauitas, ad honesta, ferrum est: cera flaua ad turpia.
Prauitas palmis ligata est, cuncta quae vult ne patret.
Prauitas si cuncta quae vult posset, orbem inaniat.
Quaeris esse prauus? ipso te duce vtere vnico.
Virus ante prauus haurit, dein proponat alteri.
Vt ruat maiore casu, scandit alta prauitas.
Mens praua semper incubat laboribus.
Riget, nec vnquam prauitas flecti potest.
Vna vna vere foeda res est prauitas.

PRECVM.

A Deo pauci precantur res bonas, plures mala.
Ad Deum manus precantes tolle, sed mentem magis.
An quis est in orbe Princeps quin regat precario?
Adiuuat Phoebus Laconas, seu vocent, seu non vocent.
Carius res nulla constat comparata quam prece.
Da bona ô Deus petenti, & non petenti, da bona.
Da Deus bonum precanti da bonum.
Da petenti & non petenti semper ô Deus bona.

Diuitum preces sine alis sunt nec ad cælum volant.
Ecquis est qui non sibi ipsi noxia à Deo expetat?
Est Deus tibi vsq presto, seu voces, seu non voces.
Est precatio ala, ea vna tollimur sursum ad Deos.
Indecens, aures Deorum demorari ambagibus.
Maxime ijs bene est precandum qui nobis faciunt mali.
Nemo adit Deum prece oris atq; cordis improbi.
Non habent preces ea alas quas facit felicitas.
Nunquam apud Deum piorum sunt preces euanidæ.
Obtines quod vis prece omne, si labos ei additur.
Optime semper precandum pessime viuentibus.
Qui Deo haud paret vocanti, frustra eum deus vocat.
Quisnam emat prece, obtinere quod potest pecunia.
Rarus est qui orare norit quidpiam quod conuenit.
Stulte emas prece, impetrare quidquid argento potes.
Tota vita Christiana, nil nisi preces meræ.
Carissime emit qui quid emit per preces.
Carissime emptum impetrarunt quod preces,
Charissimum omne est comparatur quod prece.
Deo preces fac deferas, non regibus.
Iustæ preces certe audiuntur à Deis.
Non est tuum quod impetras prece à Deo.
Quidui sequunt iunctæ preces laboribus.
Debitæ preces Deo vni, non item mortalibus.
Nulla si spes impetrandi est, cur Deo fiunt preces?
Quod prece à Deo impetratur, non tuum, sed publicum est.

PRIVILEGII.

Priuilegium natura est forma sed diarium.
Igne Thebarum perire Pindari domus nequit.

Igne

Igne Thebas to[illegible]te, extra Pindari vnicam domum.
Pauci vt illustrentur vniuersus orbis interit.
Priuilegium omne cessat, cum prem it necessitas.
Vastat vrbes vastat agros omne priuilegium.
Vrbium præsens ruina molle priuileg um est.
Solem Ida cernit antequam orbi nascitur.

PRIVATÆ REI.

Cuilibet malum non esse creditur grandissimum.
Nemo non pr uata clanculum anteponit publicis.
Nemo non pr uata longe pon t ante publicum.
Nemo non priuata semper tollit in maius mala.
Nemo non quæ fert mala esse iudicat grauissima.
Plebs ibiq; curat, negligi q; publica.
Publicis priuata semper anteponimus rebus.
Quemlibet priuata, nullum damna torquent publica.
Quilibet priuata semper tollit in maius mala.
Quisq; iactat publica ore, re studet domesticis.
Stultus est priuata quisquis publicis præfert bona.
Priuata cuiq; posthabenda publicis.
Priuata cura, at absque damno publici.
Priuata quisnam posthabet rei publicæ?
Priuata qui q; tollit in maius mala.
Priuata rex ne[illegible]unias, sed publica.
Priuata veris lacrimis flemus mala.
Priuata vita, vita iucundissima.

PRIN-


Purus est Deo, *qui in armis prælians hostem necat.*

Purus est qui proditorem cunque patriæ necat.

Semper obrepente luxu puritas aui interit.

Si lauas purum, vnda ab ipso non fluit nisi & nitens.

Vita pura vbi est, ibidem tuta conscientia est.

A mente pura cuncta pura profluunt.

E capite puri sordida vnda non fluet.

In hisce rerum sordibus puri est nihil.

Purgare sordes latido cano arduum est.

Purgare sordes qui cupit cano, grauat.

Se sordidat vultum luto qui delinit.

Vbi anser est, ibi esse puri nil potest.

QVÆRENDI.

Frustra amicos quæritabis si cares pecunia.

Impium est plus sciscitari, quam docere vult Deus.

Inuenire te ipse nescis? inueniendus nemini es.

Nemo quæritat domi ipsum semet, omnes at foris.

Non minus, partum tueri, quam repente quærere.

Per

Per viam suam omne quæras, inuenire quod cupis.
Pœna quos diuina quærit angulis frustra latent.
Quærere ac rogare, res est vtilis discentibus.
Quærere id noli, inuenire quod doleret pecteri.
Quæritat virtus labores, quæritat pericula.
Quæritur plerisq; vita vera, paucis obuenit.
Quam magis scrutamur, hoc fit ditior Deus suis.
Qui malum quærit bono, illud inuenit mox, sed sibi.
Quod magis scrutamur hoc se detegit minus Deus.
Quos Deus punire quærit quo libet cauo inuenit.
Scire vera non meretur, qui dolose interrogat.
Fortuna quem quærit facillime inuenit.
Fortuna quem quærit mala, illico inuenit.
Proclinius res perditur, quam quæritur.
Quicunq; seipsum quærit & seipsum inuenit.
Sese obuia est quærentibus sapientia.

QVÆSTIO CARNIFICIS.

Carnifex est rex auarus, carnifex est rex nepos.
Nil tyrannus est suorum quam dialis carnifex.
Acrius tortore quouis mens malos plectit mala.
Carnifex malo perennis conscientia est suo.
Carnifex punit pusilla, præco grandia excipit.
Est loco tormenti homullis, ipse tormenti metus.
Nemini non procreato tortor est domesticus.
Nemo non vita sua vltro tortor est ac carnifex.
Nemo tortorem scelestus effugit latens suum.
Quæstionum impar dolori corpus omne femina est.
Tortor expiare sontem conscientiam potest.

Integer mori haud putatur quæstioni subditus.
Tortor internus quibusq; est conscientiæ pauor.
Est carnifex sibi ipsa conscientia.
Quiuis homo suus sibi ipse est carnifex.
Tortoris instar sunt malis mores sui.

QVÆSTORIS.

Pauperum quicunq; curat res bene, est Dei angelus.
Pauperum quæstor fidelis dextera est summi Dei.
Regi malo, quæstor malus pro spongia est.
Abstinens sit mente quæstor, abstinens sit dextera.
Est lupus, quicunq; auere res ministrat pauperum.
Non sat est implere? plus est bene curare ærarium.
Pauperum, curare gazam non auare, aut fis lupo.
Pauperum quæstor fidelis si minus sit, iam latro est,
Prisca sec'a opes profanas segregarunt à sacris.
Mente ac manu sit quæstor abstinentior.
Quæstor rapax nil Principi est quam spongia.

QVÆSTVS.

Ad suum callere, quæstum quemlibet, iustissimum est.
Ecquis est quem quæstus ad res non agat vel pessimas?
Lingua cuius quæstui sa est, mente candidum nega.
Quæstui fœdo propinquum semper infortunium est.
Quæstui frequens oberrat noxio infortunium.
Quæstus intento, omne honestum est quod propinquum est utili.
Quæstui minus decoro proximum infortunium est.

Quæstus

Quaſtus omnis indecorus nobili ortis ſtemmate.
Quaſtus omnis indecorus ſemper eſt Senatui.
Quicunq; geſtit quaſtibus, damnis dolet.
Quid nefarius quam habere quaſtui rem publicam?
Aliquando quaſtus perdere eſt vberrimus.
Quicunq; vincit ſumptibus fructus, eget.

QVERELÆ.

A Deo queſtus pupilli quod petit ſtatim obtinet.
Aure Numen diligenti vidua queſtus ſuſcipit.
Ad querelas pandere aures vſquequaq;, regium eſt.
Ciuium audire querelas, expedit ſuperceler.
Eſt malus ſi non mouetur rex malis querentium.
Qui malis non commouetur rex querentium eſt malus.
Abſtinet ſapiens querela, maxime ipſi vbi male eſt.
Femina queſtus ſonorem quemlibet vincit tuba.
Heu tuba quali querela femina perſonant.
In querelas inq; luctus cuilibet patet via.
Nemini ad luctum ac querelam ingens iter precluditur.
Nemini vita abſque curis, nemini abſque queſtibus.
Nulla non cauſa in querelas delicatulo placet.
Quaſtibus non profuturis macerare ſe haud viri eſt.
Quis vetet malis grauatam corqueri innocentiam?
Si male eſt, ſapiſq; de te nil querare aut altero.
Tam bonus nemo eſt, queratur quin de eo vel optimus.
Gaudet querelis lacrimiſq; aduerſitas.
Inique ad arma curris haud queſtus prius.

QVIETIS.

Esse vis Deo quiete prox'mus? mundum fuge.
Est Deus quies suprema, motus unde omnis venit.
Est opus Deo, in quietem si reponi vis lacer.
In Deo quiescere, est daps omnium suauissima.
Obsita est iniuriarum messe praepotens quies.
Publicam rex ob quietem ciuium sceptra gerit.
Vix ei est quies quietem singulis qui sufficit.
A quieta mente summum qui bonum neget, impetrat.
Ad voluptatem, ad quietem, quosque natura attrahit.
Ciuitates secta multas vastat, ast plures quies.
Copiam rerum ac quietem ferre miles non potes.
Corpore in sano quieta mens, vel instar omnium est.
Cui suam negas quietem, illi aeternam sufficis.
Dulcius nil, quam quiete conquiescere abdita.
Ferre non potest quietem gnaua virtus, vsque agit.
Ferre non potest quietis munia acer ambitus.
Id domi, id foris quietum est, quod domi ac foris iuuat.
In minus certare, opima victima est certe quiet.
In quietem infers perennem, cui quietem omnem negas.
Inquies cuicumque vita est, esse suauis haud potest.
Mens cui minus quieta est, esse non potest sua.
Mens quieta, inuita multis se terit negociis.
Mens vbi minus quieta nil ibi est solatij.
Mortis instar est, inertis absque literis quies.
Nil mali menti quieta est, inquieta nil boni est.
Nil opes iuuant, honores nil si abest mentis quies.
Non habent vnquam quietem corda pestilentium.

Non potest ei bene esse, mens cui inquietior.
Non potest pati quietem mens, vbiq; spargitur.
O beatum, mens quieta cui salubri in corpore est.
O beatum, quem virilis subtrahit fama quies.
O beatum qui quietis in sacro latet sinu.
Otij osor ac quietis omnis est proxa nb tus.
Pax vbi est quiesq; ibi esse non cupiscit ambitus.
Qui quiescit in tenebris, tutus est à casibus.
Qui quietem amant, tumultus in men ipsum prati-ment.
Quisq; amat vitam quietam, sed quis ipsam & inuenit.
Quod sat est desiderantem, semper occupat quies.
Sæpe plus quiete leni quam mouendo proficis.
Seruus est quem nulla laxat à laboribus quies.
Turbam amat turbasq;, cuius cor laborat ambitu.
Tutius nil in tenebris, quam statim quiescere.
Vir probus solo quietus innocentia est bono.
Vnda turpem halat mephitim mole qua marcet pigra.
Curis vacans à morte nil differt quies.
Miles quietus, prælio est fortissimus.
Morbis medetur vna pluribus quies.
Quietem amant, qui non amant damnum dare.
Secura paucos cognitos habet quies.
Tenebriones arduum spernit decus.

RADICIS.

Arborum viuacitates debita radicibus.
Interit primore in herba planta cui radix abest.
Irrita est radice cæsa omnis irrigatio.
Non potest diu vigere quod caret radicibus.

Non

Non queunt vigere longum quæ carent radicibus.
Quæcunque stirps radice sublata interit.
Planta nulla ab imbre crescit, nulla cui radix sua.
Si malum non vis renasci, omne auferas radicitus.
Tolle radicem, illicoque marcet arboris vigor.
Arescit arbor nulla cui radix sua est.

RARÆ REI.

Quidquid est carum atque rarum debitum aulæ ac Principi.
Regibus debentur Orbis rara pulcraque omnia.
Caritate ob raritatem prosequamur ad probos.
Caritate ob raritatem prosequare literas.
Cernere albam Æthiopes inter plurimum formã iuuat.
Commune quisnam vitium singulis obijcit?
Fœdum in vno haud est, quod vltro publicumgenti sua est
Liberi raro parentes antecedunt moribus.
Nil notabile est in vno, quod sua in gente eminet.
Omne quod rarum atque magnum est vulgus æstimat bonum.
Quæ cupis diu esse grata, sint face infrequentia.
Quidquid est rarum atque magnum mordet inuidentia.
Quod voles diu esse gratum, rarum id vt sit effice.
Rarus est gnatus parentes qui anteat virtutibus.
Res vbi est pulcra atque rara, multa ibi inuidentia est.
Insuetata nemo non libens videt.
Ob raritatem pauus est miraculo.
Quod optimum est in orbe idem rarissimum est.

RATIONIS.

Cuncta in homine ratio præstat, si cupidinem regit.
Est voluntati ratio, ipsam vt instruat non destruat.
Ira vbi est, vbi est libido, vix ratio currum regit.
Multa in vsu & iure, quorum ratio reddi non potest.
Nil solo aut cælo ratione, mente nil bona prius.
Non potest diu manere cui ratio haud subest sua.
Nulla res diu perennat cui ratio desit sua.
Præditus ratione recta, nunquam aberrat à bono.
Ratio cui serua est, eidem corpus est nec liberum.
Ratio recta vbiq; gratam legis obtinet vicem.
Ratio vbi est ibi voluptas se videndam non dabit.
Recta ratio fons perennis omnium est virtutium.
Res ratione destituta, mox in herba ipsa perit.
Alma ratione in homine quid diuinius?
Diuinius ratione nil est enthea.
Lucerna vitæ ratio semper lucida est.
Nullum mali ratione subsistit scelus.
Multum potest miseratio, ratio amplius.
Quisquis rationi obtemperat, Dei assecla est.
Ratio magistra est ad bonum quoduis probo.
Ratione solus vtetur semper sophus.
Semper placet ratione quod factum mera est.
Vbi est voluptas, ratio ibi esse non solet.
Vbi ratio est, virtus ibi est ac mens bona.

RAPI-

RAPINÆ.

Dux manu rapax, latronum est vel latro immanissimus.
Mortibus mille ante mortem rex obit vulgo rapax.
Nullius durat rapinæ gaudia alterum in diem.
Omnium rerum est rapina: viue qui viuis fuga.
Visa auis Tonantis vna, mille spargat alites.
Viuere è bello atque raptu Thracibus pulcerrimum.
A luxu abesse vix solet rapacitas.
Miles diu rapax nequit dein corrigi.
Parata præda non sapit: rarum iuuat.

REBELLIONIS.

Fert ferenda, nec rebellat Numini vnquam vir sophus.
Vim grauat sibi malorum qui rebellis fit Deo.
Proficit nil, qui repugnat aut Deo aut Eimarmenæ.
Regium est donare vita perduelles maximos.
Rex bonus domat rebelles, subditis clementior.
Vulgi vbi est rebellio, iusta est regum ibi est iniuria.
A rebellione abhorrent queis abest iniuria.
A rebellione victus abstinet, si ei es pius.
Freno eum ducas rebellem non flagello, non face.
In bonum victorem & æquum, nulla fit rebellio.
Mauelis seruare ciues quam rebelles perdere.
Nil nouum est recens subactus si rebellat, cum licet.
Non rebellat victus, æquo qui fouetur ac bono.

Nulla caussa est plebs in ipsos cur duces surgat suos.
Si cupis ciues rebellent? impotenti vrge iugo.
Sis ferus rebelli, inermi lenis aduersario.
Strictiore inobsequentes promptius freno regas.
Trux rebelli, at in iacentem mitis aduersarium.
Frustra rebellis rebus est fatalibus.

RECONCILIATIONIS.

Mutuo haud expostulandum, si reditum est in gratiam.
Plurimi reconciliantur, sed fide pauci bona.
Post reconciliationem turpis est res iurgium.
Qui prius Iunonis hostis, eius factus est gener.
In gratiam redito, sed bona fide.
Inter potentes vix reconciliatio.
Quis non redit cum mortuis in gratiam.

RECREATIONIS.

Sunt animo ciues remisso, vix soluto Principes.
Vix remisso agunt, soluto nedum animo sunt principes.
Vix ei vsus est quietis omnibus per quem est quies.
Corruunt laboriosa si quies ijs desiat.
Est vbi Cato iocosis interesse amat sacris.
Est vbi sonante plectro suscitat Phœbus chelin.
Est vbi lyram ipse Apollo tendit, arcus immemor.
Et chorda tonus remitti quærit vt duret diu.
Et voluptatis labori sobrias iunge duro.
Ferreum eneruet vel arcum longius si intenderis.
Est vbi manum admouere iudicis sophum decet.

Haud

Haud diu labor perennat quem quies non reficit.
Haud sequestranda à seueris est quies negotijs.
Iunge ludicris seuera, iunge tristibus iocos.
Ludus ac risus sophorum consilium ac fidem sapit.
Lusum animo des, cogitando redeat vt melior sibi.
Nemini non est laborum grata delinitio.
Nil viget virtute tanta, semper intendi vt queat.
Non inurbane senectus interest ludo ac iocis.
O misellum nulla laxat quem quies laboribus?
Sic vices humana poscunt, gaudet alternis labor.
Tristium interualla ludis sobrijs dispungito,
Diffinde curas otio instrenuo.
Arcum relaxa, eo diu vti si libet.

RECTI.

De Deo sentire, Deumq; [illegible]
Deo velim rectum, idq; factis illi comprobem Deo.
Mens Deum sequatur vnq; calle sed rectissima.
Mens recta nulla est absq; Numinum metu.
Simplici rectoq; contra versum doluumq; adest Deus.
Creditur recte esse factum quod fit à potentia.
Recta mens plus quam tiara recta Principes decet.
Absq; mensura, actiones esse recta nequeunt.
Alta mens bat o nec vnquam flectit à recto gradu.
Auferunt secunda, rectum, melius sapimus in malis.
Cor honoris flamma vbi vrit, itur ad recti decus.
Cum officio ac virtute gestum nemo non rectum autumat.

Ad probos spes & cupido gloriæ ad rectum trahit.
Consilium in bonum repente recta mens inducitur.
Cuncta qui recte sibi, idem recte agit omnibus.
Cura recti cura honesti maxima est veracibus.
Cygnus est poeta rectus, pica at est obliquior.
Deserit pia atque honesta, recta quisquis deserit.
Digredi à recto pusillum sic quoq; est obliquitas.
Esse si curas quod audis, vitam ages rectissimam.
Est opus duce ac magistro recte amas si viuere.
Est viris sat consecrati sola recti gloria.
Esto simplex esto rectus cuncta cedunt prospere.
Et simulare & dissimulare non potest recti tenor.
Facta recte, non habentur facta recte, quam bonis.
Facta recte non requirunt plausuum præconia.
Facta recte, sunt sibi ipsis præmium atq; encomia.
Facta recte vbiq; florent, facta praue intercedunt.
Fructus è recto vsq; durat, maximeq; à funere.
Heu. quot auimos tyrannus flectit à recto gradu.
Ibit in præceps, recessit qui semel recta à via.
Laude non egent, viris sat sola recti gloria est.
Liber est cui voluntas recta, recta opinio.
Liberos primis ab annis simplici recto imbue.
Mentis à vigore recte æstimat virtus suos.
Nemini iam vita recta, recta nemini via est.
Nemo recto sic adhæret quin subinde decidat.
Nil laborat fama ad aures recta conscientia.
Nil pauet tonante cœlo recta mens, sed suspicit.
Plurimum est florem iuuentæ fingere ad recti decus.
Nil valet rectum atq; honestum, gemma & aurum vbi valent.
Non potest abesse recto veritas, vt nec fides.
Non sat est laudare recta, sunt probanda item actibus.

Non

Non sat est reprehendere, ipsam sed doce recti viam.
Nulla recte factum & aeque irritum vis efficit.
Nunquam opinione eadem recta mens qua plebs viget.
Omne quod rectum atq; honestum est, nemini non expedit.
Rectum sequentes laus item sequi solet.
Omnibus rectum atque simplex anteferto commodis.
Pacem agit nec non quietem vita recti conscia
Plura quo mens recta callet, hoc minus sibi arrogat.
Pluribus placere recta non solent, verum mala.
Qui facit recte is bene audit, quique inique, audit male.
Qui facit bene, & bene audit, qui bene audit cuncta habet.
Qui semel rectum reliquit semper errat auius.
Qui viam vitae sequuntur rectiorem, dic sophos.
Quidquid ad rectam applicatur regulam, rectissimum est.
Quidquid est rectum, est honestum, quidquid est rectum, est pium.
Rarus est qui amore recti limitem rectum secat.
Recta mens vulgusque crudum tempore omni dissident.
Recta mens immane quantum dissidet vulgo rudi.
Recta mens nulla absque vinclo charitatis est sacra.
Recta mens quem spernit à sese, aeger affectus trahit.
Recta non erit voluntas, nisi animus habitus rectus est.
Recta nota sunt Athenis, interim ipsa negligunt.
Recte agas, loquare recte, tota in ijs vita est salus.
Recte agas vel cum periculo, imo vel cum infamia.
Recti linguis qualicunq; commodus rei publicae est.
Rectam vbi est, ibi esse nec fraus nec potest bilinguitas.

Rectus it tutusq; quisquis publica incedit via.
Sape recte destinata sors sinistra discutit.
Si voluntas recta non est, non erit recta actio.
Simplices recti decore pauculi virtutem amant.
Temporum vices, mouere de statu & rectos solent.
Vnicum fecisse, recte praemium facti est probis.
Vt semel relicta recta est, deuia omnis est via.
Vtili rectum anteponit iustitia, sacer chorus.
A recto abire non potes quin deuies.
Dum bella turgent, nullus est recto locus.
Est recti vbiq; simplicis tenax fides.
Fecisse recte, pectori magno est satis.
Mens recta regnum possidet tutissimum.
Mens recta semper dissidet vulgo rudi.
Odit Deus qui vtroque claudicant genu.
Qui se nequit, queinam alterum recte regat.
Recti magister infidelis est metus.
Recti magistros digna vix merces beat.
Recedere à recto, est recedere à Deo.
Rectam tene nauim, vtiq; cursu prospere.
Rectum sequenti recta conscientia est.
Rex maior omni rege, qui recte facit.
Soli Deo patrare fas recta omnia.
Vnum vnicumq; vsq; omnibus rectum placet.

REGVLÆ.

Principalis vita toti ciuitati regula est.
Vita Principum popello regula recta vicem est.

Absq;

Absq; regula absq; amussi praua rarius corrigat.
Quæ sophus dicit facitq; normam habent recti omnia.
Regula illa recta certo est, quæ probatur omnibus.
Regula nemo bene uti quiuerit quam vir bonus.
Regula sane applicatum, recto abire non potest.
Quod dicitur bene, haud nocet si reppetas.

RELIGIONIS.

Absq; religione cætus nusquam mortalium est.
Absq; relligione salua, publice saluum nihil.
Est adeo nouatio omnis, religionis maxime.
Est vbi error religionis, error est rerum omnium.
Hoc mage auges religione quam mage hanc vexas male.
In Deum, rex religiosus, in homines sit rex pius.
In patria cuiq; est manendum religione si bona est.
Neminem relig:o vera decipit, nec fallitur.
Principes instar Deorum relligio facit pia.
Pro tuenda dignitate relligio omnis feruida est.
Publica ex vsu rei est, eadem esse cunctis numina.
Relligio non imperatur: suada opus, sit vt fides.
Relligio miscella, sceptrum diruit non continet.
Relligio parum iuuatur sumptuum excellentia.
Religio, pia Deorum constat obseruantia.
Relligio possessionum est omnium optatissima.
Relligione demeremur æque homines sicut Deum.
Relligiosior putatur is probis, qui iustior.
Summa veræ religionis, est imitari quem colis.
Tempore æstimanda non est relligionum auctoritas.
Virtutum omnium est origo, religio pia in Deum.

Rectus it tutusq; quisquis publica incedit via.
Sæpe recte destinata sors sinistra discutit.
Si voluntas recta non est, non erit recta actio.
Simplices recti decore pauculi virtutem amant.
Temporum vices, mouere de statu & rectos solent.
Vnicum fecisse, recte præmium facti est probis.
Vt semel relicta recta est, deuia omnis est via.
Vtili rectum anteponit iustitia, sacer chorus.
A recto abire non potes quin deuies.
Dum bella turgent, nullus est recto locus.
Est recti vbiq; simplicis tenax fides.
Fecisse recte, pectori magno est satis.
Mens recta regnum possidet tutissimum.
Mens recta semper dissidet vulgo rudi.
Odit Deus qui vtroque claudicant genu.
Qui se nequit, queinam alterum recte regat.
Recti magister infidelis est metus.
Recti magistros digna vix merces beat.
Recedere à recto, est recedere à Deo.
Rectam tene nauim, vtiq; cursu prospere.
Rectum sequenti recta conscientia est.
Rex maior omni rege, qui recte facit.
Soli Deo patrare fas recta omnia.
Vnum vnicumq; vsq; omnibus rectum placet.

REGVLÆ.

Principalis vita toti ciuitati regula est.
Vita Principum popello regulæ rectæ vicem est.

Absq; regula absq; amussi praua rarus corrigat.
Quæ sophus dicit facitq;, normam habent recti omnia.
Regula illa recta certo est, quæ probatur omnibus.
Regula nemo bene uti quiuerit quam vir bonus.
Regula sine applicatum, recto abire non potest.
Quod dicitur bene, haud nocet si reppetas.

RELIGIONIS.

Absq; religione cætus nusquam mortalium est.
Absq; relligione salua, publice saluum nihil.
Est odio nouatio omnis, religionis maxime.
Est vbi error religionis, error est rerum omnium.
Hoc mage auges religione quam mage hanc vexas male.
In Deum, rex religiosus, in homines sit rex pius.
In patria cuiq; est manendum religione si bona est.
Neminem relig:o vera decipit, nec fallitur.
Principes instar Deorum relligio facit pia.
Pro tuenda dignitate relligio omnis feruida est.
Publica ex vsu rei est, eadem esse cunctis numina.
Relligio non imperatur: suada opus, sit vt fides.
Relligio miscella, sceptrum diruit non continet.
Relligio parum iuuatur sumptuum excellentia.
Religio, pia Deorum constat obseruantia.
Relligio possessionum est omnium optatissima.
Relligione demeremur æque homines sicut Deum.
Relligiosior putatur is probis, qui iustior.
Summa vera religionis, est imitari quem colis.
Tempore æstimanda non est relligionum auctoritas.
Virtutum omnium est origo, religio pia in Deum.

Vita constat religione: rite igitur colas Deum.
Vnionem, religio vna, plurima, turbas gignunt.
Vnius Dei tenenda religio ac veneratio.
Iustum piumq; vere id est, quod expedit.
Quod optimum est colique ab optimo decet.
Quod vtile est, quod expedit, sanctum ac pium est religio,
Animos feroces fera relligio subit.
Religio ibi esse non potest, vbi est metus.
Relligio vbi est, ibi esse frigus non potest.
Relligio vbi est, ibi est & peruicacia.
Relligio vbi est, ibiq; conscientia est.
Simulacrum vbi est, relligio ibi esse non potest.
Summum caput rerum omnium ipsa religio est.

REMEDII.

Asperat morbum medela temporis minus sui.
Clinicos curare noli prorsus incurabiles.
Clinicis nemo medetur esse par quibus nequit.
Crustulo places, fremebat qui ad flagella paruulum.
Cui bono fomenta, vulnus nil malum leuantia?
Cuius effectus saluti mollis hæc curatio est.
Et medelas ægritudo dispares dispar petit.
Et medens caussa salutis triste miscet poculum.
Hauddatum omne vulnus vno fascinare carmine.
Ignibus ferroq; cures quod nequis malagmate.
Mente debiles flagellis argue haud sermonibus.
Mitiges plausu atq; palpo, spumeum flagro ac minis.
Neminem sermo ægrum curat, est opus chirurgiis.

Nil

Nil iuuat medicina quæ non tempore exhibita est suo.
Noxias fer queis medendis vis nec ars iam sufficit.
Quæ suo haud fit tempore, omnis friuola est curatio.
Paruulos pancresta placant contumaces ad minas.
Pessima est medela maior quæ ipsamet morbi est malo.
Plus nocet morbo, medela sumpta tempore haud suo.
Pocla amara propinantur in salutem ægrentium.
Sæpeq; vstione sanes vnctione impar malum.
Sectione nemo sanat, quod potest malagmate.
Statim medendum est vlceri dum nascitur.
Tempore haud suo medela sumpta, plus morbo nocet.
Tristior medicina morbum commouet, non mitigat.
Venam eis secare noli subuenire queis nequis.
Vim mali asperat medela sumpta tempore haud suo.
Vince equ s frequente palpo, quos nequiueras minis.
Vrere ac secare dirum est, si medendi alia est via.
Caue remedium acerbius suo malo.
Contrariis cures item contraria.
Et vulneratis pharmaci loco est quies.
Lentas medelas abnuunt res pessimæ.
Malum malo sanare vis? duplas malum.
Remedia lenta non ferunt res vltimæ.
Remedia tarda sunt, citata sed mala.
Remedium est iniuriarum, haud vltio, ast obliuio.
Vre ac seca, verum auspicato tempore.

REPENTINI.

Clarior quo fulsit ignis citius hoc extinguitur.
Et repentinis mouentur corda firma fortium.

Herba

Herba tectorum repente floret at fructu caret.
Nemo gaudium aut dolorem fert modeste si est repens.
Qui repens vult esse diues, & repens inops erit.
Quod repente fit, sapientis contrahit cor repente.
Tempore est opus, repente nemo factus pessimus.
Quod affluit cito, cito citoq; diffluit.
Solet cito perire quod natum est cito.
Subito refulsit lumen? & subito occidet.

REPREHENSIONIS.

Cum Deo quod fit, reprehendi non potest vllo modo.
Nemo non reprehensione gaudet excellentium.
Quis Dynasta se increpari libero ore iam sinit?
Alteri iudex seuerus quisq;, mitis est sibi.
Cum malo vna puniere, si malum non corripis.
Est seniorum reprendi, maxime à iuuenculo.
Est supra repensionem, qui sibi iudex domi est.
Improbi odere increpantes: hos probus sed diligit.
In sinu cuiq; inuenire est arguit quæ in altero.
In sinu nostro inuenire est carpimus quæ in altero:
In tuam vitam intuere cum reprendis alteram.
In tuo sinu inuenire est, quo notas in altero.
Ipse se iratus reprendit, capit esse vbi suus.
Mantica quid nam geratur tergore haud multus videt.
Nemo fert reprensiones: quisq; laudes appetit.
Nemo fert se æqua reprendi mente, certo non senex.
Nemo non reprehensiones ducit esse iniurias.
Nemo non aliena culpat facta: nemo sed sua.
Nemo se reprendat ipsum, nemo seipsum prædicet.

Nosto-

Nestoras decem optat, unum ferre cui fuit graue.
Nobilesq; diuitesq; si increpas, hostes facis.
Pectore peram videmus vsq;, tergi rariter.
Quæ soles culpare, nullo tempore ipse feceris.
Quem tua vita reprendis, suauiter reprenditur.
Quilibet domi ipse patrat, publice quod arguit.
Quidquid in alio notamus, quisq; fert sinu in suo.
Quis nam in altero reprendat ipse quod commiserit.
Quisq; amat laudari, amica nemini reprehensio est.
Quisq; falso prædicari quam reprehendi iure amat.
Quod facis domi ipse quinam punias in altero.
Turpiter nimis patremus carpimus quæ in altero.
Acerba, quamuis æqua, verba vellicant.
Appensa tergo cuique mantica est sua.
Damnamus homines magna pars, non crimina.
Haud cogitanda offensio, sed veritas
Incurrit odium criminosus qui arguit.
Quis non facit, quæ in altero reprenderat?
Reprehensioni semper est comes dolor.
Reprehensioni vel comes iusta dolor.
Summum bonum est reprendi à Numine.
Vulgus profanum, carpit & quæ non capit.

REPVLSÆ.

Fert magistratus repulsam, cum repellitur probus.
Fert repulsam consulatus, cum repellitur Cato.
Haud minus Cato repulsis gaudet atq; honoribus.
Nil obest repulsa, honorem qui ambiunt ob patriam.

Non

Non Catoni honos negatur, sed Catone honos caret.
Ne cit repulsam dum po ens virtus sui est.
Potens sui virtus repulsa nescia est.
Simplex repulsa candidatum ignit magis.
Virtus sui potens repulsa nescia est.

RESPICIENDI.

Rex fit Arctos, plebsq; magnes: quisque ad ipsum respicit.
Respicit magnes ad Arcton: vulgus ad regem suum.
Cum vides quot te antecedant, quot sequantur respice.
Mitius fert sortem atrocem ceteros qui respicit.
Mitius fert malum omne qui tempora acta respicit.
Rectius viues si retro quam ante euntes aspicis.
Respice ad sacla acta, saclum lenius feres tuum.
Tempora ad male acta nemo respicit iucunditer.
Ad manticam cur ad tuam non respicis?
Haud ante euntes sed retro respexeris.
Plus respicit dux strenuus quam prospicit.
Quis quaso vitam respicit semel suam.

REIPVBLICÆ.

Est magistratus supremus publica rei Deus.
Publica rei minister quisq; rex est, non herus.
A republica abstinere fluctuante non pium est.
Absq; moribus beata nulla res est publica.
Absq; censu, vix sibi ipsi notior respublica est.

Absq; vi metuq; vix reipublicæ mutatio est.
Abstine mari, aut fer æqua mente ventum quemlibet.
Alis bona rata, vnita index est bona reipublicæ.
Conquiescit legum in vmbra publicæ rei salus.
Constat è vulgo atq; e cælo qualibet respublica.
Dignitate præmioq; magna fit respublica.
Imperio obsequioq; quam contines rempublicam.
Inuehas Cretam, mori si cupis mox noctuam.
Literis armisq; quæuis nititur respublica.
Multa præter votum animi ob rem sunt patranda publicam.
Musica absq; literisq; que regas rempublicam.
Natus annos ter decem, aptus publicis negotiis.
Nemo non ciuis pusillum publicæ membrum rei est.
Non potest regi respublica absq; sui iniuria.
Non potest regi respublica absq; iustitia bono.
Non potest sibi vacare qui vacat reipublicæ.
Non vacat suæ qui eis, publicæ quisquis vacat.
Hostis assentator omnis publici est semper boni.
Pessime omnium administrat publicum plebecula.
Publicæ rei columnia sunt Pietas & Æquitas.
Publicam rem quisq; curat, sed bono domestica.
Publicum omnium gubernat pessime vulgi bilanx.
Quilibet ciuis pusilla pars suæ est reipublicæ.
Religione iustitiaq; tota res stat publica.
Vniuersitas labescit singulis pugnantibus.
Amanda res est publica vt domus tua.
Auarus omnis publicæ hostis est rei.
Multos præesse rei summa haud expetit.
Semper nocet priuatior respublica.
Sustentat vna rem iustitia publicam.

Te

Te publicæ rei offeras, non ingeras.
Virum facit, virum probat, res publica.

RESVRRECTIONIS.

Si cadunt reges potentes, non queunt resurgere.
Christianus es? renasci crede morte te à tua.
Ergo Phœnix resurgit, & superstes est sibi.
Impij nunquam resurgent, aut resurgent ad malum.
Morte ab ipsa gratiorem gloriam Phœnix trahit.
Impij tantum resurgent vt profundius ruant.
A morte surgent queis suum est Christus caput.
Inesse vitam mortuis, somnus docet.
Adsis redemptor, impios mores doma.

REATVS.

Nil ita est Deo molestum quam reus non pœnitens.
Principum est, [illegible] iniqua sorte tutari reos.
Anteit cunctos reatu se reum esse qui negat.
Calculi absolutionem conferunt reo pares.
Calculi actorem iuuare non solent æqui, ast reum.
Calculi, actorem refutant non reum, si sunt pares.
Cui suus iudex negatur, morte non cadit rei.
De rei letho, & frequenter & diu delibera.
De rei longa esto morte quæque consultatio.
De rei salute iusta quælibet cunctatio est.

De

De rei salute nulla sat diu cunctatio est.
De rei vita esse non quit longior cunctatio.
Iam reo vicinus est, qui creditur vulgo malus.
In reos lege agere, non est avitia, est miseratio.
Iudicis crucem reorum mitigat mentem pudor.
Neminem pudet reatus teste qui caret suo.
Nemo sit reus peregre quisquis iit pro publico.
Nullus est maior reatus quam haud putare se reum.
Omne quod reus meretur, anxie semper pauet.
Pauculos ob innocentes mille parcito reis.
Pro statu rei reatus maior est item aut minor.
Qui reatum confitetur, pœnitentiam induit.
Qui reum dimittit, eius crimen & facit suum.
Qui reum non punit, actu crimen eius approbat.
Qui reum punire cessat cum potest, eius loco est.
Qui reum semet fatetur iudicatus creditur.
Quis reus caret pudore, quis reus caret metu.
Quisque sese vnus reatus vinculis stringit sui.
Semper in metu atque pœna conscientia est rei.
Linguam nihil reddit ream, quam mens rea.
Nunquam scelestum pœna deserit reum.
Qui dicitur reus, probetur vt reus.
Se nemo fallit ipsos, fallit iudices.
Securitate mens reorum vna caret.
Vita anteacta purgat aut premit reos.

REVERERI.

Liberi discant vereri Numen: hic rerum est scopus.
Qui Deum veretur, is nec dicit aut facit malum

Qui,

Quisque hominem magis veretur ac reueretur quam Deum.
Quis Dei satis vere ur numen & longas manus.
Maior è longinquitate Principi reuerentia est.
Principum quis se timeri quam vereri mauelit.
Cæteros quidem reuerere, temet ipsum sed magis.
Cultor hic illius, ille est istius, nemo suus.
Haud datur cuiuis, verendus vt sit atq; amabilis.
Quemlibet verere, quei sis mox verendus omnibus.
Qui veretur se, deinde fit verendus omnibus.
Rarus est qui se veretur vt decebat perpetim.
Vis verendus esse cunctis? te verere maxime.
Dicas vereri Numen, hic boni est scopus.
Magis verere temet ipsum quam alteros.
Non durnat qui timeri quam vereri præcipit.
Qui non veretur se haud veretur alterum.
Qui se veretur & verendus altero est.
Si non verearis, nemo vereatur tui.

REGIS AVT REGNI.

Arbitrio huic Deus vel illi regna transcribit suo.
Cælitum rex arbitratu regna transcribit suo.
Imputet rex omne quidquid est potestq; vni Deo.
In file regnum est Dei situm, haud in eloquentia.
Prefic t cæleste regnum sæpe per regnum soli.
Regna firma sunt, sed illis qui colunt ius, qui Deum.
Rex es in terris obire quei vices queas Dei.
Vis diu regnare iustus esto homini ac simul Deo.
Vis diu regnum esse firmum? sis Deo ac tuis pius.

Vita regum, regnaque ipsa stant Deo ac Deo cadunt.
Absq; rege stare rerum nescit vniuersitas.
Altior quocunq; regno est, ipse qui regnum sibi.
An quod est regnum, parata cui ruina haud sit sua?
Compares firmesq; regna queq; beneuolentia.
Compares regna atq; serues, milite, & pecunia.
Corpus vnum vnius animo in regis, parum valet.
Cur tremenda persequuntur, persequenda cur tremunt.
Demerendus ordo quiuis semper est regi nouus.
Difficillimum potentia est genus, rector sui.
Disciplina est regni, amare pluribus quod expetit.
Dulce regnum est: dulce at illud mille habet molestias.
Et supra regnum eminet, regnum qui domo promit sibi.
Fellis in regum tiara plurimum, mellis parum.
Grandis est regno voluptas, maior at eius dolor.
Grandius regnum omne semet viribus terit suis.
Hoc mage haret hamo, quam magis sese mouet.
Ipsius sui esse regem, regium potissime est.
Lata res regnum est, sed in se mille habet fastidia.
Latius regnare velle, prater aequum est ac pium.
Lenitas leuitasq; regno cuilibet fere nocet.
Luxui indulgere, regni culmen est iuuenculis.
Magna regna dissipantur vnica discordia.
Maximus regum est vocandus ille qui rex est sui.
Melle fatum est omne regnum, felle sed mel id scatet.
Multa sunt incerta, regnum res sed incertissima est.
Non diu stant regna, ciuis victis est vbi extero.
Non potes rex esse verus absq; mansuetudine.
Nulla non natura regni diues insolentia est.
Occupare regna aliena, grande latrocinium est.
Omnibus prodesse quarit, nemini nocet regens.

Opti-

Respuas oblata regum, vel suam ob molestiam.
Rex est ergo omnes volentes mitibus frenis rege.
Rex laboris est supremi nomen ac molestiæ.
Rex malus, plebi ferendus, nec recalcitrare fas.
Rexq; libertasq; eandem ferre copulam negant.
Rex nouus nihil nouabit, rex nouus quiduis dabit.
Sæpe regna sub minore grandiora seruiunt.
Sæpe regnum totum in vna ciuitate vincitur.
Si diu regnare vis rex, iustus esto, esto pius.
Sit ratum, quod haud moueri postulat regni quies.
Sis pius iustusq; oportet, rex diu esse si cupis.
Vir bonus suopte nisu difficilis est regnum pati.
Vnus esto rex: hic orbis non capit soles duos.
Vsq; & vsq; regna durant est quibus basis fides.
Vt diu regas, oportet sis honestus ac pius.
Vt bonis terrena dantur regna, sic item malis.
Antiqua male regna corruunt sua.
Cum gaudio quisq; accipit reges nouos.
Est, est, in omnes sceptra qui tenet Deus.
Et inquietum est flatibus positus mare.
Expers cruoris nuspiam est regni sitis.
Inepta regno est indoles feruentior.
Nil non potest rex in Deum inq; homines pius.
Nunquam tyranna regna tuti sunt status.
Parere multis arduum regentibus.
Per ferrum & ignes regna mortales petunt.
Quo quisque peior, hoc minus se fert regi.
Rectore sæpe rector indiget suo.
Regentibus renunciandum inertia est.
Reges quoq; extitere de caprarijs.
Regi bono succedere arduissimum est.
Regis ruina plurimos secum trahit.

Regnator

Regnator orbis unus ac verus Deus.
Regnator unus uniuersorum est Deus.
Regni columna duplices iustum ac pium.
Regno nouo non conuenit crudelitas.
Sermone rhetor obtinet, rex munere.
Sub rege trunco cuilibet quæuis licent.
Vis esse rex regem agas regem tui.

RHETORIS.

E saturhetor draconum est, duplicem linguam gerit.
Fulgurat tonatque rhetor suada labris sedet.
Rhetor est qui infixa linquit spicula auditoribus.
Attentione qui caret rhetor, riget.

RISVS.

Imperium à risu auspicantes, desinunt in lacrymas.
Qui nihil sperat timetue, videt omnes regias.
Quisque ridet nemo plorat cum tyrannus interit.
Dentis vbi risu inepto, nulla res ineptior.
Efficax myrtus Diones excitando risui.
Hostium prodire risus non potest lætus labris.
Iram odiumque sæpe risu frangere est venustulo.
Qui sui æqua mente risum fert, agit dulce otium.
Risus admodum est amarus inimicorum dentium.
Risus omnis est amarus ore ab hostis qui venit.
Sæpe taurea mage vrit sibilus ridentium.

Simi-

Stultus est qui habetur idq; negligit, derisui.
Stultus est summe se haberi qui haud putat derisui.
Absq; riuali se honorat suspicitq; inscitia.
Qui bonam ambit mentem, eam ambit absq; riuali suo.
Qui sibi est riualis vni, vel Deus, est vel pecus.
Fletum immodestus haud leuem risus parit.
In fine risus, luctus est acerbior.
Ineptus est ridiculus ad res serias.
Laudare seipsum est risui esse ceteris.
Quandoque & ipse risus in silentio est.
Ridere miserum noli, idem esse nam potes.
Ridere solis proprium est mortalibus.
Risu vel ipse offenditur miser nimis.

RIXÆ.

In via angusta frequenter rixa transeuntium est.
Et lapis saxumq; rixa tela sunt domestica.
Rixa vicinorum ab ipsis sumit ortum seruulis.
A vino ad ensem transitus facillimus.
Rixas necesq; qui sitit, merum appetat.
Temperans iustusq; rixas sopit haud item excitat.

ROBORIS.

Non venit persæpe in vnum Robur ac Prudentia.
Robore obtinere magnum, maius at prudentia.
Roboris magni, esse magna non solent sapientia.

Robur absq; mente mole corruit statim sua.
Robur ensis, à manu omne est, vel senex quit, vel puer.
Vis vbi est roburq; magnum, pe parum prudentia est.
Vbi est robur merum mera imprudentia est.
Vix roburi cõiungitur prudentia.

ROGATIONIS.

Aut superfluum, aut nefastum est, à Deo omne quod; eis.
De futurum numen haud est aqua postulantibus.
Nemo non sibi suisq; quæsit à Deo malum.
Non solet Deus negare quæ rogamus cum modo.
Quis rogat bonum à Deo? at quis non rogat sibi malum.
Seu bonum rogare seu non, da Deus semper bonum.
Si malum nobis precamur, da Deus tamen bonum.
Vel mala à Deo rogamus vel superuacanea.
Cum rogat, cogit potestas vi metuq; fortius.
Cuncta plebs à rege poscit, vnius quæ sunt Dei.
Ne quidem à suis rogari sustinent reges boni.
Supplicare ei orbis ipse quem timet, nullum est probrum.
A maximis ne postules quam maxima.
Alterum rogare noli det tibi ipse quo caret.
Antequam rogeris vltro demerere supplicem.
Cum rogat potens amicus, vim facit summam haud rogat.
Nemo potest quod non habet dare alteri.
Nostra quæ fiunt rogando gratuita quis vocet.
Qui rogat pusilla magnos, mentis aut stulta aut mala est.
Si qua copia est, merenti munus vltro deferas.
A nemine id quod doctus haud est, exigas.
A paruulis ne postules quam paruula.

Cogit potestas tunc item cum supplicat.
Cogit precando cum rogat potentior.
Frustra petuntur iusta ab haud iustissimis.
Frustra rogabis alterum quod non habet.
Nihil negat princeps bonus petentibus.
Non est petendum ab altero quod non habet.
Qui iusta iusto poscit à viro impetrat.

RVINÆ.

A Deo omne fulciendum est, quod vigere quærimus.
A Deo regum ruina est, à Deo victoria est.
Vis Dei maior columnas, proruit stantes solo.
Rex in edito locatur, vt graui lapsu ruat.
Vel saluti vel ruinæ regum adhæret publica.
Absque sensu cuncta crescunt, quæ impetu toto ruunt.
Alta capta vnius horæ punctulo tandem ruunt.
Altior quisque hoc ruina est, quo leuatur altius.
Altius mali efferuntur, vt cadant spectatius.
Altius quo sublevaris hoc rues quoque altius.
Altius stanti inuidere parce: paulo post ruet.
Altius tolluntur alti, decidant vt altius.
Altus es? cogeris ante cadere quam descendere.
Aura quos plebeia in altum fert, ab alto item trahit.
Corruit cito, immodeste sorte qui vti haud scit sua.
Corruunt plerumque mores, res priusquam corruunt.
Crescit occulta arbor æuo, sitque momento cinis.
Excidisse magno ab ausu molis, ruina paruula esse non potest.
Morum vbi est ruina, rerum longe abesse non potest.
Nil ita est forte atque firmum, cui ruina haud sit sua.

Porta fama cum patescat quid ruinis est opus.
Publica malit ruina proteri quis quam sua.
Vastius tantum ruina tollere est incendium.
Breuis ruina tempori cuncta imminet.
Et in ruinam prona gens nostram sumus.
Multi ruunt, sed non nisi imprudentia.
O quam cita est vita ruina splendida.

RVMORIS.

Illico freta atque terras rumor acer transilit.
Improbus rumore vulgi, corde nititur probus.
In bono rumore virtus nil refenit, aut malo.
Rumini attendunt fere omnes, rarus at rumoribus.
Transilit mare atque montes ala rumoris mali.
Certam meretur rumor interdum fidem.
Etiam meretur, longior rumor fidem.

RVSTICÆ REI.

Vita rurestris Deorum passim abundat gaudiis.
Absque fimo nulla lata est planta, nulla fertilis.
Absque fructu est terra, cui fons nullus aut imber fluit.
Afferunt plus semper agri traditum quam eis fuit.
Arbores alunt agrestes non secus quam adorea.
Arbores casa bilustri macerant agros fame.

Arbo-

Arbores exscindit illas esse qui haud potest heres.
Arbores qui excindit, agros lustra per sex pauperat.
Arborum excidijs agrestes mille deb litas modis.
Bos saginatus dapalis est cibus quouis loco.
Cornu Amalthea est agellus: inde quod petis feras.
Creditum sibi vsq; reddit fundus, & cum fœnore.
Cui fauet sol vndaq; alba quis neget pratum nota?
Cum iacet scropha, aque alienis prabet vbera ac suis.
Est opus satu estq; cultu, lata surgat vt seges.
Et locus subinde & atas cuncta mutat semina.
Ferream soleam tenaci mula linquit in luto.
Fertilem plantam esse quam vis stercora ac fode altius.
Fertiles agros colendo, non celebrando, facis.
Fertilis planta esse non quit sape qua mutat statum.
Fons vbi est in prato, ibi esse non potest nisi viror.
Fructumq; sumptu vinea agra deuorat.
Id vo es iugum die vno quod boues iuncta exarant.
Imbrem terra destituta ferre fructus non potest.
Ingenua vita magister quid mage est quaso quam ager.
Latius crescunt honesta qua coluntur dextera.
Luna inarescit iuuenta cape, grandescit caua.
Macra terra non fatigat: gratiam sed nec refert.
Nascitur Pales Ceresq; sponte Cyclopi sua.
Natio demum, in futurum diues annum rustica est.
Nemini omnium est molestus rure qui viuit suo.
Nullo egent medente rura qui colunt proba manum.
Nullo ita agri pinguefiunt, quam gemello heri pede.
Nullus est ager tam iniquus quem absq; profectu colas.
Nullus à tellure fructus prouenit sine imbribus.
Optimum dici colonum maximi praconij est.
Pax pudor, fidesq; in agris viuit, haud in vrbibus.

Pestilens boui illud omne est agrasius quod egerit.
Pinguefit solum colendo, non inepti s laudibus.
Planta lata, planta fœta est terra quam pinguis souet.
Plena sunt scurrilitate rura plena sordibus.
Plurimum fecunditatis stercore agris compares.
Pradium parare qui vult, vendat vrbana ni domum.
Prata cui riuus propinquus vix eget l.t.amine.
Prata ter quaterq; tondes fontibus si proximat.
Prata vix fimum requirunt fœta venis fontium.
Prata vix fimum requirunt fons quibus vicinior.
Qui sibi praesse nescit alterum reget male.
Riuulis rigata crebris prata vix fimo indigent.
Rura diuitant colentem, sed laboriosius.
Rure nil prius beato est, aula pestilens vale.
Rus emas cœli salubris, rus emas gleba vberis.
Rustica rei cura totum postulet sibi virum.
Rusticana vita vitarum omnium est iustissima.
Rusticari prouidenter vix queunt paucissimi.
Rusticus Lar diligenter ni colatur, interit.
Rusticus seruit beatus, & beatus imperat.
Rusticus vendax oportet vt sit, haud emax, bonus.
Sanitas se ab vrbe spernit, rus colit perenniter.
Stercora versaque agellos esse quis vis fertiles.
Stercorari vix requirunt prata riuis proxima.
Stercus omne conseruato sedule: latum est solo.
Tardior cultura ludit flore villicum irrito.
Terminus voti viaque, paruulum rus villico est.
Terra quod recepit vsque reddit vsura vbere.
Terra respondet colenti sese honesto fenore.
Vita agrestis est voluptatum ipsamet symphonia.
Vita rus e sub pusillo, vita securissima.

Vita

Vita rusticana, vita est proxima innocentiæ.
Vita in agris inque pratis comparari nil potest.
Vix eget planta vlla fimo quam liquor creber rigat.
Atheniensium ab indole est aratio.
Cantus cuculi gaudium fert rusticis.
Deposita quando terra fallit semina?
Deses inersq; rusticus nulli vsui est.
E rustico miles bono fit optimus.
E brassica sua est quoque acrimonia.
Felicitas agri omnis à cæli Deo est.
Haud ventitandum est qualibet caussa ad fabrum.
Ne villa fundum quærat inprimis caue.
Nil emeris præstare quod fundus potest.
Præsto propinquum flumen est pro stercore.
Pro pascuo lac aut bonum aut malum suo est.
Solem requirit vinea optima haud aquam.
Vel fonte opus vel imbre terra vt frondeat.
Vendax oportet villicus sit, non emax.
Vendax pater ne sit familias emax.

SACERDOTII.

Ciuium sordes sacerdos exprobrat quiuis egens.
Ciuium vis nosse mores? mystam eorum respice.
Diligit mystas Deorum, Numina ipsa qui colit.
Et sacerdos fractus æuo percipit salaria.
Et sacerdotes Dei odit quisquis haud amat Deum.
Improbam litem sacerdotem haud decet protendere.
In Deos Deasque peccat mystam eorum qui obterit.
In Deos pius, piusque est in Deorum antistites.
In pretio est item sacerdos, cuius in pretio est Deus.

In ſacerdotis migrare plebs amat mores ſui.
Legitimus Dei ſacerdos plus videt quam cæteri.
Ne ſacerdos ſit ſibi iſ ſi qui virum cultro exſcidit.
Nemo Muſis Gratiisque ſit ſacerdos quam prius.
Nemo non afflatur illo myſta quem cantat Deo.
Non amat Dei clientes quiſquis haud amat Deum.
Presbyter non eſt lauernæ mancipatus & gulæ.
Optimus nouem ſacerdos in diem horis eſt malus.
Quæ Deo Deique myſtis danda erant, miles rape.
Quam mage eſt ſenex a'endus, hoc mage eſt ordo ſacer.
Qui bona colit Deos fide, & ſacerdotes amat.
Qui Dei cultori iniquus, idem iniquus eſt Deo.
Qui Deum colit bona fide, eius & myſtas amat.
Qui Dei lædit clientem lædit idem vna Deum.
Qui Deum lædit clientes eius & mulctat malo.
Qui Deum contemnit eius ridet & antiſtites.
Qui Deum odit, eius odit ter triplo myſtas magis.
Rebus é ſacris ſacerdos quanto eget ſemper ferat.
Se Deus malit clientem quam ſuum lædi à malis.
Egens ſacerdos ciuium exprobrat nefas.

SACRÆ REI.

Abſtine à Deo ſacratis: vlcitur pœna aſpera.
Caſte adi Deos opusque ſummoue locis ſacris.
De ſacro viduæ ac pupilli ſuſtinete pauperes.
Hactenus res ſacra Regum eſt, ſancte eam vt cuſtodiat.
In bonis nullius eſt res conſecrata Numini.
In bonis res ſacra noſtris nulla eſt, in bonis Dei eſt.

necessitate sacra res promiscuo vsui est.
In sacris bene occupari non potes vir impie.
Linea est inanitatu summa, sauire in sacra.
Maius est, inferre sacris bella quam sceptris, nefas.
Nil iuuat quem sumptuosis perlitare victimis.
Nil mutilum Deo offeratur: totus est integritas.
Nil sacrum est, nil est profanum cum necessitas rogat.
Non herus rerum sacrarum, tutor est Episcopus.
Non potes nimis modestus esse rebus in sacris.
Non potest reddi profanum quod semel datum est Deo.
Omne sacrum vbi necesse est vsui ciuium patet.
Quæ Deo sacrantur vsum patriæ nunquam negant.
Quidquid Deo sacrum est, certe est egentium.
Quod Deo sacratur omne est erogandum in pauperes.
Quod Deo semel dicatum est, id Dei semper manet.
Quod Deo semel dicatum est, permanet semper Dei.
Res sacras priuatum in vsum qui refert, vere est sacer.
Res sacras rex, res profanas rite prudens calleat.
Sacra res magis sacratur seruit vt iam publico.
Segregant opes profanas à sacris sacerrimi.
Semper in malis supremis quisq; re vtitur sacra.
Tutor est rerum sacrarum rex, quid inde ne excidat.
Vsibus patet profanis sacra res sorte vltima.
Curare sacra prima cura Principum est.
Donata templis, eroganda egentibus.
Ecclesiis donata, sunt egentium.
Ius belli, vbiq; rebus abstinet sacris.
Nec Principi ipsi liberum ius in sacra est.
Opes profanæ segregantor à sacris.
Promiscua vsu est res sacra in vltimis.
Quidquid sacris impenditur, nunquam perit.

Res sacra nulla est in necessitatibus.
Sacris locis quoq; abstinet vis bellica.

SACRAMENTI.

Non potest Dei esse, nomen qui dedit suum alteri.
Non potest virtutis esse qui vitio nomen cedit.
Qui Deo se sacrat ore, mente eis se idem negat.
Qui Deo vacat vacare non potest pecuniæ.
Qui sacramento obligatur, perfide illo se exuit.
Quis sacramentum Mineruæ nunc bona dicit fide?
Qui sacramento tenetur miles, haud iuris sui est.
Se sacrat multus Deo ore qui Deum re ipsa negat.
Nosmet sacremus victimam ingens Deo.

SACRIFICII.

A sulis sumptus opesq; spernit aras Iupiter.
Ad Deum sacra haud requiras sumptuosa sed pia.
Absq; victima absq; thure quottidie litat pius.
Ante signum pone florem, si nequit tangi caput.
Corde puro, haud sumptuosis perlitandum victimis.
Dijs placet parabile omne, displicet opulens sacrum,
Ignis ad fomenta tantum seruiunt sacra improbi.
In sacris gratum Deo omne est mente quod pura datur.
In sacris seruandus est mos & vetustus & pius.
In sacris quibusq; simplex vilitas rerum placet.
In suo Deus cuiq; consecrandus pectore est.
Integer vitæ, dialis victima est litans Deo.
Is litat qui pectus offert labis & culpa carens.

Mens

Mens Deo uni præparata, victimis magis litat.
Largius libat Deo æquum quisquis ac iustum colit.
Maxime frugale habeto sacrum opimum maxime.
Mens Deum renata placat, non opima victima.
Mens litat, non apparatus hostiarum dapsilis.
Mens litat, tecta pannisq; candicante veritas.
Mente pura, haud sumptuosis perlitatur victimis.
Mente opus manuq; pura grata fiunt ut Numini.
Munerum antefert honore splendido Numen fidem.
Munerum haud splendore, casta sed colas Deum fide.
Ne quidem bobus trecentis vel semel litet malus.
Non requirunt sumptuosa sacra Dii, sed obuia.
Nulla opimior tyranno victima accidit Ioui.
Nutriendo igni scelestum seruiunt tantum sacra.
Obuijs quibusq; Numen maxime placat pius.
Omnibus litare Musa non datum est aut Gratiæ.
Pabulum solummodo ignis impiorum sunt sacra.
Perlitandum corde puro, non opimis victimis.
Promptius vapore turis, quam boum thoris litet.
Propitiat Deum dolosa fraude si quis abstinet.
Per litat mens fœda nullo criminum contagio.
Pura mens centum iuuencis efficacius litat.
Pura mens loco est opima victima templo in Dei.
Quam magis pius qui est hoc victimarum offert minus.
Qui bouem auratum Deo offert, ipse opes iactat suas.
Qui vacat culpa geritq; corpium, Deo litat
Quod breui sumptu paratur gratius Deo est sacrum.
Simplici places paratu Numen haud mille hostiis.
Sponte ni exanimoq; fiat haud sacrum, execratio est.
Thure fit Ioui meroq; cuncta sint licet Iouis.
Thus Deo datur merumq; cuncta quamuis sint Dei.
Victima Deo incruenta, sunt preces & lacrimæ.

Victimarum opimitate vulnerat Deum malus.
A mente pendet Numen, haud à victima.
Auro atq; gemmis nemo Numini litat.
Fuliginosi thure placantur lares.
Litat Deo non plena, pura sed manus.
Mens offerentis pura, opima est hostia.
Mentem probus Deo offert, cetera improbus.
Pulcre litas cor innocens si offers Deo.
Sacrificium Deo ipse homo sacerrimum est.
Sacrum Deo acceptissimum innocentia est.
Sacrum Deo mens integra acceptissimum est.
Vita innocens sacrum Deo sacerrimum est.

SACRILEGII.

Aquila dum infert nido ab aris rapta, se ac suos cremat.
Haud fugit manum Dei eiusqui sacra impie inuolat.
Latro, non miles, sacratis inijcit rebus manum.
Miles à locis sacratis abstinet victor manum.
Plura scire quam sinaris, sacrilegæ est mentis gens.
Pœnam habent sacrilegia parua, grande laudatur palam.
Præda rebus ex sacratis nemini felix erit.
Qui Deo involat sacrata morte pessima interit.
Qui Deo nocet sacratis, maxime & nocet Deo.
Qui legit sacrum ille dextram sentit illico Dei.
Qui nocet templis sacrisq; rebus, est Deo reus.
Morte interit semper mala legens sacra.

Nemo

Nemo diu gauisus est præda sacra.
Violasse ciues turpe, turpius sacra.

SÆCVLI.

Rege sub bono uniuersis sæculum mere aureum est.
Sæculum bonum malumue, debitum imperantibus.
Apius bonisq; tuta faustitas est temporum.
Absq; pœna quisq; mores sæculi probet sui.
Ciue cum bono recedit temporis status bonus.
Ciue cum malo recedit sæculi status malus.
Ciue sub bono perennat sæculi felicitas.
Cui queat vita esse pura sub scelestis moribus.
Cuncta vastant sæcla, præter erudita corcula.
Debita est bonis malisq; sæculi mutatio.
Grata sunt viris quoq; ipsis sæculi crepundia.
Iusq; fasq; sæculi uti moribus euinis sui.
Moribus quicunq; morem non gerit, sibi omnia est.
Nemini est pudor sui vti sæculi indulgentia.
Nemini non sunt ferenda sæcli adulta crimina.
Nemo non fere inquinatur temporum contagijs.
Nemo non impune sæculi applicat se moribus.
Plurimos sæcli tyrannis flectit à recto gradu.
Pro bonis malisue sæculum aut bonum est, aut est malum.
Sæculi sequare mores esse gratus si cupis.
Sæculo malo bonum esse difficillimum est.
Sæculo malo esse vita iusta nemini potest.
Sæculo suo ac futuris commodus vir est sophus.
Sæculo virtus scelesto non iuuat, magis nocet.

Sæcu-

Victimarum opimitate vulnerat Deum malus.
A mente pendet Numen, haud à victima.
Auro atq; gemmis nemo Numini litat.
Fuliginosi thure placantur lares.
Litat Deo non plena, pura sed manus.
Mens offerentis pura, opima est hostia.
Mentem probus Deo offert, cetera improbus.
Pulcre litas cor innocens si offers Deo.
Sacrificium Deo ipse homo sacerrimum est.
Sacrum Deo acceptissimum innocentia est.
Sacrum Deo mens integra acceptissimum est.
Vita innocens sacrum Deo sacerrimum est.

SACRILEGII.

Aquila dum infert nido ab aris rapta, se ac suos cremat.
Haud fugit manum Dei eiusqui sacra impie inuolat.
Latro, non miles, sacratis iniicit rebus manum.
Miles à locis sacratis abstinet victor manum.
Plura scire quam sinaris, sacrilegae est mentis gens.
Pœnam habent sacrilegia parua, grande laudatur palam.
Præda rebus ex sacratis nemini felix erit.
Qui Deo involat sacrata morte pessima interit.
Qui Deo nocet sacratis, maxime & nocet Deo.
Qui legit sacrum ille dextram sentit illico Dei.
Qui nocet templis sacrisq; rebus, est Deo reus.
Morte interit semper mala legens sacra.

Nemo

Nemo diu gauisus est præda sacra.
Violasse ciues turpe, turpius sacra.

SÆCVLI.

Rege sub bono uniuersis sæculum mere aureum est.
Sæculum bonum maluмue, debitum imperantibus.
Apius bonusq; tuta faustitas est temporum.
Absq; fœcia quisq; mores sæculi probet sui.
Ciue cum bono recedit temporis status bonus.
Ciue cum malo recedit sæculi status malus.
Ciue sub bono perennat seculi felicitas.
Cui queat vita esse pura sub scelestis moribus.
Cuncta vastant sæcla, præter erudita corcula.
Debita est bonis malisq; sæculi mutatio.
Grata sunt viris quoq; ipsis seculi crepundia.
Iusq; fasq; sæculi uti moribus cuiuis sui.
Moribus quicunq; morem non gerit, sibi omnia est.
Nemini est pudor sui vti sæculi indulgentia.
Nemini non sunt ferenda sæcli adulta crimina.
Nemo non fere inquinatur temporum contagijs.
Nemo non impune seculi applicat se moribus.
Plurimos secli tyrannis flectit à recto gradu.
Pro bonis malisue sæclum aut bonum est, aut est malum.
Seculi sequare mores esse gratus si cupis.
Sæculo malo bonum esse difficillimum est.
Sæculo malo esse vita iusta nemini potest.
Sæculo suo ac futuris commodus vir est sophus.
Sæculo virtus scelesto non iuuat, magis nocet.

Sæculum est, Catone pulso regnet vt Vatinius.
Tempore exili interire non potest mos sæculi.
Accommodat se seculo quiuis suo.
Aufer bonos, si auferre sæclum vis bonum.
Bonum omne sæculi à viris pendet bonis.
Inter malos malo esse ius est cuilibet.

SÆVITIÆ.

Est euis profana sæuit in genus quæ proprium.
Est fera sæuire: donat rex salutem plurimis.
Limitem haud tangit senecta Principum atra atrocitas.
Sæuus est cui caussa pænæ, nec tamen pœnæ est modus.
Sæuus in suos an vnquam exteris clemens erit.
Sæuus in suos, benignus non erit certe exteris.
Anguis nisi anguem sæpe edat non fit draco.
Mens vsque factis sæua præludet suis.
Quo sæuior tyrannis hoc & tutior.
Quo sæuior tyrannus hoc est tutior.
Raro diurnat Principum alta immanitas.
Sæuire, res non est profecto regia.

SAGITANDI.

Cui Deus minatur, ictum semper actutum excipit.
Est sagittator peritus, quod petit Deus ferit.
Numinis telum omne semper hæret intimo scopo.
Nunquam aberrat à scopo ictus quem Dei librat manus.
Quod Deus ferire telo destinat, statim gemit.
Numquam Dei errant tela, quem petit iacet.

Tan-

Tangunt Dei tela vsq; eos quos impetunt.
Qui sagittas mittit, omnes mittit vt tangant scopum.

SALVTIS.

A Deo, non à medente pendet ægroti salus.
Est salutare omne quidquid dicit aut facit Deus.
Numini summo bonorum semper est cordi salus.
Qui Deo credit salutem, semper optimè utitur.
Ciuium ante fert salutem rex bonus semper suæ.
Ciuium magis saluti consulit rex quam suæ.
Ciuium Princeps salutem promouet atq; adornat.
Cuncta habet cui saluus est rex.
Est salus regum reposita caritate ciuium.
Nemo rex est quam vt saluti subditorum consulat.
Omnium salus, bonorum stat salute Principum.
Principum in salute nisa est ciuium omnium salus.
Principum salus recumbit in fide parentium.
Quilibet suæ saluti consulit: rex omnium.
Rege sub bono perennis sæculi est felicitas.
Regis à salute pendet publicæ rei status.
Rex salubris pace iusta subditas gentes colit.
Ciuibus suprema meta ciuitatis est salus.
Cura maior est salutis cuiq; quam pecunia.
De salute ciuium esse longior nequit mora.
Meta summa apexq; laudum ciuitatis est salus.
Nemini non est salutis primo ab ortu amor suæ.
Nemo adhortandus salutis sanus curam ad suæ est.
Nemo non seruare malit semetipsum quam alterum.
Non perit qui pro salute publica vitam iacit.

Omnium

Omnium potius saluti consule quam libidini.
Patriæ saluti honeste tota vita impenditur.
Proximum affectu salutes cordis intimo, haud labris.
Qui prius reddit salutem quam accipit bis accipit.
Qui suæ intentus saluti est, flocci alienam omnem facit.
Qui valent curam salutis non gerunt vllam suæ.
Quis monendus est salutis vt gerat curam suæ.
Sæpe vox confert saluti, sæpius silentium.
Sub diem vltimum saluti, consule imo vel prius.
Sunt opes cuicunque charæ, cerior tamen salus.
Vix valetudo salusque torpidis nimis sua est.
Christum videre vna est salus videntium.
Mundi salus stat copia sapientium.
Regni salus in charitate ciuium est.
Res ad omnes est salubris vtilisque brassica.
Rex es, saluti ciuium vt sis optime.
Salus bonorum stat salute Principis.
Sapientibus sapiens saluti est si sapit.
Seruare nolentem est opus pulcerrimum.
Vadum saluti sprende, dum saluo licet.
Vnum est idemque ciuium ac regum salus.

SANGVINIS.

Ciuium dum parcis, ô rex, sanguini, parcis tuo.
Noxa Principum expiatur sanguini innocentium.
Parce rex clemens alieno sanguini tanquam tuo.
Efferi est cruore regis impiare acinacem.
Illico fusum cruorem pœna præsens vindicat.

Liberi

Liberi seruique sanguis, vnus atq; idem est Deo.
Sanguine ac cruore gaudet non homo sed bellua.
Sanguinis pœna innocentis non moratur longius.
Sanguinis se efferre gusto sueuit optatum scelus.
Venditur cruore largo bell cosa adoreas.
Caue inquinare sanguinis fusu manus.
Vecors libido est ensis infecti semel.

SANCTI.

Omne sanctum fit profanum sancte item nisi id colas.
Plus iuuat rex sanctitate regna quam legum minis.
Aspectu & ipso vulneratur sanctitas.
Quid sanctitas est? cum Deo consuescere.

SANITATIS.

Ciuium de sanitate dulce Regis gaudium est.
Rex valet? Ceres in agris, alma pax in oppidis.
Rex valet? relligio templis, æquitas foro viget.
Rex valet? renidet æther, itq; gratior dies.
Sanitate absente nolim vimq; opesq; Principum.
Absq; sanitate nolim mundi opes aut regias.
Absq; sanitate tota manca mundi est vanitas.
Absq; sanitate regum cui bono choragia.
Absq; sanitate vita dimidiatim mortua est.
Corporis mentisq; posca sanitates à Deo.
Corporis mentisq; sanis sana sunt sane omnia.
Dulce nil est Sanitatis absq; contubernio.

Dulce

Dulce sanitatis ipsum nomen ægrotantibus.
Et quis æger sanitati ponat ante opes Midæ.
Mens cui corpusque sanum, vota habet felicium.
Nil salubritatis est in sanitate athletica.
Non caret frequente questu sanitas senentium.
Non modo [illegible] alunt, & ipsam sanitatem ægro afferunt
Absque sanitate nil est esse quod gratum queat.
Non potest sanus vocari quem terit malignitas.
Non potest sat æstimari sanitatis faustitas
Optimum omnium valere mente, deinde corpore.
Præmio nullo æstimari sanitatis dos potest.
Qui litat frugalitati sanitati vna litat.
Sæpe sanos ægrotantium inquinat vicinia.
Saniores siccitates sunt solutis imbribus.
Sanitas cuicunque cordi, cordi item est frugalitas.
Sanitas ibi salusque est, est vbi frugalitas.
Sanitas non curat vrbes, rusticorum amat casas.
Sanitas roburque merces iusta temperantiæ est.
Sanitas senum querelis quæ vacat, vel optima est.
Sanitati ager tuendæ maxime cultus facit.
Sanitas vere insalubris sanitas athletica est.
Sanitas senum vlla si qua est admodum causaria est.
Sanitatis à labore magna pendet portio.
Sanus est qui digerit bene egeritque quæ ingerit.
Sanus illico fit æger semel gaudet vt mente.
Si diu vis esse sanus viuito frugaliter.
Te iuua pars sanitatis velle sanari fuit.
Vix potest sanus vocari qui colore pallido est.
Est sanitatis munus impretiabile.
Et sanitatis quilibet faber suæ est.

Nul.

Nullum requirit sanus Æsculapium.
O Sanitatis dulce contubernium.
O Sanitas vel maximum omnium es bonum.
Ob sanitatem quisq; quaeuis perferat.
Quid sanitate optatius mortalibus?
Quandoq; morte sanitas molestior.
Parum salubris sanitas athletica est.
Sentire morbum sanitatis est gradus.

SAPIENTIÆ.

Qui Deum nescit, vocari non meretur vir sophus.
Illico sapit potestas quae vititur sapientibus.
Non ferunt sophum dynastae, simia esse si nequit.
Non opus sopho esse Rege, si potest viti sophis.
Qui sapit potentiorum displicet consortio.
Regnat omne in auum honori rex cui est sapientia.
Desipiens, expers doloris maximum gestat malum.
Efficit securum egestas, diuitem virtus sophum.
Est sophus censendus ipsa mente qui res conspicit.
In sapientiam latroni nil licet nil furibus.
Incus est sophus, nec vllis permouetur ictibus.
Is sapit cito, senenium qui vtitur consorcio.
Is sophus censetur, vna mente qui res conspicit.
Mauelim sophos egentes quam Midas ditissimos.
Nemo qui sapit caducis fidit atq; inanibus.
Nemo vbiq; nemo semper, nemo cuilibet, sapit.
Non paranda, sed fruenda est omnibus sapientia.
Non potest sophus vocari qui sibi ipse non sapit.

Omnium

Omnium matrem bonorum credito sapientiam.
Pennas lato tranat ausum nubium tractus sophi.
Plenius sapit senectus consulitq; rectius.
Plurimum sapere est putandus, sapere se qui nil putat.
Pluris est Sophiæ vna gutta Sortis ingenti freto.
Quæ colit plebs suspicitq; vix sophos flocci facit.
Qui sapit, torpere turpi non sinit mentem situ.
Quis sophus sorti influenti clausit vllo aussinum?
Vnica est, tamen orbis omnes res agit Sophia vnica.
A summa ad imam desipit mortalitas.
Ætate prima quisq; se putat sophum.
Ah vsquequaq; nemo mortalis sapit.
Et in malis sapit quæ oportet vir sophus.
Et prima virtus mentis est sapientia.
In corpore est sapiens, in orbe quod Deus.
Is sat sapit, qui quantum opus, tantum sapit.
Frustra sapit quicunq; non sapit sibi.
Nec Sannio nec mirio regum est sophus.
Nemo sapit vere nisi & vere bonus.
Non est sophus quicunq; se dicit sophum.
Omnes sibi præfert sophos, se nemini.
Princeps sapit sapientium commercio.
Quævis potest, licet vna sit sapientia.
Qui fructuosa, non qui multa scit sapit.
Qui nil potest, plerumq; plurimum sapit.
Qui plus sapit quam oportet, ille desipit.
Quisquis sapit repente, non tuto sapit.
Raro sapit, plus sapere qui se alijs studet.
Raro sapit, sibi vsquequaq; qui sapit.
Sapientia hominis, stultitia est apud Deum.
Sapientia vsus & Memoria filia est.
Sat rex sapit qui vti potest sapientibus,

Sero Phryges post damna fiunt callidi.
Viuit sibi uni vir sophus non omnibus.
Vltra suam quisquis sapit sortem, haud sapit.
Vt quis sapit plus, sic fere minus potest.

SATELLITII.

Caritate ciuium auctus non eget satellitum.
Caritate septum oportet esse, non satellite.
Est boni regi satelles ciuium dilectio.
Fletus ac mœror, satelles perpes est tyrannidi.
Ne quidem securi ab ense sunt lateris reges sui.
Non eget satellite vllo qui satelles est Deo.
Non eget satellitum armis quem tegit omnium fauor.
Quis bonus rex anteponat ciuibus satellites?
Regibus tot sunt tyranni, quot satellites habent.
Subditorum amore cinctus non eget satellitum.
Tutior nullus satelles est iuuenta, quam pudor.
Vix bonus rex est, potentes qui facit satellites.
Apparitores Principum semper tument.
Excubiæ amoris publici tutissima.
Regi bono non est opus satellite.
Quandoque rex se fert regi à satellite.

SATIETATIS.

Cum Deus vult, plus iuuare quam nocere scit satur.
Satietas vbi est ibi esse sueuit & proteruia.
Multos fames, plures satietas perdidit.

Nun-

Nunquam Deo nunquam satris esto satur.
Nu quam satur fias Deo aut cælestibus.
Rei saturitas omnis est, bona, mala.
Rerum omnium satias sua est præterquam opum.
Vbi satu itas est ibi & petulantia.

SCELERIS.

Lex Dei est, vt nemo inultus auferat scelus suum.
Prompta & expedita quouis ad scelus potentia est.
A voluptate atq; auaritia omne hominis manat scelus.
Ad scelus magnum expedita semper est potentia.
Ad scelus multos satietas pellicit, paucos fames.
Altius ruunt scelesti quo efferuntur altius.
Ad scelus plures vocantur satietate quam fame.
Antecedentem scelestum pœna claudens inuenit.
Cum scelus plane est peractum, tunc patet quam sit malum.
Displicet scelus quoq; ipsos proficit quibus scelus.
Dum scelus fit non videtur tale, post factum est scelus.
Famam in altero scelesti dedecus censent suum.
Hoc habet malum scelestus, crimen addit crimini.
Ilico adsunt inuocanti sceleris vltrices deæ.
Ne suum quidem scelestum dil gat natum pater.
Neminem videbis vnum se tenere intra scelus.
Nemo natura est scelestus à sodalibus venit.
Non cuicumque perpetrandi est c usst fecit & scelus.
Non potest scelus vocari, cui voluntas absuit.
Nullum adeo scelus nefandum est quin patronum habeat
Nulla pœna est qua scelestus ceu meretur sat ferat.

Pœna nulla est quæ scelestes puniat digne satis.
Quem pudor metusq; liquit, in scelus quoduis ruit.
Quis sibi ob pusilla atroces sponte pœnas attrahat.
Si nequis animo mederi, morte sanandum est scelus.
Vis opum sitisq; famæ vertit & fas & nefas.
Vt scelus factum est patescit eius indecentia.
Vt scelus quiuis patrauit, turpe quam sit conspicit.
Vult bonos lædi, sceleftis qui seuerus est minus.
Quæ scelere est contracta pœna, scelere deposito cadit.
Caussam ob leuem cur grande perpetres scelus?
Cogente nullo quis suum effutit scelus?
Diu latere grandius nequit scelus.
Etiam scelus punit scelus cui profuit.
Latere summa scelera non solent diu.
Nihil nefastis esse prosperum potest.
Non sat domatur, est triumphandum scelus.
Nullum est scelus quin detegat tandem dies.
Nunquam scelestis contigit securitas.
Proritat ad quoduis scelus penuria.
Punit scelus rex ille item cui profuit.
Qui vindicare negligit scelus facit.
Qui unq; non punit scelus Princeps facit.
Scelus omne habendum extraneum cum gaudio.
Scelusq; punit ipse cui prodest scelus.
Semper scelesto Nemesis adsistit comes.
Tutum scelus quis, nemo securum tulit.
Vt scelus quis fecit, eius tunc palam est enormitas.

SCIENTIÆ.

Est Deus, nouisse cuncta: proximum tamen, nihil.
Nemo non vult plura scire quam prait verbo Deus.
Sanctitas Dei colendi certior scientia est.
Vera virtus vera sophia est in Dei scientia.
Sat sat is superque, qui scit vnicam Christi crucem.
Scire literas & artes, maxime regem decet.
Absq; morum sanctitate pestilens scientia est.
Ad bonum finem vtilemq; quaritur scientia.
Admodum iucunda rerum est omnium scientia.
Autumant se scire cuncta qui omnium minus sciunt.
Ars iners, qua prater vnum scire, nil confert lucra.
Cuncta iugis firmat vsus, maxime scientias.
Cuncta quam sunt perpusilla in orbe qua sciri queunt.
Desides scientia vna terminant scientiam.
Est oculus anima, est & auris peruigil scientia.
Est supra mutationes artium scientia.
Exitus scientiarum repperire vix licet.
Filia est cura ac Laboris multiplex scientia.
Innouat scientiarum scita multa industria.
In scientia tenendus est item suus modus:
In thoro molli cubilis non iacet scientia.
Laude morum censeamur, non scientia typho.
Mauelim nil scire prorsus, quam optime scire omnia.
Mentis angusti immorari est vnica scientia.
Multa sunt qua comprehendi non queunt scientia.
Nemini mortalium esse nota possunt omnia.
Multa velle scire, inane est, omnia atra insania.

Nemo

Nemo non insanientes nunc colit scientias.
Nemo non quod ipse nouit alteri tradit lubens.
Nemo non se scire plura iactitat quam proximum.
Nemo peruenire fines ad scientia potest.
Nescia ars mutationis, nescia est scientia.
Nil scientia actione destituta habet boni.
Non caret pœna, volutat corde si quis clam scelus.
Non nisi extremo labore quaritur scientia.
Non potest vacare gaza qui vacat scientijs.
Omnium nemo absolutus in sua scientia est.
Optime scientiam omnem promit vsus ac dies.
Pauca nosse ijs bene vti, multiplex scientia est.
Plurimum absq; charitate noxia inscientia est.
Plurimum profecit ille scire se qui scit nihil.
Plura quo quis nouit, hoc & pauciora enunciat.
Primam in ætatem polita non cadit scientia.
Quæ sciuntur absq; fructu curiose ne eruas.
Quæritant scientiam omnes, nemo conscientiam.
Quam pusilla cuncta sunt quæ gloriamur noscere.
Quantilla sunt in orbe quæ sciri queunt?
Qui iactitant se cuncta scire nil sciunt.
Qui scientia carere se scit, assequi potest.
Sat scit agnoscit suam ipse quisquis ignorantiam.
Scire multa existimatur ille qui multum sapit.
Scire nemo tanta quiuit, quanta prorsus nescijt.
Sciri sat quod ad salutem prosit & scito est opus.
Scire multa auctoritate plurima circumdatur.
Scire multa haud necesse, cuncta ad vsum qui applicant.
Scire nil curamus alter id nisi vna sciuerit.
Scire nil tuum est nisi alter omne id ipse nouerit.
Scire quam es nil, origo est omnium virtutium,

Scire ſe qui cuncta cenſent, omnium puta rudes
Scire ſe qui nil fatetur, plura ſcit, quam qui omnia.
Scire velle plura quam ſat, temperantia nota eſt.
Scit ſatis, qui viuere, imo qui mori nouit bene.
Semper aduerſa eſt voluptas impigræ ſcientiæ.
Seri ſ[illegible]d u diuq;, ſcire qui vis omnia.
Sit vigil ſolerſq; oportet ſcire qui vult plurima.
Socrates nil ſcire doctus, omnium gnarus tamen.
Sus profecto eſt aut aſellus quem pudet ſcientiæ.
Tota lucubrationis ſemper eſt ſcientia.
Tunc relinquimus, cum adimus primulum ſcientias.
Viuere ipſum, difficillima omnium ſcientia eſt.
Vnicum bonum ſcientia eſt, malumq; inſcitia.
Vltimas adito terras vltimam obſ[illegible]m.
Amor ſcientiæ, omnium impigerrimus.
Animæ cibus meriſſimus eſt ſcientia.
Boni ac mali mortalibus ſcientia eſt.
Bonum vnicum cuique ordini ſcientia eſt.
Caput malorum eſt in mali ſcientia.
Felicitatis toxicum ſcientia eſt.
Habere nota cuncta, res ſuauiſſima eſt.
In abdito omnis delitet ſcientia.
Laudat ſcientiam omnis, at raro colit.
Multiſcientia haud iuuat niſi vſui eſt.
Nil ſcire, tota Socratis ſcientia eſt.
Nil ſcire, vera gloria eſt prudentium.
Nil turpius faſtidio ſcientiæ.
Pauciſſima ignorare iucundiſſimum eſt.
Permulta ſcit qui ſcire ſe nouit nihil.
Pleriq; dicunt quod putant, non quod ſciunt.
Plus ſcire velle quam ſat eſt, multum nocet.
Princeps ſciat, non exequatur omnia.

Qui

Qui multa nouit multa non solet loqui.
Qui multa nouit pluribus quoq; vsui est.
Qui putat se scire cuncta, satius nouit nihil.
Quo plura quis scit pauciora enunciat.
Quo plura scimus, plura scire poscimus.
Sat ille scit qui scire se putat nihil.
Sat scit profecto scire qui se scit nihil.
Scientia vna atq; vnica immutabilis.
Scientiarum nemo fines inuenit.
Somno hostis est ferox amor scientiæ.
Virtus laborq; perficit scientiam.

SCORTI.

Feminas omnes meretrix anteit, cum ad se redit.
Fornicationis heu quot in luto hærent fœtido.
Mercibus malis vniq; est incitabulum stupri.
Otij luxus re proles tota fornicatio est.
Prorsus vt mare est meretrix, omne quod das deuorat.
Scorta maximo pudoris diligas impendio.
Mœchatur intus quæ virum aut legem timet.
Pudore scortis affici magnus pudor.

SCRIPTORVM.

Cum sepulcrorum ruina mors secunda nos manet.
Cum vetustas scripta vastat mors manet nostra.
Est stylus mentis character, est stylus fandi faber.

Gemmam ut aurum, sic decorat docta dicta ales stylus.
Luce dignum parturiri nil pote absq; Pallade.
Scripta multi insana sanis anteponunt omnibus.
Scriptio, est imago mentis, scriptio, est præsentia.
Si Camœnis non repleris, nil paris durabile.
Vel minutum schisma rumpat charitatis vinculum.
Quod tibi datum ut sequestro est, uti eo aut frui haud potes.
Scenicis pars est bona artis, perpeti & facere omnia.
Seruire scenæ oportet in theatricis.

SCRIPTVRÆ SACRÆ.

Ex eodem fel arachne flore promit, mel apes.
Lex suprema veritatis in sacris sita est libris.
Nemo porcis margaritas spargit, aut sacrum cani.
Nil ei deest quem duo enses muniunt Verbi sacri.
Non egent probationum dote litera sacra.
Nostra Testamenti vtroq; nititur libro fides.
Otio ac securitate litera indigent sacra.
Vita vix vivum est cadauer absq; literis sacra.
Vox Dei, iucundus est fons mentibus castis patens.
A morte viuunt scripta vatum maxime.
Sacra fidem à se mutuantur litera.
Scriptura sacra est imperatrix temporum.

SECRETI.

Principi secreta multa: totus omnibus patet.

Prin-

Principum secreta quisquis scire vult, hostis sibi est.
Principum secreta tanquam sis oblitus occule.
Quam magis secreta regum condis hoc magis patent.
Ars latet tapetum omnis, innolatus si tenes.
Ebrio secreta crede, publica esse si cupis.
Femina secreta manda, si cupis sciri omnibus.
Mens potens sui in foro ipso dulce secretum inuenit.
Omne secretum male audit, & fere est cur audiat.
Qua cupis secreta haberi prius ipsemet sile.
Se putat tectam esse, fronte tecta bubalis caput.
Vt queas latere cunctos te latere non potes.
Principum secreta tandem nota fiunt omnibus.
Latere quarit corde qui coquit nefas.
Patrocinatur omne secretum male.
Secreta seruum Principis nosse haud opus.
Secreta sola perspicit cordis Deus.
Secretum vbi est, ibi esse vis potest mali.
Tempus reuelat cuncta secretissima.

SECVRITATIS.

Nemini certa est in vno quam Deo securitas.
O beatum cui fidelis est Deus securitas.
Sub Dei protectione vita securissima est.
Aurea securitatis obtinet regnum puer.
Cuncta eis secura, prudens est quibus custos timor.
Exitus fere sinistri est latior securitas.
Nemini secura vita fluxit vlla portio.
Non habet securitatem qui timetur à suis.
Non potest securus esse Pœna tergo cui sedet.

Pactio securitatis mutua est securitas.
Portio securitatis magna nil fuere im..ij.
Proxima est semper ruinæ stultior securitas.
Securitatis plurimum in clementia est.
Tres metusue vbi est, ibi esse non potest securitas.
Subiacet multis periclis ciuium securitas.
Anteambulo est mali exitus securitas.
Est calamitatis initium securitas.
Aduersitatis principium securitas.
Fidit sibi, securus est sui sophus.
Formido vbi est, nulla est ibi securitas.
Gazis carenti nil viro securius.
Haud difficulter fallitur securitas.
Leges timere maxima est securitas.
Mala exprobrare nemini, est securitas.
Mali ..itus anteambulo est securitas.
Nihil timentem per facillime opprimas.
Nullo loco secura mens est improba.
Nunquam ad senectam peruenit securitas.
O grata sortis infima securitas.
Plurimum securitatis est in innocentia.
Quoduis parit segnis malum securitas.
Hostis est animo imbecillo longior securitas.
Secura vita mortuum vere est mare.
Secura vita, vita felicissima.
Securus vt sis, sorte nulla opus bona est.
Securus esse non potes septus metu.
Securitas metusq; semper diffident.
Securitas vix absq; negligentia est.
Securitatis assecla est damnum ac pudor.
Securitatis plurimum est vno in Deo.
Semper nocet securitas victoria.

Time-

Timere leges maxima eſt ſecuritas.
Vbi eſt metus, ſecuritas inde exulat.

SECTÆ.

Grunniente vna vniuerſi grunniunt ſimul ſues.
Grunniet grex vniuerſus ſus modo vna grunniat.
Haurit artem quamq; ab vno ſtultus, à multis ſophus.
Nemo fert, ſi quis ſeorſim ſentit à ſenſu ſuo.
Nemo non decreta mentis mordicus defenderit.
Nemo non defenſor acer eſt ſuarum partium.
Optimum eſt, quod quiſq; primus repperiſſe ſe putat.
Pauca gens, contentionum temperanza va i ludit.
Quilibet ſectam tuetur cuius auctor eſt ſuam.
Vis ſues grunnire cunctas? vna fac ſus grunniat.
Vnico clamante porco grex grunnit & eiulat.
Cunctos trahit cupido tutari ſua.
Opinionis nemo tenax ſuæ eſt.
Vt grunnit vna grunniunt omnes ſues.

SCVRRILITATIS.

Nunquam vlla pœna ſobrios preſſit ſales.
Haud ſatisfacis parenti cum ſatisfacis tuo.
Vua paſſa æque palato ſat facit quam e caria.
Vita cui ſcurrilis, illi verba ſunt ſcurrilia.
Quidquid eſt ſcurrile linguæ ingenuitatis dedecet.
Vtili ſemper decorum poſthabet ſcurrilitas.

SEDITIONIS.

Militaris seditio ecqua est absq; contumacia.
Otiumq; resq; egena seditionis est parens.
Sæpe plebs festis diebus seditiones induit.
Seditio est immanitatis mater immanissima.
Seditio vsq; & vsq; crescit nacta idoneum caput.
Vir fidelis seditionis tempore auro præualet.
Seditio vbi est, ibi omne adest mali genus.

SENATVS.

Consulenti de minutis abstine Senatui.
Laude plebis, ad Senatum duceris prona via.
Nil potest virtus Senatus, plus pauor plus ops valet.
Rex cui non est senatus, moribus ruit suis.
Sub tyranno aliter Senatus corde voluit quam ore ait.
Vrbium arx decus, Senatus ordinum excellentia est.

SENECTÆ.

A sene omnia impetrabit quæ cupit iuuencula.
Actuosa sit iuuentus: Otium decet senes.
Ad capessendum labores lenta tarditas senum est.
Admodum senex iniquus censor est præsentium.
Ab fere priuata cunctis es senecta sensibus.
An quis est qui sortem vtramq; iam senex non senserit.

Ante

Ante quisq; quam putarat in senectam concidit.
Bos senecta fessus agra fortius figit pedem.
Bruma vestes, at senectus quærit indolentiam.
Corpori senum é pusillo grande nascitur malum.
Cui iuuenta apta est labori fructibus gaudet senex.
Cuilibet tristi in senecta vita ducit vesperam.
Cum senex sis cur iuuenta cogitas ludibria.
Cuncta fert ætas decore vel priores patribus.
Debitum est otium senectæ, iunioribus labor.
Displicet seni omne præsens tempus actum venditat.
Ecquis indeptus senecta fidum alumnum vnquam sua est.
Expers est senecta asellus: nulla cura eum tenet.
E senum ore sermo quouis dulcior fluit fauo.
Est malum mortis timendum sed senectutis magis.
Est onus eis senectus ferre qui bene haud queunt.
Est senectus ara, quoduis quo malum clam confugit.
Est senecta morbus omni qui perennat tempore.
Est senecta morbus vna morte tolli, qua potest.
Est senectus officina quo malum omne confluit.
Est senectus præco mortis omnium verissimus.
Et senes cole, adq; mores tete eorum accommoda.
Fortitudo omnis iuuenta est, at senum prudentia.
Gens senum non difficulter dat manus vxoribus.
Grata cuiq; ea est senecta quæ iuuenta præmia.
Heu, malum quale est senectus, mille ei addunt mala.
Hoc habet decliuis ætas, iuuene rectius sapit.
Hoc senecta est, mente pollent, ac futura prospicit.
Imparatus atq; inermis ad senium quis non venit?
In freto horrido iuuenta est, portum ad ipsum nat senex.
Indicat senex iuuenta qualis in sua fuit.
Ingrauescentis senectæ plurima veneratio est.

Inter optata atq; spes quisq; consenescimus.
Iunior labor florens fructibus viget senex.
Irrite erigas senectam iunior quæ concidit.
Ius vbi est pudorue, summa gratia est ibi senum.
Lauit et cibumq; sumpsit membro somno det senex.
Largior bobus senectus regibus pro præmio est.
Maximæ æmulationis minima caussa sit seni.
Mente pollet ac futura prospicit fruens senum.
More viui, homo senecta cruditatem omnem exuit.
Mos & æquitas senectam vult coli præ cæteris.
Ne quidem senecta vbiq; quod decet decore agit.
Nec senex miles probatur, nec senex amasius.
Neminem quartana tollit: hanc tamen caue senex.
Neminem senum vnquam ab annis censeas, sed moribus.
Nemini mala est senectus, ferre quam qui non potest.
Nemo non laudat senectam, nemo non nactus notat.
Nemo non metam ad senectæ cum venit bis fit puer.
Nemo non multos sibi annos pollicetur iam senex.
Nemo non optat senectam, nemo non nactus gemit.
Nemo non spe vexatq; voto tandem fit senex.
Nemo non vota inter atq; spes suas tandem senet.
Nil ita est durum atq; firmum quin senemus atterat.
Non bene is feret senectam, cuncta qui tulit male.
Non minus senecta peccat quam iuuenta, si mala est.
Non modo alteri senectus displicet, sed & sibi.
Non modo alteri senectus est grauis, sed & sibi.
Non nisi mores peracti temporis laudat senes.
Non sat est senem esse ab annis, si puer sit moribus.
Non solet laudare mores sæculi sui senex.
Nulla opes ab imminenti liberant fato senem.
O senectus, quale quantumq; es malum te habentibus.
Otio ac quiete tota vita nititur senum.

Plan-

Planta iunior virere plus solet quam quæ est anus.
Plurimus disponere in spes se nouas senex solet.
Plus sapit senex asellus quam suus pullus recens.
Plus senecta quam iuuentus deuiat, si est improba.
Prona ad iram omnis senecta, prona & ad conuitium.
Quam miserrima est senectus cui ac vis imminent.
Quam multos senes videmus nil habere in se senum.
Qui placet Musis puellis, ijs item placet senex.
Qui seni auscultat, ruinæ sæpe flammas effugit.
Quis senum ante fata mentis in potestatem redit.
Ruga frontis rerum ab vsu contrahit prudentiam.
Sancta in Vrbibus senectus, in homine est venerabilis.
Se sophos metitur actu, non tenore temporum.
Semita cedas honori, semita cedas seni.
Sunt senes obliuiosi: si tenent nomen sat est.
Sunt senes limites sepulcris: vix suum nomen tenent.
Temperans iuuenta oportet sit, senecta ne tremat.
Tunc sapit senex agendis cum nihil rebus valet.
Turpius nihil senecta cui iuuentæ crimina.
Ventum vt est grandem ad senectam quilibet iam fit puer.
Vis senectam alacriorem? balneis raro vtere.
Vix sui senex imago est: quin cadauer est sui.
Vltima ætas calamitatum est omnium ergastulum.
Vltima ætas officina lacrimosa luctuum est.
Vltima ætas vix imago, vix cadauer est sui.
Vsui alteris futuram ducit vxorem senex.
Apex senectæ summus est auctoritas.
Coli senectam mos & æquitas iubent.
Etiam senectus proxima est delirio.
Florens senectus par adolescentiæ est.
Liber iuuentæ sufficat fructus sui.

Laudare seclum vix solet suum senex.
Laudator actor temporis vir est senex.
Malit mori Poppaa, quam senescere.
Molestum onus senecta egens mortalibus.
Morositatem lenias Baccho senum.
Mortem propinquam non pauent capitis niues.
Multus comes semper senecta adest malus.
Nemo est Athenis qui senex sit & sapit.
Nunquam ore laudat vir senex prasentia.
Obliuiosus si quis est, certe est senex.
Probat senectam dentium defectio.
Pulsu leui cadunt vetusta corpora.
Quid est senectus? morbus insanabilis.
Senecta mortis proxima est anteambulo.
Senecta multis extima extimis scatet.
Senecta nonne mortis est praludium?
Sibi ipsa morbus est senecta grandior.

SENSVVM.

Mens fame haud leui laborat sensibus epulantibus.
Qui sapit, noctu diuq; pessulum obdit sensibus.
Quinque sensus quinque claui sunt qui animam regunt suam.
Sensus est vbique iudex munia ad vita omnia.
Sensus imperat perennis improbus, seruit probis.
Sensuum mens vna quinq; prasidet symphonia.
Reuocare mentem à sensibus, magni est sophi.
Sensus per omnes quisq; sape fallitur.

Sis modestus: imo quinque pessulum obde sensibus.
Vigiliam luentis pingue sensuum otium est.

SENTENTIÆ.

More rupis dux sit, vsq; stet bona in sententia.
Principi semper probanda est mitior sententia.
Capita quot, tot dissidentes inuicem sententiæ.
Contra inauditos iniqua qualibet sententia est.
De salute, iniusta præceps semper est sententia.
Eccui cuncta obtigere mentis ex sententia.
Est tenacior sua omnis vir rudis sententia.
Frustra amante à cæco oculata poscitur sententia.
Improbi nunquam improborum animo improbant sententias.
Improbum autuma improborum qui annuit sententiæ.
Improbum nega improborum qui abrogat sententiæ.
In dubio benigniorem præferes sententiam.
Moribus contrarij vnam non fouent sententiam.
Moribus cuiusq; oportet apta sit sententia.
Multum inest sinistritatis feminæ in sententia.
Ne proba improbis ferenda est otius sententia.
Nulli adhuc cuncta obtigerunt ex animi sententia.
Sunt pares & exitus, ores vna queis sententia.
Turpis est in turpiore qui manet sententia.
Vera qui ignorat fidelis quei stet in sententia.
Vtilis sententia illa est quæ æquitati consonat.
A sentiendo dicitur sententia.
Parum valent egentium sententiæ.
Præstantiores sunt senum sententiæ.

Quot capita tot sunt dispares sententiæ.
Semper suæ vir est bonus sententiæ.
Sententiam suspende rebus omnem omnibus.
Suam sequatur quilibet sententiam.
Vbi est amor sana haud ibi est sententia.

SEPVLCRI.

Mortuos reges sepulcra indicant: vita latent.
Admonent nos ossa nuda quam sit euanida.
Cœlum ei omne pro sepulcro est urna cui deest sua.
Corporis portus sepulcrum est, vita corporis mare est.
Est sophis ingens sepulcrum patria est cœlum domus.
Inquinans sepulcra, viuos mortuosq; polluit.
Iusta qui negat sepulcri cuipiam, est semper reus.
Morte functis terra passim debita est mortalibus.
Mortuis sepulcra dantur nauseam ob viuentium.
Mortuo tellus sepulcrum nulla non præbet suum.
Mortuus carcet sepulcris & sinultas maxima.
Mortuos columna honorat? imo onerat mage ac mage.
Nomini parentat inuidus si cadauer conditum est.
Nunc vbi Midæ sepulcrum est? virgo nunc vbi Mida est.
Omne cœlum ei sepulcrum est, terra nulla quem tegit.
Paruus es? paruo sepulcro si tegare sufficit.
Quem tyrannus insepultum proijcit, condet dies.
Terra nascentes eademq; mortuos sinu excipit.
Terra qualibet sepulcrum mortuis tandem oggerit.
Terra qualibet virorum fert sepulcra illustrium.
Cœlo teguntur mortui vrna qui carent.
Nil corpori prodest sepulcrum nil nocet.

Raro sepultos mordet inuidentia.
Terram insepulto impartias cadaueri.

SERENITATIS.

Est Deus *cunctis serenus, sed potissimum malis.*
Alcyone ouis incubante pulcrius dies eunt.
Carnifex serenitatis acer est menti metus.
Non honor, non gaza placant pectoris cornubilum.
Nubilum, mœroris index, gaudij serenitas.
Nunc pluit, nunc est serenum: tempus has habet vices.
Stulte in orbe isto serenum quaeritur: calos supra est.
Tunc caue fraudem sereno cum renidet sors hera.
Serena mens vultum parem fere induit.
Malos Deus *tantum serenat fulgure.*

SEVERITATIS.

Est pius quidem, seuerus sed quoq; est idem Deus:
Nemo sic sentit seuera, cui meretur, Numina.
Nemo tam Deos seueros experitur, vt meret.
Cui Deus *summe est seuerus, illi amicus intime est.*
Respuunt regem seuerum qui voluptati litant.
Rex bonus seuerus in se est, in suos lenissimus.
Vix amatur rex seuerus, vix colitur comissimus.
Nemo non aliis seuerus est sibi indulgens nimis.
Nil magistralis seueritate simialius.
Non placet perfusa fuco futilis seueritas.

Qui fuit sibi seuerus mitis illi erit Deus.
Quod nequis seueritate, perficis clementia.
Tetricum vita sequuntur quos amat virtus modum.
Vir probus seuerus in se est, temperatus in suos.
Perfusa fuco non placet seueritas.
Qui diligit vere seuere corripit.
Raris bono seueritas, multis malo est.
Semper nocet plus quam iuuat seueritas.
Seueritate caritas amittitur.

SERMONIS.

Nil in orbe isto perennat quam sacer sermo Dei.
Quæ Deus dicit facitq; sunt fides, sunt veritas.
Aut nihil loquare cum rege, aut loquare dulcia.
De regente nil loquare, vel loquare suauiter.
A ferarum gente nostrum sermo segregat genus.
Aut sophus secum ipse fatur, aut suo cum Numine.
Cuncta quæ dicit facitue publico confert sophus.
Cura vbi est sermonis ingens, magna rerum incuria est
Fulmen est sermo sophorum, quisque eo percellitur.
Nobilis vilisque sermo distat efficacia.
Obstetrix est sermo mentis, sermo mentis est cliens.
Obstetrix perita clausæ mentis elocutio est.
Quæ sophos dicit facitue publice cuncta iuuant.
Res adest vbi ipsa prorsus verba sunt superflua.
Roris in morem iuuentam sermo recreat lenis.
Sermo cogitationum partus est linguacior.
Sermo cui scelestus, illi vita vel scelestior.

Sermo

Sermo doctus est supra vinum, est supra tragemata.
Sermo mentis est imago, sermo mentis est typus.
Sermo mentis frater, ergo profer id quod cogitas.
Sermo natus corde ab imo mentis est certe typus.
Sermo nobis nei sq; ni sit, quid sumus præter pecus?
Sermo prauus prauitatem sternit ad quamuis vias.
Sermo pugnax, vsq; viuit, pessimum vitæ malum.
Sermo stulti est vnda ponti: clamat, arua at nil iuuat.
Sermo verus ille non est qui statim refellitur.
Verus est mentis char...cter sermo, verus est typus.
Vilis idem nobilisq; sermo non idem valet.
Vnda vultus, sermo mentis est character ac typus.
Ala volucri sermo transit aera.
Corpus cibis, sermone sed mens pascitur.
Est sermo amici suaue quid tristantibus.
Ferrum quidem penetrat, at sermo magis.
In ore mentes vsq; habe intimos sinus.
Intus liquorem qualem habet vas funditat.
Mens atq; Sermo separat nos à pecu.
Menti ipse sermo est ceu minister efficax.
Perplexa magnum verba nescio quid tegunt.
Secreta mentis sæpe sermo detegit.
Sermo character mentis & bona & mala est.
Sermo Dei certissima est nobis salus.
Sermo medela summa mentis turbidæ est.
Sermone nullo comprehendere est Deum.

SERVITVTIS.

Est Dei, vt plebs seruitutis fasce sub duro gemat.

Non coacte at arbitratu seruias Deo tuo
Num ni seruire summo, summa gloriatio est.
Qui Deo seruire gestit, praeparet se omni malo.
Qui Deo seruire non vult, mille nactus est heros.
Qui Deo seruit, dominatur orbis omnibus bonis
Qui Deo vni est seruus, omnibus vniuersi est regulus.
Qui iugum subire non vult Numinis, fert daemonis.
Sic tuos habeto seruos, vt decet seruum Dei.
Ciuium ad certam salutem rex minister est Dei.
E rege factus seruus, haud seruit bene
Principum est leuare pressos seruitute iniuria.
Regibus persaepe & ipsis seruiendum tempore.
Regium seruire ducunt Principes vt imperent.
Rex bonus nil est nisi ampla seruus vrbis publicus.
Seruit omnis imperator, seruit, at regaliter.
Seruus est sibi tyrannus, rex saluti ciuium.
Suetus imperare vix fert seruitutis dein iugum.
Absque damno libertatis seruiendum & alteri.
Absque pane praemioque serua plebes nemini est.
Absque seruo vixit aeuum omne Stoicus Zeno.
Alteri seruire, res est vnam fortis quam haud queat.
Alteri seruire qui scit, seruiet si vult sibi.
Alterius periculose iudices de seruulo.
Bruta res est sensu & omni destituta, serui est.
Cogitur seruire cunctis qui sibi male imperat.
Cogitur seruire nulli seruus est qui legibus.
Cogeris seruire nulli, seruus ipse si es tuus.
Colla sunt retorta seruis: libero erectum est caput.
Corpori inseruire sueuit non homo ipse, sed pecus.
Corpus est, anima estque seruo par melior ue hero suo.
Corpus etsi seruum, at esse mens potest liberrima.
Cum rei male est heris, nemo non seruus dolet.

Ecquis

Ecquis est in orbe, seruus quisuis non seruijt?
Es supra omnem seruitutem seruus ipse si es tuus.
Fortitudo seruitutem peste sanctius timet.
Fundo inferus superno seruiat, vel demigret.
Gloria atque honore pollens, seruus ciuium es seruus.
Gloria famaque seruuus seruit ætatem integram.
Haud suum, ast herile seruus conficit negotium.
In periclo constitutus qualibet seruus timet.
Induas seruilitatem vilitatemque exues.
Laus heri est decusque quidquid perpetrat seruus boni.
Libero vltimum malorum seruitus est omnium.
Libero parere seruis, res miserrissima est.
Maualim seruire amanti quam imperare ceteris.
Mente seruus destitutus iure heri sui in manu est.
Moribus serui se herorum parte magna accommodant.
Mortem honestam seruituti cuilibet præfert probus.
Multa seruum scire oportet, sed loqui paucissima.
Ne manum expectes herilem serue, age vltro quod decet.
Nemini imperare præstat quam cui esse obnoxium.
Neminem natura seruum fecit, infortunij est.
Nemini non seruo honestum est pro suo domino mori.
Nemini seruire si vis, seruias fac legibus.
Nemo hero præsente seruus sumpsit arrogantiam.
Nemo non seruire ciui mauelit quam villico.
Nemo se præstantiorem seruum habere vult domi.
Nil probum aut sanum est in animis seruientium sponte.
Non facit natura seruos, sorte fiunt à mala.
Non potest amare seruus quisquam herum minus probum.
Non potest seruus profecto esse melior quam ipse herus.
Non potest quis esse seruus cui voluntas libera est.
Non potest seruire fortis, sed potest fortis mori.

Non potest seruus vocari qui potest cum vult mori.
Nusquam præstantiora seruiunt peioribus.
Optimos habere seruos quærit as?aqua tibi.
Perpeti quæcunq; malis quam alteri omnis seruias.
Pro suis heris moriri gloriosum seruulo est.
Qualem herus vult esse talem quisque seruus se facit.
Qualis est herus, fore esse seruus eius assolet.
Quem fides seruum teneri non potest, compes tenet.
Quemlibet seruum & sereni Solis illustrat iubar.
Qui iugum semel recepit, non potest de eo queri.
Qui potest seruire nulli est omnium liberrimum.
Qui potest sibi esse seruus seruiat cur alteri?
Qui sibi imperare nescit iure seruit alteri.
Qui simul iugum recepit, non vbi vult excutit.
Quisque honori, quisque nummis, quisq; seruit corpori.
Quos voluptas ac cupido possidet, seruos scias.
Sæpe cunctam seruitutem qui fugit, sibi dedit.
Sæpe hero seruus fit auctor cum altero certaminis.
Sæpe nummos quasi libellum fert, qui hero seruus placet.
Serui herum à cæde abstrahentes vi mera, seruant herum.
Serui herum à malo tenentes seruiunt fide optima.
Serui herum à noxa abstrahentes, præmium haud pœnam merent.
Seruiat multis necesse est carus esse ijs si cupit.
Seruiat superna oportet infera omnis regula.
Seruiat tandem necesse est lingua cui liberrima est.
Seruiens ceruice curua est, fert nec erectum caput.
Seruientium redundat in dominos iniuria.

Seruit is qui inuitus atq; non volens quidquam facit.
Seruit is qui non sua vltro viuit ex libidine.
Seruit orbis omnis: vnus liber est in eo sophus.
Seruit vsque & vsque honeste, seruus est qui temporis.
Seruitus aperta peior quam decemplex dedecus.
Seruitute in omni aperta libera morti via est.
Seruituti inseparatus iungitur comes timor.
Seruitutis nomen ipsum, mortem amari vltro facit.
Seruitus quæ non oportet victa per vim sustine.
S. r itus vbi est, ibiq; multa contumelia est.
Seruiunt oculis herorum cuncta quæ haud sunt libera.
Seruiunt quibus tuenda creditur populi salus.
Seruus ad virtutis ægre templa se duci sinit.
Seruus æuum erit per omne, mortis est cui timor.
S rui s es nullius vnius seruus es si legibus.
Seruus est haud liber vna cui voluptas imperat.
Seruus est heri minister, seruus est censor sui.
Seruus est nemo, esse mentis qui potest seruus sua.
Seruus est opiniones cui nimis vulgi placent.
Seruus est quicunq; peccat, liber est omnis probus.
Si bonos vis esse seruos, ipse seruis sis bonus.
Si libet quo abire seruo non tamen licentia est.
Siue hero reiue seruis, est idem, nil interest.
Tantum oculis placere quærit seruitus herilibus.
Tempori serui omni & omne seruiet tempus tibi.
Tristior quacunq; morte quæq; seruitus viris.
Victa vi quæ non oportet seruitus ehei sustinet.
Vxor in seruos mariti leuit iram commoda.
A morte quidnam dura differt seruitus.
Anteire seruus non potest he um suum.
De rege fieri mancipium, miserrimum est.
Et seruierunt sæpe Regum liberi.

Incer-

Non potest seruus vocari qui potest cum vult mori.
Nusquam præstantiora seruiunt peioribus.
Optimos habere seruos quærit æquè atque tibi.
Perpeti quæcunque malis quam alteri omnis seruias.
Pro suis heris moriri gloriosum seruulo est.
Qualem herus vult esse talem quisque seruus se facit.
Qualis est herus, fore esse seruus eius assolet.
Quem fides seruum teneri non potest, compes tenet.
Quemlibet seruum & sereni Solis illustrat iubar.
Qui iugum semel recepit, non potest de eo queri.
Qui potest seruire nulli est omnium liberrimum.
Qui potest sibi esse seruus seruiat cur alteri?
Qui sibi imperare nescit iure seruit alteri.
Qui simul iugum recepit, non vbi vult excutit.
Quisque honori, quisque nummis, quisque seruit corpori.
Quos voluptas ac cupido possidet, seruos scias.
Sæpe cunctam seruitutem qui fugit, sibi dedit.
Sæpe hero seruus fit auctor cum altero certaminis.
Sæpe nummos quasi libellum fert, qui hero seruus placet.
Serui herum à cæde abstrahentes vi mera, seruant herum.
Serui herum à male tenentes seruiunt fide optima.
Serui herum à noxa abstrahentes, præmium haud pœnam merent.
Seruiat multis necesse est carus esse ijs si cupit.
Seruiat superna oportet infera omnis regula.
Seruiat tandem necesse est lingua cui liberrima est.
Seruiens ceruice curua est, fert nec erectum caput.
Seruientium redundat in dominos iniuria.

Seruit

Seruit is qui inuitus atq; non volens quidquam facit.
Seruit is qui non sua vltro viuit ex libidine.
Seruit orbis omnis: vnus liber est in eo sophus.
Seruit vsque & vsque honeste, seruus est qui temporis.
Seruitus aperta peior quam decemplex dedecus.
Seruitute in omni aperta libera morti via est.
Seruituti inseparatus iungitur comes timor.
Seruitutis nomen ipsum, mortem amari vltro facit.
Seruitus quæ non oportet victa per vim sustine.
Seruitus vbi est, ibiq; multa contumelia est.
Seruiunt oculis herorum cuncta quæ haud sunt libera.
Seruiunt quibus tuenda creditur populi salus.
Seruus ad virtutis ægre templa se duci sinit.
Seruus annum erit per omne, mortis est cui timor.
Seruus es nullius vnius seruus es si legibus.
Seruus est haud liber vna cui voluptas imperat.
Seruus est heri minister, seruus est censor sui.
Seruus est nemo, esse mentis qui potest seruus suæ.
Seruus est opiniones cui nimis vulgi placent.
Seruus est quicunq; peccat, liber est omnis probus.
Si bonos vis esse seruos, ipse seruis sis bonus.
Si libet quo abire seruo non tamen licentia est.
Siue hero reiue seruis, est idem, nil interest.
Tantum oculis placere quærit seruitus herilibus.
Tempori serui omni & omne seruiet tempus tibi.
Tristior quacunq; morte quæq; seruitus viris.
Victa vi quæ non oportet seruitus ehei sustinet.
Vxor in seruos mariti lenit iram commoda.
A morte quidnam dura differt seruitus.
Anteire seruus non potest herum suum.
De rege fieri mancipium, miserrimum est,
Et seruierunt sæpe Regum liberi.

Incur-

Incurua ceruix seruulis est omnibus.
Infestum heris est omne se uorum genus.
Loro alligari se vetus non fert canis.
Malim mori quam s ruitute conteri.
Mussare serui est: Libere loqui v.rum.
Natura seruum nemin m soj ed rs facit.
Obliqua ceruix vsq; seruientium est.
Placere solum oculis heri vult seruitus.
Princeps bonus seruus vocandus publicus.
Qui seruitutem non amant tam.n ferunt.
Quicunque mortem despicit, seruum neges.
Quicunq; seruit nemini rex omnium est.
Sardi vanales alius alio nequior.
Serui sequuntur quilibet mores heri.
Seruilem habe gaza nimus qui addicitur.
Seruire cali summa libertas Deo.
Seruire disce tempori euictus malis.
Seruire legi, seruitus liberrima est.
Seruire malle quam mori ignauiss mi est.
Seruire mente nemo seruus cogitur.
Seruire mente serui:utis vltima est.
Seruire multis sortis est miserrima.
Seruire natus, si imperat, male imperat.
Seruire nemo cogitur qui audet mori.
Seruire seruis non nouum est regem suis.
Seruire seruo serue si S. pis caue.
Seruis caput nullum est nec vlla autoritas.
Seruis bonis male est, vbi haud bene est hero.
Seruit Deo malus vir, assentit bonus.
Seruit Deo quicunq; seruit legibus.
Seruit ne quisquam cui licet sano mori.
Seruo fideli debita est benignitas.

Seruo

Seruos herosq; vita sola factitat.
Seruum nega qui mortem obire non timet.
Seruum nego mortem potest qui temnere.
Seruus bonus possessio electissima est.
Seruus bonus, si liber est, fit pessimus.
Venire vis ad magna paruus? seruias.

SILENTII

Ecquis aduersus volentes hiscere audeat viros.
Alterum silere quod vis, ipsemet prius sile.
Arduum est verba apta pennis continere pectore.
Arduum hominis tempus tamen vocis ac silentij est.
Aut loquare quod necesse est, aut foue silentium.
Efficacius silentium est probis loquentia.
Exequi laudes supremas tus sacro silentio.
Imperat loqui, dolori qui imperat silentium.
Linguæ placere se tuetur? pulcrius silentium.
Magna sustinere nescit cui graue est silentium.
Multa sunt bona, at profectoris silentium optima est.
Nemini non percolendum est silentium.
Pessimum est signum in dolore maximo silentium.
Pœnitentiæ pudenda nil inest silentio.
Primus in rebus gerendis est locus silentio.
Quod rosa est clausa, idquoq; est mens tecta sub silentio.
Tempore ac loco proprium pulcra res silentium est.
Vinculum optimum gerendis rebus est silentium.
Vnicum silentium omni est absq; pœnitentia.
Vrbem Amyclas dum facerent perdidit silentium.
Vtile est senis iuuentaq; vtile est silentium.

Atten-

Non coacte at arbitratu seruias Deo tuo
Num ni seruire summo, summa gl. riatio est.
Qui Deo ser ire gestit, preparet se omni malo.
Qui Deo seruire non vult, mille nactus est heros.
Qui Deo seruit, dominatur orbis omnibus bonis.
Qui Deo vni est seruus, orbis vniuersi est regulus.
Qui iugum subire non vult Numinis, fert dæmonis.
Sic tuos habeto seruos, vt decet seruum Dei.
Ciuium ad certam salutem rex minister est Dei.
E rege factus seruus, haud seruit bene.
Principum est leuare pressos seruitute iniuria.
Regibus persæpe & ipsis seruiendum tempore.
Regium seruire ducunt Principes vt imperent.
Rex bonus nil est nisi ampla seruus vrbis publicus.
Seruit omnis imperator, seruit, at regaliter.
Seruus est sibi tyrannus, rex saluti ciuium.
Suetus imperare vix fert seruitutis dein iugum.
Absq; damno libertatis seruiendum & alteri.
Absq; pane præmioq; serua plebs nemini est.
Absq; seruo vixit æuum omne Stoicus Zeno.
Alteri seruire, res est vnam fortis quam haud queat.
Alteri seruire qui scit, seruiet si vult sibi.
Alterius periculose iudices deseruulo.
Bruta res est sensu & omni destituta, serui us.
Cogitur seruire cunctis qui sibi male imperat.
Cogitur seruire nulli seruus est qui legibus.
Cogeris seruire nulli, seruus ipse si es tuus.
Colla sunt retorta seruis: libero erectum est caput.
Corpori inseruire sueuit non homo ipse, sed pecus.
Corpus est, anima estq; seruo par meliorue hero suo.
Corpus etsi seruum, at esse mens potest liberrima.
Cum res male est heri, nemo non seruus dolet.

Ecquis

Ecquis est in orbe, seruus qui suis non seruijt?
Es supra omnem seruitutem seruus ipse si es tuus.
Fortitudo seruitutem pestem sanus timet.
Fundo in seruus superno seruiat, vel demigret.
Gloria atque honore pollens seruus ciuium es seruus.
Gloria famaque seruuus seruit aetatem integram.
Haud suum, ast herile seruus conficit negotium.
In periclo constitutus qualibet seruus timet.
Induas seruilitatem vilitatemque exues.
Laus heri est decusque quidquid perpetrat seruus boni.
Libero vltimum malorum seruitus est omnium.
Libero parere seruis, res miserrissima est.
Mauelim seruire amanti quam imperare ceteris.
Mente seruus destitutis iure heri sui in manu est.
Moribus serui se herorum parte magna accommodant.
Mortem honestam seruituti cuilibet praefert probus.
Multa seruum scire oportet, sed loqui paucissima.
Ne manum expectes herilem serue, age vltro quod decet.
Nemini imperare praestat quam cui esse obnoxium.
Neminem natura seruum fecit, infortunij est.
Nemini non seruo honestum est pro suo domino mori.
Nemini seruire si vis, seruias fac legibus.
Nemo hero praesente seruus sumpsit arrogantiam.
Nemo non seruire ciui mauelit quam villico.
Nemo se praestantiorem seruum habere vult domi.
Nil probum aut sanum est in animis seruientium sponte.
Non facit natura seruos, sorte fiunt à mala.
Non potest amare seruus quisquam herum minus probum.
Non potest seruus profecto esse melior quam ipse herus.
Non potest quis esse seruus cui voluntas libera est.
Non potest seruire fortis, sed potest fortis mori.

Incurua ceruix seruulis est omnibus.
Infestum heris est omne seruorum genus.
Loro alligari se vetus non fert canis.
Malim mori quam seruitute conteri.
Mussare serui est: Libere loqui virum.
Natura seruum neminem sojedrs facit.
Obliqua ceruix vsq; seruientium est.
Placere solum oculis heri vult seruitus.
Princeps bonus seruus vocandus publicus.
Qui seruitutem non amant tamen ferunt.
Quicunque mortem despicit, seruum neges.
Quicunq; seruit nemini rex omnium est.
Sardi venales alius alio nequior.
Serui sequuntur quilibet mores heri.
Seruilem habe gazae nimis qui addicitur.
Seruire coeli summa libertas Deo.
Seruire disce tempori euictus malis.
Seruire legi, seruitus liberrima est.
Seruire malle quam mori ignauissimi est.
Seruire mente nemo seruus cogitur.
Seruire mente seruitutis vltima est.
Seruire multis sortis est miserrimae.
Seruire natus, si imperat, male imperat.
Seruire nemo cogitur qui audet mori.
Seruire seruis non nouum est regem suis.
Seruire seruo serue si S. pis caue.
Seruis caput nullum est nec vlla auctoritas.
Seruis bonis male est, vbi haud bene est hero.
Seruit Deo malus vir, assentit bonus.
Seruit Deo quicunq; seruit legibus.
Seruit ne quisquam cui licet sano mori.
Seruo fideli debita est benignitas.

Seruos herosq; vita sola factitat.
Seruum nego qui mortem obire non timet.
Seruum nego mortem potest qui temnere.
Seruus bonus possessio electissima est.
Seruus bonus, si liber est, fit pessimus.
Venire vis ad magna paruus? seruias.

SILENTII

Ecquis aduersus volentes hiscere audeat viros.
Alterum silere quod vis, ipsemet prius sile.
Arduum est verba apta pennis continere pectore.
Arduum homini temperamen vocis ac silentii est.
Aut loquare quod necesse est, aut soue silentium.
Efficacius silentium est probis loquentia.
Exequi laudes supremas tus sacro silentio.
Imperat loqui, dolori qui imperat silentium.
Linguae parcere si tuetur? pulcrius silentium.
Magna sustinere nescit cui graue est silentium.
Multa sunt bona, at profectoris silentium optima est.
Nemini non percolendum est silentium.
Pessimum est signum indolore maximo silentium.
Poenitentiae pudenda nil inest silentio.
Primus in rebus gerendis est locus silentio.
Quod rosa est clausa, idquoq; est mens tecta sub silentio.
Tempore ac loco proprium pulcra res silentium est.
Vinculum optimum gerendis rebus is silentium.
Vnicum silentium omni est absq; poenitentia.
Vrbem Amyclas dum facerent perdidit silentium.
Vtile est seni, iuuentaeq; vtile est silentium.

Atten-

Incurua ceruix seruulis est omnibus.
Infestum heris est omne seruorum genus.
Loro alligari se vetus non fert canis.
Malim mori quam seruitute conteri.
Mussare serui est: Libere loqui virum.
Natura seruum neminem fecit, fors facit.
Obliqua ceruix vsque seruientium est.
Placere solum oculis heri vult seruitus.
Princeps bonus seruus vocandus publicus.
Qui seruitutem non amant tamen ferunt.
Quicunque mortem despicit, seruum neges.
Quicunque seruit nemini rex omnium est.
Sardi venales alius alio nequior.
Serui sequuntur quilibet mores heri.
Seruilem habe gazae nimis qui addicitur.
Seruire caeli summa libertas Deo.
Seruire disce tempori euictus malis.
Seruire legi, seruitus liberrima est.
Seruire malle quam mori ignauissimi est.
Seruire mente nemo seruus cogitur.
Seruire mente seruitutis vltima est.
Seruire multis sortis est miserrima.
Seruire natus, si imperat, male imperat.
Seruire nemo cogitur qui audet mori.
Seruire seruis non nouum est regem suis.
Seruire seruo serue si scis caue.
Seruis caput nullum est nec vlla auctoritas.
Seruis bonis male est, vbi haud bene est hero.
Seruit Deo malus vir, assentit bonus.
Seruit Deo quicunque seruit legibus.
Seruit ne quisquam cui licet sano mori.
Seruo fideli debita est benignitas.

Seruos

Seruos herosq; vita sola factitat.
Seruum nega qui mortem obire non timet.
Seruum nego mortem potest qui temnere.
Seruus bonus possessio electissima est.
Seruus bonus, si liber est, fit pessimus.
Venire vis ad magna paruus? seruias.

SILENTII

Ecquis aduersus volentes hiscere audeat viros.
Alterum silere quod vis, ipsemet prius sile.
Arduum est verba apta pennis continere pectore.
Arduum homini temperamen vocis ac silentij est.
Aut loquare quod necesse est, aut soue silentium.
Efficacius silentium est probis loquentia.
Exequi laudes supremas tus sacro silentio.
Imperat loqui, dolori qui imperat silentium.
Linguane placere se tuetur? pulcrius silentium.
Magna sustinere nescit cui graue est silentium.
Multa sunt bona, at profecto res silentium optima est.
Nemini non percolendum est silentium.
Pessimum est signum in dolore maximo silentium.
Pœnitentia pudenda nil inest silentio.
Primus in rebus gerendis est locus silentio.
Quod rosa est clausa, idquoq; est mens tecta sub silentio.
Tempore ac loco proprium pulcra res silentium est.
Vinculum optimum gerendis rebus est silentium.
Vnicum silentium omni est absq; pœnitentia.
Vrbem Amyclas dum facerent perdidit silentium.
Vtile est seni, iuuentaeq; vtile est silentium.

Atten-

Seruos herosq; vita sola factitat.
Seruum nega qui mortem obire non timet.
Seruum nego mortem potest qui temnere.
Seruus bonus possessio electissima est.
Seruus bonus, si liber est, fit pessimus.
Venire vis ad magna paruus? seruias.

SILENTII

Ecquis aduersus volentes hiscere audeat viros.
Alterum silere quod vis, ipsemet prius sile.
Arduum est verba apta pennis continere pectore.
Arduum homini temperamen vocis ac silentij est.
Aut loquare quod necesse est, aut foue silentium.
Efficacius silentium est probis loquentia.
Exequi laudes supremas sus sacro silentio.
Imperat loqui, dolori qui imperat silentium.
Linguam pellere se tuetur? pulcrius silentium.
Magna sustinere nescit cui graue est silentium.
Multa sunt bona, at profectoris silentium optima est.
Nemini non percolendum est silentium.
Pessimum est signum in dolore maximo silentium.
Pœnitentia pudenda nil inest silentio.
Primus in rebus gerendis est locus silentio.
Quod rosa est clausa, idquoq; est mens tecta sub silentio.
Tempore ac loco proprium pulcra res silentium est.
Vinculum optimum gerendis rebus est silentium.
Vnicum silentium omni est absq; pœnitentia.
Vrbem Amyclas dum facerent perdidit silentium.
Vtile est senibus iuuentaq; vtile est silentium.

Atten-

Canis cani est, bos est boui pulcerrimus.
Et concolores conuolare amant aues.
Lactuca quauis par sibi inuenit labrum.
Lupus lupum cognoscit, & furem sagax.
Mentis mala nil non potest germanitas.
Mysos Lydosq; meta sit quæ separet.
Natura cuiq; in altero placet sua.
Nil simio commune cum testudine.
Procliuiter par congregatur cum pari.
Respondet ipsi filius fere patri.
Similes habere labra lactucas solent.
Statim nocens se copulat nocentibus.

SIMPLICITATIS.

Est amica Veritati simplicitas, est Gratia.
Hostis est mendacio atq; fraudibus simplex tenor.
Nemo amat homines bilingues: cuilibet simplex placet.
Omne laruatum, omne mendax est inimicum simplici.
Semper est simplex & vna veritas, nunquam duplex.
Simplicis secutor aqui nusquam audit non bene.
Simplicis sermonis aura veritatis propria est.
Veritati valae amatur simplicis dos ac pij.
Vnicus simplexq; semper veritatis est tonus.
Simplex dolosa fraude semper abstinet.
Simplex nimis, comes fere est amentia.
Simplex vocatur quisquis ad malum est piger.
Simplicitas alma, alma est vecordia.

SIMVLATIONIS AC DISSIMVLATIONIS.

Principi oris atq; cordis semper est concordia.
Qui simulat rex dissimulatq; multa peior est bono.
Quidquid ore promit, illud corde sentiat rex probus.
Regis haud est, imo vix est ingenui simultas.
Rex Leo est, quod fronte magna corda aperta gestitet.
Turpe quid fari regem mente quod sentit minus.
Vnicum tiara fronti duplici breue est nimis.
A virili pectore omnis segregata est simulatio.
Absq; mente polypi, amicus nemini manes diu.
Ambidexter versipellem se facit quando libet.
Artifex doli profatur vnum, sentit alterum.
Aut simulare aut dissimulare nescit atas iunior.
Aut simulet quis dissimuletue, ne pericula incidat.
Ah homo quantum bilinguis sæpe concinnit mali.
Dissimulans simulansue non est liber, at cliens merus.
Dissimulatio fidelis est soror doli mali.
Dissimulatio sodalis gnaua diffidentia est.
Dissimulatio tegenda est, vti ea si apte velis.
Duplices tectasq; mentes vulpium quisnam probat.
Duplices tectasq; mentes nemo amat, nisi & duplex.
Duplices tectasq; mentes, odi vt Orci carceres.
Ecqua lingua interpretatur cogitata pectoris?
Ecquis qui corde sentit ore quod fatur palam.
Et Leo Vulpesq; ouillo conteguntur vellere.
Et simulare ac dissimulare dedecet vere probos.
Et simulare & dissimulare fas salutis gratia.

Et

Et simulare & dissimulare publica pro re licet.
Ficta cuncta, ut flos in herba derepente succidunt.
Hactenus simulare fas sit, pellat ut dolum dolus.
Improbe simulatio ensis fiat, at scutum probe.
In simulando ac dissimulando multa vis mendacij est.
In simulando ac dissimulando plurimum prudentia.
Mentem animi in primore fronte quilibet gestat probus.
Menti amicorum te adapta, more Polypi vafer.
Nemo non diuersa lingua promit, atq; intus premit.
Nemo non in ore mella felq; in abdito gerit.
Nemo sensa cordis ore, nemo fronte expectorat.
Nil vetat agere in periclis constituto polypum
Obijcit sese ictum ad omnem qui ore pectus publicat.
Odi eum cui mens ab ore clausa aperto dissidet.
Odi eum qui aliud profatur, ore quam mens cogitat.
Ore vel plerumq; promunt, cor quibus fel est merum.
Peior Orco est qui ore promit mella, corde fel premit.
Pessimos habeto, quorum mens ab ore dissidet.
Polypus colore saxa quæ premet statim refert.
Polypus mutat colorem lege sub loci suum.
Polypus petræ colores obtinet queis adsitus.
Rara cuiq; vox ab imo promitur mentis sinu.
Rarus est qui promat voce mens quod intus cogitet.
Quisquis est bilinguis idem deuorator hospitum est.
Sæpe mel merum loquetur, tota mens fellea est.
Sæpe opus cum fraudulenta vulpe vulpinarier.
Sensa cordis ore promens omnium plagis patet.
Sperne amorem versipellis: non amat te, sed tua.
Verba profer ore blanda, corde quando cogites.
Versipellis esto, amicus esse si cupis diu.
Vir duplex verum ore profert, corde falsum cogitat.
Vna aquam manu altera ignem quilibet fert improbus.

Aliud solet sentire quisq; aliud loqui.
Amplectitur quem vult necare polypus.
Composita verba sæpe cordi discrepant.
Fucat venena melle tetra subdolus.
Malo esse ius est congreges inter malos.
Paucissimi ore proferunt mentis tonos.
Quis mente voluit, voce quod sua annuit?
Quis ore mentis exprimit tecta graphen.
Quod corde sentit dicat ore rex probus.
Regnare nescit dissimulandi nescius.
Semper sub ictu degit oris simplicis.
Sentire aliud, aliud loqui, bilinguium est.
Sentire idem fariq; rarior solet,
Si iunctus es cum vulpe vulpem fac agas.
Simulatio omnis, indolis nota est mala.
Simulationi cuiq; inest mendacitas.
Vertumnus esse id omne quod libet solet.
Vox rara sensus interpretatur pectoris.
Vti foro qui commode potest, sapit.

SIMVLTATIS.

Ciuitatum omnis simultas, virium à fiducia est.
Ciuitatum opes simultas dissipat quantaslibet.
Fit minor simultas, hinc & inde si silentium est.
Et simultas finienda fine vitæ qualibet.
Et simultas veritatis destruit sanctum decus.
Impios trahit simultas, sed pios virtus magis.
Nascitur cito simultas, non cito denascitur.
Nobilesq; diuitesq; sunt simultatum mare.

Non

Non habet modum simultas cum propinquos occupat.
Omnis est acris simultas, proximorum acerrima est.
Par simultati est, officium tempore exhibitum haud suo.
Pauperes ditat simultas longior potentium.
Plurimum mali simultas quaque fert vtrinsecus.
Plus minusq; vrbe quauis, est simultatum parens.
Qualibet sese simultas facto & vsu detegit.
Soluitur certe simultas morte cum ipsa & hostibus.
Vanus est Vatiniorum quem simultates coquunt.
Vrbium nulli simultas, aut honori est, aut Bono.
Bellum ac simultas quidlibet mali excitant.
Etiam simultas eleuatur tempore.
Fratrum simultas est suo absq; termino.
In his simultas desinat, queis nascitur.
Regum simultas, vrbium concussio est.
Vbi est simultas, est ibi dissensio.

SINCERITATIS.

Absq; fatali inuenire nusquam malo bonum est.
Absq; mixtione non est aut malum vspiam aut bonum.
Corporis sint sana membra, sana, itemq; alacria.
Cuncta mellis atq; fellis coniugata sunt iugo.
Falsa quæ sunt non diu durant: permanet sinceritas.
Haud queas bonum inuenire cui nihil mali additur.
Malim inimicum quam esse amicum cui placet bilinguitas
Melle constat atq; felle mixtio mortalium.
Mixtione fellis atq; mellis vita ducitur.

Kk 3

Nec sis vel cum pessimis sis, sed nec absq; pessimis.
Nemini mel absq; felle creditur mortalium.
Nemini mel absq; felle largiuntur numina.
Nil in orbe immune labis aspicit Phœbi iubar.
Nil salutare est eidem quin comes sit noxium.
Nulla sincera est voluptas si dat aut damnum aut malum.
Quod fluit natura ab ipso fonte sincerissimum est.
Simplici sermone amico expedire, æquissimum est.
Tam bonum nil est, acerbi portio quin sit sua.
Tam boni nil, portionem quin ferat suam mali.
Tam mali nil, portionem quin ferat suam boni.
Immune labis sub rota Lunæ nihil.
Mali boniq; semper est commixtio.
Mixtum doloris poculo omne orbis bonum est.
Sinceritas ubi est, adest tranquillitas.
Condire potum maxime solet sitis.

SOBRIETATIS.

Sobrium voti ire ab ore regis haud lætum, nefas.
Sobrium voti redire tristem ab aula, non decet.
Sobrium voti remitte rex ab aula compotem.
Ad bibendum é fonte lympham pro scypho valet vola.
Corpore atque mente nil est sobria præstantius.
Nemo cælum nemo stellas aspicit quam sobrius.
Nil sonat boni poeta cui Lyæus displicet.
Sicca res nunquam putrescit: humidum vdio vel die.
Sobrie fortuna habenda est omnium prosperrima.
Sobrietas sibi alteriq; temperi omni commoda est.

Sobrij

Sobrij est iugare Lymphas inuerecundo Deo.
Sobrijs deiecta f ons, & vultus intuens humum.
Sobrijs mens leua, septuosa, sincerum nihil.
Sobrios siccosq; nunquam cruda circumstant mala.
Tu pe abire à rege tristem supplicantem aqua ac bona.
Dul i mero fugantur ægritudines.
Lympha sititor mente lymphari solet.
N l sat bibaci est: sob io nil est parum.
Siccis acerba semper incubant mala.

SODALITATIS.

Nihil Deō cum non-b nis commercij st.
Nil habet cæleste num n cum mal s commercij.
Maior est regno sodalem ferre qui regni potest.
Aut pares sumit faci ue quoslibet sodalitas.
Consulunt plures sibi ipsis quam suis sodalibus.
Contubernium omne præda scindit in partes duas.
Efficiunt malorum malos falsa contubernia.
Est bonis inimicus, vltro qui malis se copulat.
Et malorum adulteratur optimus commercio.
Fac sodalem te beatis, fac sodalem proximis.
Fert malum æquius miseldus, miseriorem cum videt.
Inquinat e mores honestos improbi sodalitas.
Illico sodalitatis glutino iungit pares.
Inuenit pares gradu omnes, vel facit sodalitas.
Multa negligunt ministri dum alterum alter respicit.
Naufragio cupit perire cum malis qui nauigat.
Nemo non perire mauit cum altero quam vni sibi.

Rarior securitatis est metusq; copula.
Scire vis sit quisq; qualis? ad sodales respice.
Se quis est sodalitati perditorum qui dedat.
Sede non consistit vna luxus ac modestia.
Seruienti conuenire non solet superbia.
Vel tua est sodalis vmbra, tu vel vmbra es illius.
Nemo vult habere amicos calamitate nobiles.
Non potes malo esse amicus, quin inimicus sis bono.
Non potest bono esse amicus, qui malis se vltro applicat.
Non potest vno esse luxus sub iugo & modestia.
Notus est sagax sagaci sicut & lupo lupus.
Nullus boni est, sodale quis caret dulcis sapor.
Obrutus cælo fuisset ipse Atlas sine Hercule.
Omnis est ingrata, amicis quæ caret felicitas.
Perditis nemo sodalem se facit, sed floridis.
Plurimis sodalitatis portus infidus fuit.
Plurimum quibusq; prodest in malos sodalitas.
Portus est malus sodalis prauus: hunc ergo fuge.
Præda contubernium vnum scindit in partes duas.
Præda ouis lupo parata est quæ suum liquit gregem.
Qualis est tibi sodalis, talis ipse crederis.
Qui queant coire mores sub iugum vnum dispares.
Quis suam scabiem affricare non cupiuit alteri?
Quisq; talis est, amicus qualis eius arctior.
Quod bonum vere est, id vnis adplicat sese bonis.
Quos diu virtus frequentat reddit & sibi pares.
Quoslibet sumit facitue compares sodalitas.
Agni ac leonis nusquam est sodalitas.
Aut sumit aut facit pares sodalitas.
Boni maliq; nulla durans copula est.
Malus sodalis, portus infidissimus.
Minus dolet socios doloris qui aspicit.

Nullius

Nullius boni sine socio suauis est possessio.
Nunquam à malo seiungitur diu bonum.
Nunquam coibunt Error ac prudentia.
Pares facit vel accipit consortium.
Patitur potestas nulla consortem sui.
Qui condolet partem leuat molestiæ.
Semper pares quærit sibi felicitas.
Sodalitas mali male solatium est.

SOLIS.

Sol Dei parma est timorem qui incutit gigantibus.
Discutit malum, bonumque diu maiestas fouet.
Esto rex Sol, ac colore luceque omnibus proba.
Nec duos fert terra soles, nec duces regnum duos.
Rex, vbique & vsque sis Sol, discute ac foue omnia.
Rex, velut sol, non amatur ni bonum sit publicum.
Sint pares soli imperantes, qui fouet, qui discutit.
Sol quod est in cælo, in orbe rex suo esse optet bonus.
Sol quod est orbi atque Luna, rex & vxor sit suis.
Solem agit Princeps, latere nullibi quemquam potest.
Solis instar, rex sit idem diuiti qui pauperi.
Solis vt iubar, latere sic diu Princeps nequit.
Absque cæcitate nemo longius solem inspicit.
Auctor omnium bonorum Sol homullis post Deum.
Clarius quocunque Sole vitæ fulgurat pij.
Cuncta vitam mutuantur solis almo à lumine.
Mane Sol rubet, pudore noctis ob nostrum scelus.
Mercurij erro es, longe ab ipso Sole non abis tamen.
Nemo luna astrum requirit solis vt lucet iubar.

Non potest solis latere, sudum vbi vndique est, iubar.
Nondum adhuc soles dierum occiderunt omnium.
Ob merum scelus dici Sol rubet iam vesperi.
Ob scelus mundi erubescit mane sol ac vesperi.
Quod nubes Sol mane, quodque vesperi, Orbis.
Sæpius se sol videndum præbuit post nubila.
Sol aquam dulcissimam haurit sol trahit leuissimam.
Sol quod est in cælo, in vrbe quilibet sua est probus.
Sol quod est in Vniuerso, corpori est mens cuilibet.
Sol sub vndas quot diebus fertur vt purget caput.
Sol vt occumbit serenus atra nox sequi solet.
Sole ab vno Sidera omne lumen hauriunt suum.
Sole clarius piorum vita quauis emicat.
Solis ad iubar latere siderum solet pudor.
Solis exortu omne Sidus noctis in peplo latet.
Solis igne lnix liquatur, putre durescit solum.
Solis occasum vsquequaque, furua non supirueniet.
Stella quamuis prima, Solis ad iubar primum fugit.
Ver, Hiems, Autumnus, Æstas, Sol es, imo es omnia.
Crescis pereundo Phœbe, crescendo peris.
Cui Sol adest, is Delia non supplicat.
Die sereno non latet Solis iubar.
Inuisa Phœbo Luna, pars Phœbi tamen.
Lucente Sole Luna nulli quæritur.
Non est Deus Sol, est oculus magis Dei.
Præsente sole nemo lucerna indiget.

SOLATII.

In Deo solatium ingens inque conscientia est.

O bea-

O beatum cuius vnum est in Deo solatium.
Tarda sunt quidem Dei, at non vana item solatia.
Rex bonus totius orbis publicum solatium est.
Alterum solari vt ausit, qui ipse eget solatiis?
Est probus commune mundi totius solatium.
Est malis solatium ingens, nosse sortem vltro suam.
Et malus solator omnis qui ipse eget solamine.
Est duplex ærumna quouis quæ caret solatio.
Non potest felix vocari sollicitudinis cliens.
Pars mali recens dolenti & ipsa sunt solatia.
Magnus dolor solatium omne respuit.
Solare semper tua mala alienis malis.
Memoria bonorum est in malis solatio.

SOLERTIÆ.

Cuncta ne nimis sagaci fideris solertiæ.
Cura vbi est laborq; quiduis perficit solertia.
Quod volatus est aui, hoc est cuiusue homini solertia.
Obtinet tentando quiduis pertinax solertia.
Ad res malas fabra est item solertia.
Humana nil non perficit solertia.
Multum potest vis, sed minus solertia.

SOLITVDINIS.

Nil facit loci horror: vna mente vult coli Deus.
Si Deum inuenire gestis, quære solitudinem.

Absq; amico dulce nulli solitudo aut otium est.
Ad nefas patrocinatur solitudo deuia.
Auias diuina quærit Sophia solitudines.
Contubernalem superbiam aio solitudinis.
Hunc neges solum esse, virtus multa cui cingit latus.
Ne quidem vllum solitudo clam diu sinit scelus.
Nunquam erit solus qui amicus esse iam cœpit sibi.
O quam amica solitudo est odio habentibus malum.
Qui locis latet reclusis vix bene audit publice.
Qui locis viuit remotis, viuit innocentius.
Solitudine otioq; nil negotiosius.
Solitudinem aucupantur atra bilis quos tenet.
Solitudinis nefanda sic tamen fiunt palam.
Solus haud est Musa multa cui duplex cingit latus.
Raro optime audit solitudinarius.
Si spiritus desit locus nil adiuuat.

SOMNI.

Dedecus summum imperanti, noctis integra sopor.
Dormiat licet mouere caudam amat semper leo.
Et soporatus profunde ventilat caudam Leo.
Imperatori pudendus somnus est longinquior.
Integram dormire noctem qui potest, regem nega.
Integras dormire noctes imperator non solet.
Non decet marcere somno pectus Atridæ ducis.
Non capit somnum profundum calcita vlla regia.
Non sinit dormire summos cura longius duces.
Nullus est duci absq; cura somnus inter milites.
Plurimi ne sit soporis imperator omnium.

Princi-

Principium somni inquieti, principum somni breuis.
Quatuor vix dormit horas cura rei cui publica est.
Regia in sponda esse somnus non potest securior.
Regio dormire lecto non licet noctem integram.
Regio nullus cubili longius durat sopor.
Regium ad Cubile somnus si venit, breuis venit.
Sit breuis somnus cibus'que parcus imperantibus.
Turpe noctem stertere omnem ciuium altos præsides.
Turpe noctem stertere omnem militum probo Duci.
Cum Deo relinque somnum, cum Deo somnum pete.
Dormiens nil ab sodali nedum vt à Deo auferat.
Artifex summus nouorum quisq; somnus orbium est.
Ab'q; somno est acquiete quem recens vexat dolor.
Arduum dormire noctu feminæ absq; coniuge.
Cum periculo excitatur fortis è somno Leo.
Cura quem dolat dolorq; somnolentus vixerit.
Cura vbi est, ibi esse somnus non potest profundior.
De die lassis tenere longior somnus solet.
Dormiunt noctem per omnem quos fatigauit Dies.
Ebrium excitare somno procreat tibi malum.
Est sat horas quinq; noctis si Senator dormiat.
In diem altam nemo dormit, quam nepos profusior.
Integras dormire noctes haud boni politici est.
Largiore somno amantum nemo circumcingitur.
Lectum ama qui non relinquit corporis vestigia.
Longior somno ipsa somni est cura somniantibus.
Longius dormire nescit cura quem recens conterit.
Mens sopore fota noctis, mane quauis expedit.
Mens vbi somno tenetur quisq; sensuum est vigil.
Nemo non anteambulonem somnum habet mortis suæ.
Nocte somnus omne reddit quidquid excepit die.
Non potest dormire nocte somnus est cui de die.

Non solet dormire longum qui cubat nudus humi.
Nullus somnum profundum fert Senatoris torus.
Omnibus somnus perennis debitus mortalibus.
Optima est, peiusq; dormit, diuitis coniux auus.
Optimum est dormire somnos lassitudo vbi vocat.
Pendet a bono [illegible]toris tota corporis salus.
Plurimum prodest saluti somnus ægrotantium.
Quei queat dormire noctu, de die qui dormiyt?
Qui die dormit vigilq; est nocte, vertit tempora.
Qui nequit dormire noctu dormit vtiq; de die.
Quid patrabit laude dignum vita somno languida?
Quis ferat dormire in horam tertiam aut quartam suos.
Quisq; partem dimidiam sui dormiendo transigit.
Sit breuis somni necesse est longa cura quem coquit.
Somni in humanos tyrannis omnium suauissima est.
Somnus ad fontem fluentem, somnus optatissimus.
Somnus auroram sub ipsam cuilibet fit gratior.
Somnus est res delicata constitutis in malo.
Somnus occupare mæstas partius solet domos.
Terra mollem dura somnum præbet à laboribus.
Vis tibi vitam esse vitam: dimidiam somno occupes.
Viuere id tempus videmur quo sopor nos non habet.
Vix subit somnus pm ites cura vbi diuertitur.
Condire somnum usita ac labor solet.
Cura absq; somno est: curiosus excubet.
Cura atq; somno vix idem est cubiculum.
Domare somnus cuncta quit: curam excipe.
Dormire longum nocte res haud regia est.
Dormit male, est bene, vxor est cui dis auus.
Imago certa mortis est somnus iners.
Marcere somno pectus haud decet Ducum.
Medicina somnus omnium ægritudinum est.

Mulcere curas ipsa nox solet graues.
Non iciuntur dormientes fulmine.
Nox ipsa mentis sola solatur graues.
Omnes semel somnus manet perennior.
Rarißimi cubile somni regium est.
Somnus cuiq; mortis est ante ambulo.
Somnus virorum lenis est agrestium.
Somnus vnicuique mundum somnianti sufficit.
Vix viuit is quem iugis occupat sopor.

SOMNIORVM.

Fallor? an qui amant sibi ipsi luce fingunt somnia.
Imperita gens Sabina somniat quidquid cupit.
Laruataque altos somnia incutiunt metus.
Militem ducas quo oportet obsequentem somnijs.
Nemini non mundus alter ad manum est cum somniat.
Nemo somniat quin orbem fabricet sibi nouum.
Nemo non nouum sibi orbem condit inter somnia
Nemo non peculiarem mundum habet iam somnians.
Quilibet vita sua aqua nocte somnia cernit.
Quisq; habet domi suum orbem singulatim somnians.
Rem iuuentus quin equestrem tractat inter somnia.
Sæpius futura numen indicant per somnia.
Somnia euentu probantur pauca, plura nil notant.
Somnio persæpe plus dux quam ratione promouet.
Somniat Sabinus omne blandus error quod parit.
Somniator quisque mundum fingit & sibi nouum.
Spes metusque somniorum sunt parentes omnium.
Tot noui nascuntur orbes cuilibet quot somnia.

Visa noctis dira, curis pectus vrunt auxium.
Vita tota tota Vita nil merum quam somnium est.
Cur somniorum inaniis prastes fidem?
Formido noctis sapius terret diem.
Quis somniorum ludicris prastes.
Vigilantis est spes somnium incertissimum.
Vir somnolentus sola somnia inuenit.

SOPHISTÆ.

Pallium at promissa barba non facit hominem sophum.
Praripit palmas sophista omnibus palponibus.
Rebus occupatus, huius non facit sophisticam.
Sophisticam artem qui colit, se non colit.
Vita cum sermone nunquam congruit Sophistica.
Mater sophistarum ipsamet tragœdia est.
Odi sophistam qui sibi non est sophus.
Sophista, busti tintinnabulum sui est.
Stringit sophista acumine, at non perspirat.
Vendi sophista non potest, emi potest.

SORTIS.

Quo locatus in statu orbis à Deo es, eum preme.
Sors humana cuncta Voluit, sed regit sortem Deus.
Principem circumstat ingens sortis augusta decus.
Absq; dote sortis omnis dos riget virtutium.
Absq; inimico est omni & hoste quem fouet sors blandior.

Alta

Alta mens nec insolescit sortis indulgentia.
Antagonistam inuenire non potest cui sors fauet.
Arduum est seruare sortis ius sua extra omnem aleam.
Auolat sors, hanc vtraq; ni manu pur premas.
Aura sortis punctula hora duplices infert vices.
Aurea Sortis catena sape fiunt ferrea.
Claritudo Sortis omnis vitreo fulget bono.
Cui cupit nocere sors, is vulneri cuiuis patet.
Cui fauet sors omne in auum nullo est sine aduersario.
Cui suus status videtur non bonus, nec est bonus.
Cuilibet mutationi quisque sors obnoxia est.
Cuilibet sua est molesta sors, placetq; nemini.
Cum renidet Sors, caueto fraudium cuniculos.
Cuncta dat fauor Quiritum prater ingenium bonum.
Cuncta secum vbiq; tollit sors sua à diuortio.
Detrahi dariue virtus sorte ab vlla non potest.
Dormienti retia implet Vrbibus sors prospera.
Ecqui haud innata sortis pœnitudo propria est.
Est pusilla mentis saltam ferre qui sortem nequit.
Fer gradum contra procacaces ardua sortis minas.
Fertur ad res insolentes Sors cui insolens fauet.
Gloriam optat militarem segnis otij cliens.
Hinc & hinc sortem modeste contine: aut statim auolat.
Immemor reciprocantis sortis, haud erit diu.
Immodesta & immodestam sors facit modestiam.
Impetres sorte ars magistra quod nequibat assequi.
In suo fere malignus quisq; iudex est foro.
Is sapit, nil pollicetur qui sibi sortis de fide.
Is sapit, se accommodare cuiq; sorti qui potest.
Lubricum sortis timeto, dum teneris prosperis.
Maxime sors illa durat cui quid additum mali est.
Multis est beatus auum qui latenter transigit.

N

Nemini nocere scit sors quam cui ante profuit.
Nemini non infideli mens ruinet sortis vitio.
Nemini non lis perennis sorte nato cum sua est.
Nemini præstat perennem Sors volubilis fidem.
Nemo ei aduersatur in quem sortis inclinat fauor.
Nemo ei aduersatur unquam læta cui sors est parens.
Nemo non cum sorte litem perpetem exercet sua.
Nemo non de sorte quæstus est sua, quamquam optima.
Nemo non hominum malignus sortis interpres suæ est.
Nemo non rebus secundis induit superbiam.
Nemo vel capit vel æqua mente fert sortem suam.
Nil reponit sorte in ulla, cuncta sed in se sophus.
Non necesse est sorte læta viuat ut semper sophus.
Non parum est calcare cuiuis sortis atræ turbines.
Non potest modum tenere sors cui supra modum est.
Non potest ulla interire sorte cultor Palladis.
Non solet sors una eundem calce dextera sequi.
Nulla sors est crebra cui non imminet mutatio.
Nullus aduersatur ulli cui fauet sors blandior.
Omne quod sors fert in altum, fert ut inde mox ruat.
Optima est sors multa paucis læta quæ auxit tristibus.
Optimam sperare sortem cuiq; fas post pessimam.
Optimum voue statum, at sors cunq; quem dabit feras.
Prima vita sors bene agere, altera audire optime.
Prodigis humana corda sors bonis inebriat.
Prospera in re sors timenda est omnium grauissima.
Purpuram atq; ebur curule domina campi Sors donat.
Quem mala haud unquam impetiuit sors, opes nescit suas.
Qui bonam scit ferre sortem dextere & mala feret.
Qui sapit, regnat, regna sortis, rex sui.
Qui supra sortem est, supra illum nulla iam esse res potest.

Quils-

Quilibet rebus se undis utris inflatur modo.
Quis velasse uno licetur dona sortis anxia?
Quisque dat sibi securis quisque gazas vir sophus.
Quisque sorti est alligatus vinculo insolubili.
Quisque sorti copulatus cum catenula sua est.
Quisque talis vulgo habetur, sorte quali praualet.
Quo serenior tibi est sors, hoc minus manet diu.
Quos habet sors obligatos plurimis versat modis.
Rara sors ad usque metam vexit illasum gradum.
Rarus est qui res iniqua mente quas habet ferat.
Regia indole usque & usque sors videtur utraque.
Regio ingenio fere uti sors bona at mala assolet.
Sape qui nocet nocere iam amplius sors non potest.
Sape sorti latiori sors grauis fecit locum.
Sape sortis decolorat optimos licentia.
Sceptra episque campi hera offert sors item immerentibus.
Sors n mis beata, sors est omnium vanissima.
Sors nouerca hebeti timetur: plus parentem horret sophus
Sors quibus fauet placere quisque damno auet, uo.
Sors ubi diuortit, aufert omne secum quod suum est.
Sorte prosperante quiduis exit in finem bonum.
Sorte sublata exitusque cuncta sunt latissimi.
Sortis est innata cuius pœnitudo propria.
Sortis est vitrum infidele, nec diu uno stat loco.
Sine leta siue laua sors, diu raro manet.
Sunt caduca ubique sortis arbitraria bona.
Tela sortis imminentis nemo lecta effugit.
Vt bona est sors, ut mala, orbis sic vocat bonum aut malum.
Infelicere nil sinit sorti sophus.
Concoctionis lata sors dulcissima est.
Consulta docta mille sors una obruit.

Cum sorte semper quisq; litigat sua.
Et summa sors sit omnium infimissima.
Ferri nequit re in laetiore verbere.
Ferri nequit rebus secundis flagrio.
Gaudet frequenti Sors vicissitudine.
Homo intumescit insolens rebus bonis.
In se licere nil sinit sorti sophus.
Incuriosi sorte reddemur bona.
Intra tuam maneto qui sapis cutem.
Non indiget, qui sorte contentus sua est.
Nusquam secunda res ferunt modestiam.
Oblita nunquam sors sua inconstantia est.
Odisse vitam sors caduca non potest.
Qua peior est sortem suam quisq; aspicit.
Qua mente quis polleat, sors arguit.
Quodcumq; casu contigit, sortem voces.
Quis sorte tristi amico amicum se exhibet.
Reciprocantis immemor sortis ruit.
Regnat, regitq; regna sortis rex sui.
Sors neutra pura est omnibus molestijs.
Sortem potest cauere, se-re qui potest.
Sortis procella turba mobilis sumus.
Spargitq; mortem laeta, laeua sors Dei.
Transuersa Sors acumen humanum rapit.
Virtute sortem qui sapit pessumdabit.
Vtramq; sortem suffer aequo vertice.
Vtramq; sortem temperat numen Dei.

SPE-

SPECTACVLORVM.

Gratiam captat popelli fingere spectacula.
Multum habent fere in recessu quæ minus pompa gerunt.
Nemo lautus est sibi ipsi, lautus est quisq; alteri.
Pace desinant cruenta ciuium spectacula.
Plurimum suapte vi stant, quæ minus pompa gerunt.
Quando finiuntur absq; præliis spectacula?
Sæpe pugna est sanguisuga nata de spectaculis.
Contentionum fœta sunt spectacula.

SPECVLI.

In speculo facies videtur: verba sed mentem explicant.
Liuo in ære contueri turpior rare solet.
Quod speculum cuiusque formæ est, hoc item menti merum est.
Specula sunt inuenta vt ipse quilibet se nosceret.

SPEI.

Est bis imo ter beatus, in Deo qui spem locat.
In Deo sperare suetus omne quod vult obtinet.
In Deum quicunq; sperat, nil facit, cuncta obtinet.
In Deum sperare mentis non nisi probissimæ est.
Optime spera in bona re: iusta promouet Deus.

Qui Dei nisus fauore est, spes haber semper ratas.
Qui Deo confidit vni spes sua nunquam excidet.
Absq; spe dimittere vllum ciuium regis nothi est.
Non sat est rex, quempiam à se qui absq; spe abire sinit.
Tempera timore spem rex esse qui cupis diu.
Additus spes est timori, sicut & spei timor.
Alleuatrix es dolorum spes laborumq; omnium.
Aura spei, ipsa fama est gnata lethi nescia.
Desinas sperare, quidquam quo potiri non licet.
Desinit sperare, quisquis iam timere desiit.
Dormiente Sorte, ne spes dormiat caue tua.
Duplicem pœnam meretur qui malum spe agit boni.
Ecquis est quin continenter spe metuue fluctuet?
Est inops qui spes habendi fine nullo terminat.
Est quidem spes intuenda, caussa sed spes magis.
Fretus esto spe perenni: non diu vno sors loco est.
Frustrata spes frequenter euadit furor.
In malis bene sperare nemo quam innocens potest.
Isperit quem spes reliquit frugis vt fiat bonæ.
Lumine est vtrique blanda spes, sed vsq; cras, ait.
Nemini non temperatur spe metus vel spes metu.
Ordinare longiores vita spes vocat breuis.
Ordinare vita curta spem iubet simul breuis.
Quæ futura sunt putantur spe velut præsentia.
Qui fouet spes immodestas, immodeste ijs excidit.
Quid de eo sperare poßis, nulla de quo spes fuit.
Qui latet turba in frequente nec metu nec spe.
Qui nihil sperat timetue, cernit infra se omnia.
Qui nihil sperat timetue est imperator omnium.
Quidquid est futurum id omne spes facit præsentius.
Quisque dum sperat timetque consenescit tabidus.
Sæpe spes frustratam veros in furores desinit.

Sit

Sit licet spes nulla semper alta mes sperat tamen.
Spem bonam propone menti quidpiam cum agis boni.
Spem mage inuenitur ipsam, quam spei caussam efferus.
Spes animi præsens dolentis pharmacum est mortalibus.
Spes auara terminari lugubri exitu solet.
Spes cui nulla est metusq; nullus, is par est Deo.
Spes doloris spes laboris dulce cuique pharmacum est.
Spes item malum supremæ subleuat penuriæ.
Spes nihil putat futurum: cuncta habet præsentia.
Spes parandorum bonorum fulgurans exordium est.
Spes pias adepta pennas nil nisi astra cogitat.
Spes vbi est inde esse longe non solet pallens metus.
Tam senex nemo est, vt vnum speret improbe diem.
Vinculum compingi in vnum Spes metusq; vix queant.
Vita non certa ordinare mente spes certas venit.
A spe fere omnis vita nostra pendula est.
Bauleat omnem opima spes molestiam.
Fallat fere Spes impudentem audaciam.
Frustrata spes frequenter euadit furor.
Nec viuit in spe nec metu sapientia.
Qui collocat suam in Deo spem, non cadit.
Qui spe bona se sustinet, raro cadit.
Spes cuilibet mortalium viaticum est.
Spe fauere nemo non solet sua.
Spei metusque iuge contubernium est.
Sperare oportet cuncta, nil Deo arduum est.
Spes est bonum, Spes est malum homini maximum.
Spes est diurnum somnium perquam leue.
Spes immodesta & immodesti est exitus.
Spes in malis est vsque at in bonis metus.
Spes præmij, laboris est solatium.

SP

SPIRITVS.

Et supra vulgum loquuntur spiritu afflati sacro.
Pectus vsq; est in tenebris absq; luce Spiritus.
Spiritus nunquam quiescit, spiritus semper viget.
Spiritusq; adest & absens rebus & præsens abest.
Sit alta vita, non item alti spiritus.

SPONSIONIS.

Sponsio nulla absq; damno est, & quidem statim nata.
Sponsioni noxa præsto præsto pœnitentia est.
Sponsor alteri, sibi vna spondet aut damnum aut malum.
Tete impedis fere alterum quando expedis.
Vel optimi sunt spurij vel pessimi.
Spectra cuise mortuorum crebra dant breui interit.

STVDIORVM.

Liber est, imo imperator, qui studet virtutibus.
Non premi se fert minore gyro equus vena bona.
Qui studere vult honestis cupidus est certaminum.
Si sapis stude iuuentas dum viret florentior.
Sic stude, scientiam vt non termines scientia.
Talia sunt priuata passim studia qualia publica.
Temperanter est studendum si studere vis diu.

Vis

Vis studium perire quoduis? præmia eius tollito.
Musis stude, scientia immutabilis.
Non scias plus aliis, ast melius, stude.

STVPRI.

Quolibet stupro pudica polluas famam domus.
Stuprum amputabis feminam haud spectans male.
Stuprum absq; pœna nemini committitur.
Stuprum duplex est, mentis atq; corporis.
Famam in altero suum esse dedecus censet stupor.

STVLTITIÆ.

Est supreme stultus, esse qui supreme vult sophus.
Excutit gazas opesq; stultus, animum ac cor sophus.
Nec cauent futura stulti, nec ferunt præsentia.
Nec corripi stultus potest nec corrigi.
Non potest peccare stultus, non potest delinquere.
Non potest stultus vocari qui parum stulte facit.
Nolle stultum nominari, quid nisi est, stultissimi?
Omne erit stultus per æuum quem parens stultum parit.
Optimum videt probatq; stultus haud tamen facit.
Patrimonio superbit stultus, ingenio improbus.
Primus est stultorum, haberi qui cupit sophotatos.
Stultior stulto est, haberi qui sophus desiderat.
Stulto adulari caue, inde spiritus vastos rapit.
Stultus est, eritq; in æuum, nomen id qui reijcit.
Stultus est qui cuncta scire se autumat, nil alterum.
Stultus est qui ingente luxu palpat auersum Deum.

Aut ſtultum oportet quemq́ᵹ naſci aut principem.
Malum ſuum ambit ſtultus vltro quilibet.
Minus poteſt, quam poſſe ſtultus putat.
Quo ſtultior quis eſt, eo & felicior.
Stulti parentis ſtultus eſt & filius.
Stultus fere eſt qui nomen ferre id nequit.

SVADENDI.

Arduum eſt ſuadere verum Principi, perarduum eſt.
Regibus ſuadere honeſta vtilius quam cogere.
Vim neceſſitatis adfert ſuaſus imperantium.

SVBDITORVM.

Nil ita eſt vaſtum atq́ᵹ grande quin Deo ſit ſubditum.
Sub Deo viuunt ſceleſti, cum Deo viuunt probi.
Improbus tandem dolori rex litat parentium.
Numini ſubiſſe, digni m vix putant ſe Principes.
Rex vita ſua ac ſuorum ſponte ſeruat ſubditos.
Sub Deo ſolo eſſe, ſceptri gloriatur arbiter.
Lætiores non ſubactus ſponte fert herbas ager.
Legibus ſuis relinque eſſe &, q́ᵹ ſuos aues tuos.
Subditi leges libenter audiant ac iudices.
Vniuerſam ſubditorum rex quietem reſpice.
Altus licet ſtes, te tamen lex eſt ſupra.
Amor fidesq́ᵹ vi metuq́ᵹ præualent.
Calca trementes, parce princeps ſubditis.
Peregrina nemo imperia diu ſubdit ſibi.
Rex pro parente eſt, ſubditi ſunt liberi.

SVBMISSIONIS.

Quo gerit se quis minorem, hoc Deo fit celsior.
Altius quo rex leuaris, hoc magis te supprimas.
Altius quo subleuaris fis eo depressior.
Quam hoc magis rex surgis alte quo magis te deprimis.
Maior hoc fit, se minorem quo gerit potentia.
Quo minorem se imperator ducit, hoc maior cluet.
Quo potestas se minorem ducit, hoc maior nitet.
Altius quo sors leuauit, hoc magis te supprimas.
Altus amnis cum minore progredi sueuit sono.
Cede fortuna maligna: frangeris si obstrepis.
Commodis Nilus redundat, quod fluat sedatior.
Cum sapiens cedit sapienti, vincit is, non vincitur.
Flumen altum vbiq; miti labitur silentio.
Flumina altiora grandi non solent labi sono.
Hoc mage ipsum se beatus deprimit quo est altior.
Illico submissioni vincitur superbia.
Impetus habet minores flumen omne grandius.
In maris degunt profundo piscium vastissimi.
Mentis est submissio alta, perbreuis superbia.
More Dædali modestus carpe iter volaticus.
Quo magis flumen profundum est hoc fluit benignius.
Qui sapit nimis ferente vela vento contrahit.
Quo magis sors prospera effert, hoc magis te contrahe.
Saxa torrens voluit, amne Melo non acri fluit.
Si sapis, submissus omne sors quod obtulit, feras.

Subiici præstat, præesse quam feræ tyrannidi.
Sustinetq; arundo ventos, sub quibus quercus ruit.
Turbini cede irruenti, par cui esse non potes.
Verticemque inclinat anser fornicem ad celsissimam.
Verba submittit potenti rebus in cunctis miser.
Vis honore ac geri? honores ipse submittas tuos.
Amnis minori currit altior sono.
Cuiuis vbiq; cede multitudini
Depressior fit quisq;, quo fit altior.
Minore flumina alta labuntur sono.
Potentiori cedere, hoc est vincere.
Quo maior es, teipsum hoc geras submissius.
Rex eleuatur ipse dum se deprimit.
Se deprimendo Principum surgit fauor.
Se deprimendo surrigit potentia.
Submissio omnis sanctitatis est basis.
Tranquillæ aquæ profunditas item sua est.

SVBTILITATIS.

Ex sua subtilitate qui alterum æstimat, cadit.
E mera subtilitate nascitur bilinguitas.
E meris constat cauillis pressior subtilitas.
Plurimum in subtilitate conditum vecordiæ est.
Plus nocet quam prosit vlli publicæ subtilitas.
Publice priueque nulli est vtilis subtilitas.
Subtilitatis finis, est subtilitas.
Principes vulgo æstimantur pro suis successibus.
Crescit appetitus auctus nobilis scientiæ.
Liuor interest perenne prosperis successibus.
Ne supra mortalitatem tollitor successibus.

Nemo non rerum secundis intumet successibus.
Proximorum pectore æquo quis fauet successibus.
Stultior stulto est beati qui inuidet successibus.
Tempore exiguo recisa virga par matri subit.
Liuor secundis inuidet successibus.

SVFFICIENTIÆ.

Cui nihil sat est superq; multa habendo nil habet.
Curta res non est ei, arca qualibet cui sufficit.
Qui sapit, paruo paratu lætus ætatem exigit.
Nullo eget contentus ipso semet esse qui potest.
Qui sat est sibimet ipsi, semper intus fert opes.
Sat cui non est quod est sat, nil ei esse sat potest.
Sit mihi quod postulanti pauca vita sit satis.
Vsu opes metire: diues esse paruulo potes.
Cui pauca non sunt, nil ei tandem est satis.
Id quod iam adest æqui boniq; consulas.
Quid vis viro satis sopho est, stultis nihil.
Summa est potestas nulla, si cupias nihil.
Vbiq; semper sufficit sapiens sibi.

SVPERBIÆ.

Cornua in Deum aut dynastas quæ mouentur excidunt
Cui placet Christus, placere non potest mundi typhus.
Nil adæque numen odit quam typhum superbiæ.
Rex quisq; vanem pronus ad superbiam est.
Qui diu regnat necesse est fiat ut superbior.

Qui regit suos superbe. non superbibit diu.
Absq; dote mentis, vltro vis superba corruit.
Dedecus damnumq; duplex adsecla est superbia.
Dedecus suum ipse iactat ceu quid excellens, malus.
Displicet cunctis sibi vni cum placet superbia.
Diuiti peculiaris maxime superbia est.
Esse aues bulla absq; vento: te esse bullam cogites.
Et superbia tumultum vita ridet squalida.
Fastus est vbi tumorq; gutta vix silentia est.
Gens sapit solum superba, ceteros vappas putat.
In Deum nec in dynastas effer vnquam cornua.
Nemo non in altum ab aliis tollitur typhi sui.
Nulla adhuc superba pœnam lingua fugit asseclam.
Nulla pestis orbe toto turpior superbia:
Nullo opus molimine, à se corruit superbia.
Omnis est fons atque origo criminis, superbia.
Omnium malorum origo fonsq; trux superbia est.
Optimosq; adiuncta mores inaniat superbia
Qui nimis rebus caducis intumescunt, mox crepant.
Qui superbit, is priorem neminem fert aut parem.
Quicquid elatum est tumetq;, crede bullam quæ volat.
Quidquid est inane ventos concipit quam plurimos.
Quisquis est superbus idem pessime quoque inuides.
Turpis ac mere pudenda est exitus superbia.
Vas inane tinnit altum, quod sinu nil continet.
Ab omnibus vult conspici superbia.
Crudelitatis est parens superbia
Culpa omnis omne exordium à superbia est.
Deiectis quam proxima est superbia.
Est prima pestis pestium superbia.
Exosa maxime est Deo superbia.
Felicitati omni assecla est superbia.

Inaniæ

I ... anî ... magnos ara tinnitus ... ient.
Ingrata virtutum est comes superbia.
Mores modestos destruit superbia.
Nulli tumet qui cognitus vere est sibi.
Nunquam tumet, bullam esse se qui cogitat.
Odimus crudelitatem, sed magis superbiam.
Quidquid vides tumere, bullam esse autuma.
Semper ruina proxima est superbia.
Superbia omnis animi ignorantia est.
Superbus est qui conspici à cunctis amat.
Superbus est qui vult videri ab omnibus.
Vbi est superbia ibi est & inuidentia.
Virtute partum corruit superbia.

SVPERFLVI.

Ad bonam vitam apparatu non opus superfluo est.
Est superfluum omne ab vsu quod recedit publico.
Etsi ematur asse, carum est omne quod superfluit.
In cibo potuque quanta sunt superuacanea.
In superfluis fere omnis se terit mortalitas.
Natus est homo ad parata, si abnuat su... e ... a.
Nemini non abstinendum rebus à superfluis.
Nemo cordatus requirit res superuacaneas.
Non superflua modo omnes, sed pusilla sunt opes.
Sanus haud est qui laborat rebus in superfluis.
Si placet tranquilla vita res caue superfluas.
Cur quaritamus de Deo superflua.
Philosophus est qui nil cupit superfluum.
Nulla est voluptas in superuacaneis.
Qui quod redundat possidet, sibi est onus.

Quod nec iuuat nec deiuuat, superfluum est.
Si nil iuuant, at nec nocent superflua.
Superfluentis exuas luxus modum.
Nemo successorem abhucdum sustulit princeps suum.
Ne quid amplius requirat cui Dei suffragium est.
Sumptus est, in sacra quidquid pauperesque impenditur.
Absq; sumptu magno asellus præstat vsum maximum.
In foro omni nulla peior sycophanta bellua est.
Sycophantæ morsus omnem vincit annuli notam.
Ob superbiam murena deuoratur carabo.

SVPERSTITIONIS.

Corpori quod morbus animis id superstitio mera est.
Et superstitione aguntur aggredi qui audent nefas.
Fœminas superstitio exest: in viros raro cadit.
Impietatis arrogantis est superstitio soror.
Impietas superstitioque differunt vno ordine.
Non potest quietus esse quem superstitio occupat.
Quem timet superstitio horret, & profanat quem colit.
Baiulat superstitiosus Numina, at pius colit.
Vbi superstitio est, ibi angor ac metus.

SVPPLICIS.

Pauperum quicunq; voces negligit, spernit Deum.
Supplicantium querelis ne obstrue aures regias.
Supplicat Deo litatque qui innocentiam colit.
Supplices audire nolle, contumelia in Deum est.

Com-

Comparata supplicando, comparata auro mero.
Impij est æquum bonumq; denegare supplici.
Iussio verbosa non est, longa supplicatio est.
Masculo dedecorosum supplicare feminæ.
Nemo supplicem hospitemue lædit absq; noxia.
Pœnitentes audit æquus supplice aure Iupiter.
Supplicat nulli ille qui iam vota transcendit sua.
Supplices quicumq; lædit, vniuersæ vrbi est nocens.
Supplici prodesse victor sueuit haud damnum dare.
Crimen remittit omne supplici Deus.
Et supplicanti parcit occurrens Leo.
Hostes fuere, haud amplius sunt, supplices.

SVPPLICII.

Nusquam est è publico vsu supplicium inclementius.
Pars est futuri magna supplicij timor.
Supplicij moras repensat diritati pes Dei.
Sibi imputet passus malum ob mala improbus.
Corrigit mores mage vrbis suppliciorum parcitas.

SVSPICIONIS.

Dux diu victoriosus & suis suspectus est.
A malo suspicionis nunquam amans æger vacat.
Ad maliquid suspicandum segnis est semper probus.
De malo nil suspicatur quam bonum atque æquũ probus.
De malo vix suspicatur quippiam bonus mali.
Est amicitiæ venenum pestilens suspicio.
Et suis tandem timetur dux grauis victoria.

TACENDI.

Mußitanda sunt potentum vitia quæ ferri queunt.
Ceteros tacere ius est cum senex cupit loqui.
Cui graue est tacere, magnas sustinere res nequit.
Difficillimum est tacere illa ipsa quæ haud decet loqui.
Expedit tacere pro se, quam quid aduersum loqui.
Omnium rerum tacere garrulo grauissimum est.
Perperam factum tacendo non reprendis, approbas.
Proximus Deo vir audit qui tacendi scit modum.
Rana non coaxat vndis insepulta frigidis.
Socrates virum videre se negat donec tacet.
Vix tacet qui à noxiorum premitur insolentijs.
Vt nequit loqui imperitus, sic tacere non potest.
Præstat tacere quam loqui indecentia.
Grauissimum est onus tacere garrulo.
Non est in annis tacita adhuc rudibus fides.
Præstat tacere quam tacenda proloqui.
Tacere posse, non leuis prudentia est.
Quod obuium, licetque passim, id tædio est.

TALIONIS.

Alteri fecisse turpe est, ipse quod nolis pati.
Alteris sis talis ipsos esse quales velles tibi.
Consulas demum vltioni cum salus suo in vado est
Fac alteri, factum ipse quod velles tibi.
Fœnerato à prole habebis quæ facis parentibus.
Fraudis artifex perire fraude sæpius solet.

Gnati alant suos parentes: id fit à ciconijs.
Impedire quidq; non est, promouere id arduum est.
Nemo iustus alteri infert ipseque nollet pati.
Qui lucro nimis tenetur peierare non timet.
Quod tibi fieri ipse nolles, alteri ne factites.
Quæ pati quis nollet ipse alteri ne fecerit.
Sæpe quæ alteri paramus, sustinemus vincula.
Talis ipsi sis, tibi esse proximum quale expetis.
Tunc malo malum repende cuius tibi esse vis male.
Vox latronis, vox tyranni est vltio atq; talio.
Continget id tibi, alteri quidquid facis.
Malum alteri struens fere illud excipit.
Ne feceris cuiquam, ipse quod nolis pati.
Nil aude in alios ipse quod nolis pati.
Quod quisq; facit alteri, cur non ferat.

TARDITATIS.

Absq; sensu sensim ab æuo surculus lento viget.
Ad torum ripæ latenti crescit arbos sanguine.
Arbor vmbram præbitura posteris, lentissima est.
Durat id fere omne, ab æuo quidquid occulto viget.
Lentius quod prouenire sueuit, ornat posteros.
Lustra multa arbor requirit vt grauetur fructibus.
Multo opus mense est, vt arbor tollat ad cælum caput.
Planta lenta tarditatem supplet fructuum strue.
Quidquid esse debet ingens progredi tarde solet.
Prouenit tarde omne magnum, vtiq; si cessat labor.
Quod diu durare oportet, sanguinis lentissimi est.
Rebus in magnis citatim vix licet cui progredi.
Rebus in summis vbiq; lentior progressio est.

Tardius quæcunque crescunt, permanent diutius.
Tardius quæ crescit arbor, , hoc & est perennior.
Arbusta crescunt, sed non absq; tempore.
Dilabitur ci o omne quod cito affluit.
Parum adde paruo, suffocat maius minus.

TEMERITATIS.

Nil agit frustra imperator vniuersi, nil male.
Plus potest felix temeritas cauta quam prudentia.
Sæpe casus temeritas vincit omnem industriam.
Temeritas correcta sorte gloriam ex culpa inuenit.
Iuuare Fors Venus'q; amat temerarios.
Tentanda non sunt effici quæ non queunt.

TEMPERANTIÆ.

Iura vitæ iura mortis, temperat Dei manus.
Vim Dei in maius quoque ipsi temperatam prouehunt.
Numen vnum summa & ima temperat nutu suo.
Ciuibus praesse non est absque temperantia.
Non colunt ædes easdem Temperantia ac Gula.
Pharmacum vitæ salubre est dia Temperantia.
Quod nocet feras vt idem deinde quod iuuet feras,
So s nec erigat secunda nec sinistra deprimat.
Sortem vtramque quis tenore temperas æquabili?
Tempera vinum atque amorem si cupis ne dent malum.
Temperamentum teneto vocis ac silentij.
Temperans in se licere sorti vtrique nil sinit.
Temperantiæ parentem ne nega indigentiam.

Temperantiam odit omnem qui vere undum abnuit.
Temperare ei arduum, qua diu te non putes.
Vincit usque & usque nouit tempe are qui omnia.
Vinum amorque temperentur: aut molest.am exhibent.
Est temperantis lata cuncta vincere.
Qui tempera s est lata cuncta vi erit.
Quis temp rat am pectoris mentem gerit?
Sors illa perstat temperata qua malo est.

TEMPESTATIS.

Sæpe Principum aura lenis in procellam vertitur.
In procelloso explicandus omnis est rudens mari.
Non sapit substantiam omnem qui rati indit unica.
Grandines excire & imbrem Dæmonum nemo potest.
Ne te ante iactes quam stet in portu ratis.
Periere multi iam propinqui portubus.

TEMPLI.

Absque catu est, absque thure, mentis est temp'um bona.
Corpore atque mente purus templa visites Dei.
Est Dei templum piorum pura conscientia.
Mens animi purgata digna Numini magno est domus.
Mens probi modesta summo Numini pro regia est.
Nil opus temp'is Deo, orbis vix eum totus capit.
Non eget templo, orbis vniuersus est templum Deo.
Qui pij sunt templa adorant cuncta seu stent, seu ruunt.
Quidquid in templis relucet, pauperis donarium est.
Rara virtutis sacellis mu'titudo permanet.

Splen-

Splendor ædium sacrorum debitus fere improbis.
Templa sacra auctà multis prouidum arguunt Deum.
Templa parta tecta serues restat illis publica.
Et templi custos casta oportet ingredi.
Hic *vniuersus orbis est templum* Deo.
Humana *mens templum Deo dignissimum.*
Templis suis arcent nocentes Numina.
Templum Dei *est corpus pij cuiuslibet.*

TEMPORIS ET TEMPESTIVITATIS.

Regna,*opes, affinitates, temporis ludibria.*
Res regit quæcunque tempus imperator vnicus.
Annus ac Dies *edaces* Temporis *magni patres.*
A*litis rapace curru Temporis transit rota.*
Corpori parum, sed animo temporis multum dato.
Cuncta demolitur ætas consecrata longior.
Cuncta fert ætas, sed vnam duplicat prudentiam.
Cuncta tandem tempus effert, cuncta tandem auceps, capit.
Cuncta tempestiua forma blandiuntur illico.
De*struit rem quamque* Tempus, *destruendoque erigit.*
Dicta, facta, cogitata, tempori applicat probus.
Commodissima administra tempus est prudentiæ.
Expedit dextre citoq; cuncta tempestiuitas.
D*ifficultati repugnat temporum stultissimus.*
Esse noli semper idem: tempori aptari decet.
Et sagitta & fulgure omni tempus est fugacius.
Exputa quid ferre possint, quid recusent tempora.
Fit cito fit commode omne quod suo fit tempore.
L*ex mera est natura hiulci difficultas temporis.*

Lex

Lex stata est natura homini omni difficultas temporum.
Longa domo liber ætas omnis quod condit labor.
Natio Riphæa nullas temporum nouit vices.
Multa confert usui orbis, sæculi frequens rota.
Nil manet, sed cuncta longo temporis tractu fluunt.
Non habet finem modumue temporis voracitas.
Non potest deesse tempus illud ordinantibus.
Omne quod canit poeta sanctius fit tempore.
Omnia orbis dente lente tempus ipsum conterit.
Perdit ipsum se, sed in se prodigum Tempus sui.
Prodit occultata Tempus, occultitque prodita.
Tempus acre cuncta vertit structa mortali manu.
Rarus est qui pretia vera tempori ponat suo.
Rebus illis acquiesce quodque tempus quæ feret.
Sera sunt quæcunque post rem tempore haud fiunt.
Tempori parere oportet: tempus est necessitas.
Tempori quicunque paret peccat excusatius.
Tempori quicunque utrique prospicit, dextre sapit.
Tempori quicunque nescit parere, ignarus sui est.
Tempori si quidque agatur, quidque agetur cum lucro.
Temporis res quæque serua est, cuncta tempus temperat.
Temporis tardare cursum nemo, quisque uti potest.
Temporum ætas cuncta vertit structa mortali manu.
Temporum quicunque cedit difficultati vir est.
Temporum senecta nil in Musicos vates potest.
Tempus actionis expers esse non potest bonum.
Tempus etsi cuncta mutat, nil tamen perdit.
Tempus est alatum vllo stare non queat loco.
Cognosce tempus, temperator omnium est.
Etiam imperantes seruierunt tempori.
Et sacrosancta temporis possessio est.
Et veritatem tempus in lucem eruit.

Nil

Nil tempore vno est vspiam fugacius.
Id mollius fit quod suo fit tempore.
Longinquitate quidlibet fit temporis.
Lucrosa nusquam est temporis dilatio.
Non desipit qui tempori se accommodat.
Non imperant res tempori, illas sed regit.
Nil veritati tempore ipso amicius.
Omni malo finis venit de tempore.
Pulcrum est cuiusq; scire temporis modum.
Parcit sibi quicunq; parcit tempori.
Quandoq; thynno suauior longe est boax.
Qui tempori se temperat, vere sapit.
Qui tempori cedit, cedit salubriter.
Quod praeteriuit, cuiq; tempus optimum est.
Seruire disce tempori: quiduis potest.
Tempus profecto impendiorum maximum est.
Tempus renascens trium vorator omnium est.
Velocior quocunque virtus tempore est.

TENACITATIS.

Pertinax princeps tenaxq; pestis vna est omnium.
Terdecem malis tyrannos quam tenacem Principem.
Et patres reddit tenaces liberorum copia.
Fit tenax à liberorum quiq; copia parens.
Non potest tenax vocari, qui sibi tantum est tenax.
Attentiores sunt iuuenta ad rem senes.
Reddit tenaces multitudo liberum.

TENE-

TENEBRARVM.

Corpore ac mente inquietis, & tenebra conferunt.
Fraude non carent tenebra: nox vbi est cauc à dolis.
Fur latroq; amat tenebras, lucem amant qui verum amant.
Impij errant in tenebris, impij vsq; cespitant.
In tenebris nocte virtus est probo carbunculus.
Nocte in alta fama lucem sic tamen suam obtinet.
Non amat virtus tenebras, quin tenebras disiicit.
Non potest legi tenebris crimen vllum Principis.
Occidente sole lucet & suo igne Lampyris.
Omne quod nequam est latebras actibus quarit suis.
Queritat malus tenebras, athera ac lucem probus.
Qualibus vita in tenebris ac periclis degitur.
Qui diu hæsere in tenebris Solis ad iubar stupent.
Quidquid est tenebriosum subiicet fraudi ac dolo.
Dolum arguunt tenebra & occultatio.
Etiam in tenebris lux sua est nitedula.

TERMINI.

Crimen vltimum est mouere saxa terminalia.
Finium mouere noli proximorum terminos.
Terminum mouere, noli res enim est immobile.
Vltimum est scelus mouere saxa terminalia.
Non putat Deum videre terminum clam qui mouet.
Tergiuersari in bona re, nemini excusabile est.
Tergiuersator probatur cum sibi vti ipsi prospicit.

TERRÆ.

Aurum vbi est fœcunditasq; frugum, ibi hostis imminet.
Lassat vnguentosa gleba, sed statim fœtu beat.
Desides mollesq; gignit terra fertilissima.
E solo ortum tandem eodem iure natura redit.
In solo sudatur victo, fructus at solatio est.
Incolas subinde mutat terra fœcundissima.
Morte functis terra sedes debita est mortalibus.
Nemo non mouente terra se pauet, fortis licet.
Nullus est profecto terra dulcior fructus mero.
Quæ carent loca auro ab hoste nil habent periculi.
Qualibet terra apta ~~non est~~ fructum vt vberem ferat.
Quod soli est solo redonat quisque nostrum cum hinc abit
Ob satos tellure homullos tota tellus conditur.
Pingue lassat, sed subinde fructibus ditat solum.
Pro bona malaue terra fructus est item arboris.
Pro soli celiq; forma, seminis quoq; est seges.
Quidquid e terra ortum eodem rursus à fato redit.
Reddita telluris almæ natio omnis vestitur.
Terra ad orbem totum inanis vix tenet puncti locum.
Terra an est, semper colonis quæ tenetur à suis?
Terra felix cuncta reddit vberi cum fœnore.
Terra id omne est quod solo ortum est, rursum & in solum redit.
Terra mollis molliorem procreat propaginem.
Terra nulla est quin subinde mutet incolas suos.
Terra pinguior caballum lassat, at fructu iuuat.
Terra pinguis lassat, ipse sed statim iuuat labor.
Terra fagos, terra poma fert, & cibum spontaneum.

Terra

Terra nondum ferre fructus desiit spontaneos.
Terra semen omne reddit luculento fœnore
Terra quamuis nutrit artem quamque, certe musicam.
Terra tandem tundit illos à quibus fusa est prius.
Terra tota vix minuti punctuli instar obtinet.
Terra vbi siti ardet imbres Sudum poscit Iouem.
Communis ipsa terra mater omnium est.
Exorta terris rursus in terras eunt.
In vbere agro strenui nil nascitur.
In fertili agro nemo fortis quisque hebet.
Iucunda quæuis cuique terra patria est.
Nil peius ingrato homine terra adhuc tulit.
Nil terra domino tristius gerit suo.
Quacunque tellus patria est forti viro.
Tellus egena fontium, infamis siti est.
Tellus parens est prolis & tumulus sue.
Vbi amnis est, ibi soli fœcunditas.

TERRORIS.

Regis è terrore grande est Aulicis compendium.
Nulla terret quin & intus pauida sit potentia.
Nemo verbis territabit, quem domare audet manu.
Terreas fatuos oportet, vt modesta sentiant.
Terror omnis nocte cæca maior est quam ipso die.
Terret hostem pectus audax nec memor periculi.
Admota mors secreta mentis explicat.
Quacunque terret, territa est, sublimitas.
Terretur ipso frondium motu lepus.
Terrore parta, fumus est veneratio.
Terrore solo vincit hostes dux vetus.

Terro-

Terrore solo vincitur fere lepus.
Terroris ac metus perennis copula est.

TESTIS.

Credito testi Deo vni: quippe mentiri nequit:
Qui sub imo corde voues corda teste non caret.
Teste sit mundo vniuerso, teste quod facis Deo.
Facta regum cuncta teste plurimo circumfluunt.
Aduocare nemo testes ad scelus sueuit suum.
Contra herum ne vtare seruo teste: nil indignius.
Mille testes vna vincit conscientiæ fides.
Morte fœda puniantur falsa testimonia.
Nemo non sub teste pœnas pendit interno suas.
Nemo se satis veretur: teste opus ne deuies.
Nullus in suo putatur testis esse idoneus.
Pluris est oculatus vnus testis auritis decem:
Pura mens vel sola vincit mille testium fidem.
Rerum vbi adsunt ne requiras orium testamina.
Tertio ne testis esto, qui bis haudrus fuit.
Teste nil opus, videnda res vbi ipsa vltro venit.
Teste non contenta solo est res ad omnes pertinens.
Sæpe mendax ie tenetur teste obliuiosior.
Testis vnus non meretur, sit nisi Deus, fidem.
Vnico ne crede testi, sit nisi è cælo Deus.
Mali probantur aurium testes fide.
Mores honesti, testium tenent locum.
Nemo in sua re testis est idoneus.
Sat testium vna teste conscientia.
Testi Deo vni crede, non & alteri.
Tribus nocet falsum omne testimonium.

Viri

Viri probi, fide'e testimonium est
Nulla testamenta durant queis opum dos plurima est.
Cura egenorum suprema pinguescunt diuiter.

THEATRI.

Et die & nocte in theatro mundi agit rex quilibet.
Et diu & noctu in theatro viuit orbis dignitas.
Maxime obtinent theatrum, qui theatro non student.
Plausibus prafer theatri conscientia fidem.
Qui libens colit theatra, templa non colit libens.
Sat theatri virtuoso est vna conscientia.
Sufficit sapiens sibi ipsi, nec theatro vllo indiget.
Vita eorum qui theatris incubant theatrica est.
Vnus, est sibi theatrum quolibet auo sophus.
Vbi est theatrum ibi animi pestilentia est.

THESAVRI.

Principum thesaurus, vna ciuium stat in fide.
Rex bonus, thesauri adinstar perpetis viuit suis.
Absq; hero thesaurus, eius est eum qui repperit.
Cœlitum talentum in oras lucis excit vir probus.
Conde thesaurum, omni in auo persistit esse qui tuus.
Thesaurum vbi quis inuenit, locum sacrat.
Thesaurus ante nullus est mentem bonam.
Thesaurus omnis in Draconum haret fide.
Vbi aurum ibi custos Draconum natio est.

TIMO

TIMORIS.

Est apex boni supremus Numinis sacer timor.
Est supra quosuis timores quem Dei tenet timor.
Hic timor sit vnus, vt ne quid timeas plus quam Deum.
Impium dicit facitue nil Deum quisquis timet.
Impius nec ore nec re est ille cui timor Dei est.
Lucrio Deum timere deputat damno mero.
Nil cupis timere in orbe? calitem time Deum.
Non potest timere quemquam qui Deum vere timet.
Non timent vllum timorem quos timor Dei occupat.
Quem timebimus, superne si stat à nobis Deus?
Quem timebo? lux salusq́; perpes est mihi Deus.
Qui Deum timet, timendum nil ei vnquam nascitur.
Qui Deum timet, timentur maxime mortalibus.
Qui nimis times colitq́; numen is numen negat.
Qui timet Deum timere non solet miles ducem.
Tutus est hominum à timore quis timet cæli Deum
Ciuibus timent sinistram principes rem, non sibi.
Dignitas tantum timere cogitur quantum timet.
Est quidem timendus hostis, imperator sed magis.
Hunc time, ô rex, nil timere quem alias paupertas docet.
Nil timet magis rex quam ne quid suis mali accidat.
Non diurnat qui timeri quam vereri rex cupit.
Non sibi princeps sinistras res timet sed publico.
Plus suos timere princeps cogitur quam ipsum timent.
Principis non est timeri: quin magis telumid fera est.
Principum quis se timeri quam vereri maullit?
Qui timet reges aut ministros eius, haud timet Deum.

Quo

Quo regit plures tyrannis hoc item plures timet.
Regalis beatitatus est apex, Amor Dei.
Rex suis timet, tyrannus horret ipsimet suos.
Vix diurnat rex timeri quam vereri qui petit.
Cuncta qui timet timendum nil ei unquam nascitur.
Desinit statim timere qui sperare desiit.
Ecquis est, amore fidens qui timeri se timet?
Est supra iura atque leges se timere qui potest.
Est supra qui suis timores qui suam mentem timet.
Et die & nocte inquietus esse sueuit qui timet.
Fidus obses firmitatis esse non potest timor.
Id suis quisq; auguratur imminere quod timet.
Iurium legumq; tutor si timet, frustra timet.
Maxime hostibus timentur qui ducem suum timent.
Maximo plerumq; amori maximus iunctus fauor.
Milites ducem timentes hostium nullum timent.
Mille mortes ante mortem procreat mortis timor.
Mortui lupi quoq; horret grex ouinus tergora.
Nil ei occurret timendum cuncta semper qui timet.
Nil timet sors pessima, imo calcat ipsummet metum.
Nil vbi est timendum, ibidem mens timet culpam bona.
Non potest pauere miles sub duce imperterrito.
Non potest timere mortem vita cui parum placet.
Non timet ius atq; leges semet vnum qui timet.
Copula nulli timoris ac beatitudinis.
Peruius spei, timori peruius, cuiuis patet.
Qui necem haud timet, timere iam amplius nihil potest.
Qui timet cum nil timendum est, cum timendum est nil timet.
Qui timet non vera semper, falsa sæpius videt
Qui timent ducem, timendi maxime sunt hostibus.
Quo minus Duci est timoris, hoc minus periculi est.

Quo

Quo minus timoris, hoc & minus periculi.
Quod timet quis arbitratur id die ac noctu pati.
Sapius timor putatur quod mera est prudentia.
Sit licet cornuta cerui frons, timet tamen canes.
Sit licet nihil timendum cuncta amor magnus timet.
Si nihil cupis timere, publicam legem time.
Vis nihil timere? leges ac magistratum time.
Vita nulla expers timoris, vita nulla expers spei.
Vita nulli exors timoris ac spei est quam caliti.
Viuit in metu perenni qui timet se conscium.
Alta extimesce sceptra, sed Deum magis.
Annat, perannat rex, timent pro quo sui.
Deum time, supremus hic rerum est apex.
Deum timere maxima est securitas.
Extrema cuncta tentat extremus timor.
Facit pudor timidos, facit periculum.
Frustra sibi legum timet custodia.
Hominem timere turpe, si times Deum.
Hostem timeto miles, ast ducem magis.
Iis plus timemus quos amamus amplius.
Infidus obses firmitatis est timor.
Malo cauet scelestus vt durat timor.
Nihil solet timere leges qui timet.
Nihil potest timere qui mortem haud timet.
Nihil timet, nihil cupit princeps sui.
Nil negligit boni Deum quisquis timet.
Nil non timori est maximis amoribus.
Nil praterit boni ille qui timet Deum.
Non auferunt ceruis timorem cornua.
Nullum timere potest quem nullus timet.
Primus Deos in orbe protulit Timor.
Qui iuste agit timere debet neminem.

Qui se timet, timere humana non potest.
Quisquis timet, semper tremit semper gemit.
Reges tyranni quam timentur tam timent.
Sancto timore prafer omnibus Deum.
Semper veretur tristora qui timet.
Suos tyrannus horret, rex suis timet.
Tantum timent tyrannides, quantum necent.
Timere eum aequum est esse qui tutus valet.
Timere non vis? semper ipsum te time.
Timere semper, nonne semper est pati?
Timere tuta non solet prudentia.
Timet timentes: metus in auctores redit.
Timor ipse fingit omne quod fieri potest.
Timor ipse fingit quidquid audiri potest.
Timor pericla nuspiam qua sunt pauet.
Timore speq; maior an quis Principum est.
Vbi timetur nil timendum nascitur.
Verus timor sibi haud timet, sed alteri.

TOLERANTIÆ.

Fortiter fert, fert libenter cuncta pro Deo pius.
Pro Deo pati malum omne summa cuiq; gloria est.
Quod Deus dat cunq; mente fert vir aequ temperans.
Alta mens nec exolescit mole tristium graui.
Asperum ferre omne discit, multa qui prius tulit.
Dura sustinere, laus est orbe toto consona.
Est viri praestare contra fortibus fusta minas.
Ferferenda quaque, votis auguratus optima.
Maior est reposta merces dura quo fers promptius.
Mentis obduratione tetra vincas omnia.

Ne

Ne geras viro minora corda rebus in malis.
Ne quidem Coryſtia igne puluerantur carbeſa.
Perfer obduraque, quondam proderit tibi hic labos.
Petra Lydia honeſto ſortis inclementia.
Ponderum grauata preſſu palma ſemet erigit.
Qui malum pulcre omne perfert, vertit id malũ in bonũ.
Qui poteſt durare ſæpe calamitate ſe expedit.
Quod nequis vitare ferre fortis eſt opus viri.
Vix viri nomen meretur ferre qui nequit malum.
Contra malum virtus it omnis altior.
Incus domari non queat mille ictibus.
Leuius ferendo, quod graue eſt, fieri ſolet.
Non efferendus ſed ferendus rex grauis.
Omne id feras mutare quod tuto nequis.
Prudentis eſt perferre damna leniter.
Succumbere vlli non ſolet virtus malo.

TOTIVS AC PARTIVM.

Totus eſt vbiq; , complet cuncta vi Deus ſua.
Euirat rex ſemet ipſum, ſauus eſt vbi in ſuos.
Capite langueſcente membra cetera corporis ruunt.
Caſtor eunuchatur à ſe, vitet vt ſauas manus.
Cognitum cui cumque totum eſt, cognitas partes habet.
Corporis ſecanda pars eſt, omne mox ne concidat.
Cum male eſt capiti, bene eſſe ceteris membris nequit.
Membra corporis laborant cuncta vbi eſt capiti male.
Membra gangrenoſa, membra nigra, ferro abſcindimus.
Membra habent bene vniuerſa cui caput ſaniſſimum eſt.
Membra languent cuncta morbus cum tenet grauis caput.

Omne membrum ægrotat illi cui caput sanum est minus.
Partibus cunctis peremptis totum & ipsum tollitur.
Pleriq; technas in suum struunt caput.
Polypus fame premente deuorat cirros sibi.
Si caput membris resectum est, vita desit corpori.
Vt queas seruare totum, perde partem corporis.
Circumferentiam obire centrum quei queat.
Exercitus dux est caput semper sui.
In capite mens est ordinatrix corporis.
Membrum perire præstat vnum quam omnia.
Membrum resectum à corpore ipso mortuum est.
Nil membra prosunt si caput desit suum.
Pars ob salutem totius negligitur.
Partes profecto sunt parentum liberi.
Potissima est amici amicus portio.
Quicunq; ciuis, patriæ pars est suæ.

TRAGOEDIÆ.

Aura quænam regum opimam quin dedit tragediam.
Tristis arrogansq; Princeps proximus tragœdia est.
Comica ex inanitate heu omnis est tragœdia.
Comici iuuant iuuentam mente praditam bono.
Comici nocent iuuentam mente praditam mala.
Gutturi ventrique tantum dedita est Comœdia.
Nil Comœdia est quam imago veritatis simplicis.
Tolle nuptias & vlla vix erit tragœdia.
Tota vita vel tragœdi planipedes ve fabula est.
Tragici nocent iuuenta mente pradita mala.
Deo indigent ac machina tragedia.

Tra-

Tragœdiæ embamma unicum suspiria.
Tragœdias implere pauper non potest.

TRANSFVGÆ.

Multus est Sinon Ulysses multus est sub transfuga.
Transfugarum cuncta ficta cuncta sunt fallacia.
Transfugas amare noli: quin ama non-transfugas.
Transfugas hostesque nemo servat ipse quam Deus.
Transfugas qui credit omnes esse servos, servus est.
Non omnis hercle servus est qui transfugit.
Sub transfuga hostis sæpe amarius delitet.

TRANQVILLITATIS.

Gloria est Regum otiosa civium tranquillitas.
Laudibus regum applicatur civium tranquillitas.
Quo minor mensura census cuique eo est tranquillior.
Mentis in tranquillitate cuncta qui ponit, vir est.
Quæ solum subinde mutat planta, raro convalet.
Parca cui sunt vota mentis, vita tranquillissima est.
Pluribus sese occupare non solet tranquillitas.
Plurimum tranquillitatis mente ab æqua nascitur.
Tranquillitatis plurima indigentia est.
Vita cui tranquilla cordi est, vel parum, vel nil agat.
Vita cui tranquilla non est, esse felix qui queat?
Vix iugantur copula una plausus ac tranquillitas.
Unda adhuc servat tumultum iam licet cesset Notus.
Amica paci, mentis est tranquillitas.
Res inquieta est admodum malignitas.

Tranquillitas nulla ab, quam parsimonia est.
Tranquillus ann... si studes paci, exigu.
Tranquillus ordo paxque delectat pios.
Viuens late: notum esse multis noxium est.

TRIBVLATIONIS.

Commoue unguen fundo ab imo si cupis late fragret.
Exerit semet periclis clara virtus ac fides.
Latius fragrant odores flamma vbi ipsis subdita est.
Ne mari quidem tumenti mergitur praegnans vter.
Nil mouet rupem proteruis verberatam fluctibus.
Palma, virtus est, nitescit seque pressa surrigit.
Pressa virtus nitescit latiorque prouenit.
Tange virtutem flagello Sortis erigi si aues.
Vis olant vnguenta late parte ab omni commota.
Amara ferme sanitati conferunt.
Calcata virtus enitescit latior.
Non pertimescit maxima incus verbera.
Oppressa virtus à rogo fit amplior.
Vexatio Dei, tua induratio est.

TRIBVTI.

Accipit semper tributa maior expedit minor.
Æquiter tributa quisquis imperat, nullum grauat.
Carpe frondes hortulane semper has radix dabit.
Ciuibus tributa iusta, conferunt plus, quam auferunt.
Ciuium fere tributa vulture aulicus vorat.

Contri-

Contributio vniformis nemini molestia est.
Det minutatim tributa vulgus aequaliter.
Diues immunis tributi est: cuncta pauperes luunt.
Inuitum tributa egenus aere quisque obit suo.
Diuitum tributa praestant aere pauperes suo.
Diuitum tributa soluunt aere pauperes suo.
Et suum luunt tributum pauperes, & diuitum.
Grypus est Harpaxque multus in tributis Principum.
Imbecillus fert vbique fortioris sarcinas.
In tributorum repostum est plurimum custodiae.
Iustum & aequum 'e in tributis qui exhibet, regnat diu.
Liberi vt sint à tributis, saxa nuda homines colunt.
Non grauant tributa quemquam si exigas aequaliter.
Non potest pendi tributum praedo vbi milesue agit.
Non timent sibi à tributis nuda mendicabula.
Ob tributa multa bella sunt prouincialium.
Qui nimis se emungit, idem sanguinem illico elicit.
Quod bonum est communi cunctis, singulis iniuria est.
Rex bonus tributa donat, rex malus quadruplicat.
Tollito tributa, qui vis tollitur rei status.
Vinculo multi tributi strangules rem publicam.
Circa tributum multus est Lauernio.
Incide pennas, sed renasci vti queant.
Quisquis tributum pendit, haud illene est suus.
Regum tributa Cacus multiplex terit.
Tondere oues oportet haud deglubere.

TRISTITIÆ.

Ecquis vspiam repertus absque labe tristium?
Est vbi tristitia, cordis morsus & turbatio est.

Mente

Mente tristi corpus ipsum tristius iuxta scias.
Tristias fletusq; bini liberi tyrannidis.
A mente tristi triste corpus prouenit.
In tristibus non est bona ira, non tumor.
Mens esse tristis non pote absque corpore.
Nemo sibi vni tristis est, sed alteri.
Tristem esse praestat quam solutum moribus.
Tristitia, cordis morsus aut turbatio est.
Vis esse nunquam tristior? viuas tibi.

TRIVMPHI.

A Deo regum triumphus, à Deo exilij fuga.
Alta mens est quae triumphat de suomet corpore.
Caussa iusta, non triumphus innocentiam approbat.
Nulli honestus est triumphus de cruore ciuium.
Non grauat vulnus, triumphi quod die est ostentui.
Non triumphat miles vti qui bene armis non potest.
Caue triumphos ante lauream canas.
Confectus hostis, non triumphus nos iuuat.

TVRBANDI.

Dux ducum vix in quietem res reponat turbidas.
Tolle regem apum, tumultu plena si vis omnia.
Absq; dictione caussa turbo recte tollitur.
Arduum est firmare regna, vertere at facillimum.
Arduum sedare turbas: excitare haud arduum est.
Arduum turbare non est, sed statum reducere.
Ciuium turbae è minimis excitantur maxima.

Commo-

Commoue canum paludis si capi anguillas cupis.
Commouere haud arduum vrbem est, arduum componere.
Cui bono est, mouere fluctus turgidos in simpulo.
De leuissima tumultus maximi caussæ fluunt.
De iuuare quam iuuare cuilibet procliuius.
In tumultibus, puellus non minus, quam vir potest.
Militem Dux turbulentum ne feras: pestis tua est.
Multa fæx in vrbe magna est, multa turbulentia.
Opprimitur cito alma virtus, non reuiuiscit cito.
Optima cuique, vulgi est pessime in tumultibus.
Promptius quisque turbes quam redintegres statum.
Promptius flammam excitaris quam dein restrinxeris.
Promptius subuertere vrbes, quam recenter condere.
Promptius turbare quiduis quam quieti reddere.
Quisq; tardus ad iuuandum, quisq; ad obstandum est celer.
Turbida in palude quauis vber est piscatio.
Turbidis anguilla in vndis suffocatur ocyus.
Vel puer scortumue vile publicum turbauerit.
Vix domesticus tumultus absq; saxis præterit.
Accendere ignem est quemlibet flatu leui.
Citius statum cuiusque turbes quam noues.
Nunquam tumultus res agit decoriter.
Permisce canum capere si anguillam cupis.
Procliuius percellere est, quam attollere.
Procliuius quidque impedis quam promoues.
Rem dissipes procliuius quam colligas.
Rempublicam velqui libet turbauerit.
Res turbida consilia non fletum expetunt.
Stagno quieto anguilla non solet capi.
Subuerteris quem promptius quam erexeris.

TVRPITVDINIS.

Nil potest ibi esse turpe, regnum vbi est modestia.
Cum nihil sat est eidem turpe item rear nihil.
Est pius sapitq; quisquis turpitudinem fugit.
Ipsemet sese veretur turpe qui nil perpetrat.
Labe multi à turpi abhorrent, & tamen minus cauent.
Mollis est quisq; decora fortis & ad turpia.
Nemini vnquam comparauit grande turpis vox lucrum.
Nemo turpitudini hostis maior est quam homo pius.
Nil malum est vero sapienti turpitudo quam triceps.
Omne quod non est honestum, censeas turpissimum.
Plurimos adisse cense mente versans turpia.
Turpe dictu turpe visu respuit modestia.
Turpe quid facturus illud nemini esse vult palam.
Turpe nil est quo parari victus ac tectum potest.
Turpe nil in orbe præter prauitatem duplici.
Turpe nil sopho est, honesti quam quod infringit gradum.
Turpe nil malignitate est, turpe nil liuentia.
Turpe non est ob parentes liberi quidquid patrant.
Turpe, non potest honestum, non potest dici bonum.
Turpibus libidinosa mens patet sermonibus.
Turpiter perire malim, turpiter quam viuere.
Turpitudo intrare, virtus est vbi antea, nequit.
Turpitudo omnis cauenda, non item conuitium.
Turpitudo vbi est, honestas exul est ibi ac pudor.
Vltimum est malorum, amare turpitudinem suam.
Cui nil sat est, et esse turpe quid queat?
Cur turpe dictu sit, quod haud factu est nefas?
In orbe sola turpis est res prauitas.

Nemo

Nemo repente factus est turpissimus.
Nil turpe ei pote esse, cui nil est satis.
Opes honorque quaque patrant turpia.
Quid habere nobis turpe sit quaeris? nihil.
Quod turpe dictu est, turpe item factu puta.
Si turpe quid patrant Dei, nega Deos.
Turpe est sapienti dicere, haud putaueram.
Turpis rei solummodo pudet probum.
Mens vbi est turbata, sermo plurima offensa scatet.

TVTÆ REI ET TVTELÆ.

Consulit tutoris instar rebus humanis Deus.
Cui Deus tutor, timoris multum habet sed plus spei.
Non tuentur sceptra reges non tiara sed Deus.
Quem Deus tuetur omnes D*amonis ridet minas.*
Quem Deus tutatur, ille quolibet tutus loco est.
Quem Deus tutatur omni pacem habet certam loco.
Sub Deo tutore cuiq; vita tranquillissima.
Sub Deo tutore nemo pauperatur iunior.
Tutus est Deo *atq; sese iudice vnico sophus.*
Tutus est mucrone ab omni, parma quem tegit.
Tutus est vbiq; quisquis ducitur Dei manu.
Tutus est vbique semper, est cui Deus tutor.
Ciuium tutela regi tradita est, non seruitus.
Cor fidele, & tuta regis in periculo timet.
Nil requirit tempore vllo, quisquis in Dei fide est.
Nil vbi est à rege tutum, rex ibi intutissimus.
Pauperum rex tutor, imo pauperum rex est pater.
Principem fides amorq; ciuium tutum facit.

Principum tutela præsens est suorum charitas.
Quæ sibi imperat suis'q; tuta ea est potentia.
Quæ sibi modum ipsa ponit tutior potentia est.
Si cupis regnare tuto languida regnes manu.
Tuta maiestas ea vna est, quæ potest ignoscere.
Certum ibi tutumue nil est, Spes vbi ac Metus regnant.
Ciuitatis est vniuersæ publicus tuto pius.
Diues eloquensq; es? vrbis tutor audis, si es bonus.
Est ea vxor tuta, labi quam vetant mores sui.
Iuris haud sui poetam Phœbus in fide tenet.
Nerea è terra furentem spectat in tuto sophus.
Publicæ tutor salutis & suæ obliuiscitur.
Quam sui peccare mores non sinunt, tutissima est.
Rebus à Deo impeditis poscimus tutamina.
Tutius nil in tenebris est quiete & otio.
Tutor vxori est maritus, vt parentes virgini.
Tutus est testam tuæ intra cochleæ qui delites.
Virginis tutela præsens difficillimo statu est.
Est sorte cæca tutior prudentia.
Feminis tutela semper quamdiu viuunt sua est.
Fortuna humillima, omnis tutissima.
Humillimum vitæ genus tutissimum est.
Quisq; est pupillus, quisq; tutor est suus.
Scutum bonorum quolibet loco est Deus.
Secura non sunt scelera, tuta sint licet.
Tuta est quæ habetur cum modo potentia.
Tutela cuiq; corporis carissima est.
Tutela legum nonne regis in manu est?
Tutela præsens semper est Deus suis.
Tutela regni est lenior seueritas.
Tutissimum quod est, id vsq; est optimum.

TYRANNIDIS.

Ad ſcholam à ſceptro tyrannum cum lubet fugat Deus.
Appl cat ſibi tyrannus cuncta, princeps ciuibus.
Contigit ſibi tyrannus rex ſaluti ciuium.
E domo liber tyranni nullus exit, fert iugum.
Et tyrannum exterminantes in tyrannum deſinunt.
Feminis magis tyrannus quam maritis proſpecit.
Imminet crudum tyrannis omnibus ſtipendium.
In bonis piosque crude nil licet tyrannidi.
Ipſa item creat tyrannos temporis neceſſitas.
Liberam plebem tyrannis ductat vt pecus lupo.
Liberi intramus tyranni, ſerui at eximus domo.
Nil licet ſui ï: tyrannis in pœtarum melos.
Non opus multa in tyr. n ium vi, manu tactus ruit.
Nulla temporis tyrannis longioris extitit.
Nemo equis tyrannide exit: calce tractus vix migrat.
Nemo liberum è tyranni rettulit pedem domo.
Nemo non tyrannus ipſum qui creauit ſuſtulit.
Nemo ſe libens tyranno liber ante ſubijcit.
Non poteſt dici tyrannus, qui ſuis æque imperat.
Non prius timere ceſſas, quam timeri deſinis.
Nulla non virtus timori turbida eſt tyrannidi.
Occulas virtutem oportet ſub tyranno, aut occidis.
Omnium linguas tyrannus omnium pauet manus.
Promptius transferre quam ipſas tollere eſt tyrannides.
Pulcrius maiuſq; nil eſt regia tyrannide.
Qui ſibi non eſt tyrannus, nec tyrannus alteri eſt.
Re leu ſſima potentes ſubruas tyrannides.
Sæpe ſublator tyranni ipſe induit tyrannidem.

Se feriri vis tyranna credit à quoquã obuia.
Sub tyrannide, vsq; amicos hostium impetunt mala.
Vis mereri iram tyranni? dedere virtutibus.
Vis tyranna sicut hydrops, vsq; sanguinem sitit.
Vna ceruix regis, at sunt ciuium multa manus.
Ab optimis semper tyrannus interit.
Auferre vitam, auferre mentem non potes.
Busiris ipse cecidit ante aras suas.
Etiam tyrannum frater occidit suus.
Hospes tyrannis cede quamprimum via.
Infestior morte est tyrannis fortibus.
Inter Deos nihil prius Tyrannide est.
Necem tyranno molior, vitam mihi.
Obnoxia est tyrannidi victoria.
Rex ac Tyrannus differunt, sed nomine.
Rex in tyrannum haud difficulter vertitur.
Tormenta vultu multa præfert rex ferus.
Vbi est tyrannis est ibidem seruitus.

VERITATIS.

De Deo, periculosum vera quamuis dicere.
Scire verum non nisi eius, doctus est qui ante à Deo.
Veritas doli omnis expers constat æternum Deo.
Veritas & numen ipsum condidit verbo suo.
Absq; veritate princeps regere neminem queat.
Pauca vero, plura famæ principes dant obuia.
Principes audire verum non solent, nisi exules.
Principi seruanda semper veritas, semper fides.
Veritas inuisa quouis est loco imperantibus.
Veritas placere nuda non potest potentia.

Veritati commodare verba vere regium est.
Vtraque au is regum abhorret veritatis à sono.
Ab'q; vero tota virtus fabula histriomica est.
Cuncta late possidenti desit vna Veritas.
Cuncta qui pro veritate, pratimet pro se nihil.
Delicata in aure semper est acerba veritas.
Diligentia mage ipsa est Veritas quam temporis.
Et sibi cultum ac nitorem veritas addi sinit.
Falsa cui cura atque vana, veritatem queinam amet?
Flamma veritatis fulmine est potentior omni.
Fraudibus mendacijsque fit lutosa veritas.
Hominibus Deusque dux est ad bonum omne Veritas.
Indoles augusta verum omne haurit aequis auribus.
Lingua veri, latum non est, temporis latissima est.
Interim aegrotare suevit veritas, nunquam mori.
Lucidum tandem è tenebris veritas leuat caput.
Maximum est profecto numen veritas mortalibus.
Mente sola peruenitur veritatis ad penu.
Mordet aures delicatas quidquid à vero venit.
Mortis expers ac senecta est omnis vna veritas.
Musa cum lubentia omnes veritatem perdocet.
Non potest nocere verum mente prolatum pia.
Non solent audire vera scire vera qui abnuunt.
Omne clarat more solis veritas negotium.
Omne quod verum est abhorret à leui mendacio.
Omnibus se non videndam praebet alma veritas.
Quod potest verum videri, pessimum mendacium est.

VANITATIS.

Cuncta vana sunt, amorem si vnicum excipis Dei.

Vanum

Vanum honoris omne vanum nomen est potentiæ.
Vanitati fastus omnis Numinum supplet locum.
Alteri vanum esse turpe, sed magis tamen sibi.
Cuncta sunt inanitatis; cuncta sunt inanitas.
Maxima in rebus gerendis est popelli vanitas.
Naue vix feruntur vna Vanitas & Veritas.
Nemo corde vanus est quin vanior sit corpore.
Orbis omnia intus extra, vanitatum vanitas.
Scena quidnam tota mundi est? vanitatum vanitas.
Nil vanitati crebrius mendacio.
Nil vanitate quippiam loquacius.
Tædiosum est omne quidquid varietas non adiuuat.
Mella apis sibi sapere fingit è multiplici.

VATIS.

Vnde alat leonem habet rex, vnde vatem non habet.
Consules fiunt quotannis: secla vix vatem ferunt.
Est supra horas est supra annos omne vatis quod canit.
Exteris vates honori est, spernitur domi à suis.
Melleum os, mores pudici, diua mens, vatem facit.
Non meret vates vocari quisquis est mentis sui.
Si cupis vates vocari abstine mendaciis.
Vatibus sunt plena cuncta tempore aduersissimo.
Vatibus versus abunde sponte nascuntur sua.
A vate prudens nomine vno discrepat.
Nil gente vatum viuit innocentius.
Per plura secla vix duos vates ferunt.
Persæpe fraudi præferunt vates Deos.
A morte vita nascitur vati altera.

VENA-

VENATIONIS.

Cum Deus vult calle quauis obuia est venatio.
Cui Deus venationis auctor, id quod vult capit.
Cum Deo venare, opimam consequere victimam.
Nulli adhuc datum Dei arcta transilire retia.
Omne quod Dei minatur arcus, illud & ferit.
Aureis gente, opimas retibus circumueni.
Byssina vtendum sagena regis vt mentem occupes.
Veritas potentum in æde rarior venatio est.
Arduum est fera assequi omne per solum vestigia.
Dirigit vento secundo cum fugit ceruus vias.
Fraudum atq; astutiarum callida est venatio.
Quod cupit capit fauente Delia venatio.
Somnus Auroræ haud inhæret inhæret palpebris.
Anni graues renunciant venatui tui.
Parata præda non sapit venantibus.
Quis vllus vnquam rete transilit Dei.
Venatur oculis pulcra amantes femina.
Vento sequente ceruus effugit canes

VENENI.

Absq; noxa edas colubram, ius illius nocet.
Feminæ contra venenum nemo nouit pharmacum.
Malitia nulli venenum peius est, quam habentibus.
Ne bibat vinum ast acetum dente læsus aspidis.
Maximam partem veneni prauus epotat sui.
Scorpionis omnis ictus scorpione tollitur.

Suauiter

Suauiter necant veneni pocla melle sublita.
Tox cum merum est quod infert aut necem aut insaniã.
Tinge ferrum melle, tinge toxico, aque noxium est.
Contrarium est vinum venenis omnibus.
Habet venenum omnis fera morsus suum.

VENIÆ.

Quilibet gratis fauente speret absolui Deo.
Alteri ignoscunt libenter qui sibi ignosci petunt.
Culpa aliena ignosce, culpa gratia vt fiat tua.
Qui citam veniam requirit, semper ad pedes ruit.
Se sciunt quid sint erintue qui sciunt ignoscere.
Vt tibi ignoscatur ipsus, alteriq; quo ignoscito.
Ad impetrandum veniam, hominem esse te nocet.
Haud innocens est quispiam, cui ignoscitur.
Venia vltione millies præstantior.
Nulli minus quam ipsi sibi ignoscit probus.
Quisquis remittit alteri, parcit sibi.
Veniam meretur sponte quod factum haud sua est.
Veniam precari quam reatum mauelis.

VENTORVM.

Est Dei ventus satelles, ventus est Dei angelus.
Æolus turbare pontum quandò vult, ventos ciet.
Nauta ventis vela pandit aura dum flat gratior.
Omnium est ventus Deorum dulcis internuncius.
Plur mor pleta vento est æstimatio sui.
Terra Solq; se parentes esse ventis non negant.
Tunditur vento ac pruina quod Triones respicit.

VEN-

VENTRIS.

Ianuam cæli quid intret paruulam venter tumens.
Nil v det cæleste sanguis atq; adeps quem arctant nimis.
A ventre mentis farcto abest subtilitas.
A repletione multa mul aque ægrotatio
Ære opus paulo est m deste fiat vt vitali satis.
Corporis cui ampla est, mentis est pauxillula.
Cruditate dissilimus, lenior mors in fame est.
Corporis saburra pinguis mentem habet sibi parem.
Est sibi hostis ipse, ventri mancipatus ac gulæ.
Diluit subtilitatem mentis, aluus pinguior.
Expleant quoscunq; Ventres arborum cacumina.
Lucro venter, hercle domi est solus accepti immemor.
Magnus his illisque venter maior at tamen fames.
Mens obesa viscere alto vel parum vel nil sapit.
Multum edit bibitq; Comus sed parum Frugalitas.
Nemo non vẽtrẽ minorẽ nostrum habet quã ipsam famẽ.
Non bene est ventri nisi infra spiritus transmittitur.
Non potest subtilis esse mens opimi corporis.
Pectoris sagina pinguis, otio situm trahit.
Plene abest à ventre me tis enthea subtilitas.
Qui Veneri ventriq; seruit de homi e transit in pecus.
Rara copula est, obesi ventris ac mentis bona.
Strenuos ama ast obesorum abstine consortio.
Torpeant an ma necesse est, carne qui belle nitent.
Venter haud male institutus nil nisi impleri cupit.
Venter vsquequaq; plenus obuium omne respuit.
Ventre crassus mente crassus nil acuti cogitat.
Ventre pinguis mentem habere n. n potest aeriam.

Ventre

Ventre pleno audire quiuis l uta auet vel cernere.
Ventre pleno sit t oportet mancipati amoribus.
Ventre inan m ne alloquare: destituitur auribus.
Est ventris bonum voluptas, mentis est virtus bonum.
Vincula auget p opria, omne qui dat aluo quod cupit.
Viles nulli esse essent ventre qui lato tument.
A ventre crasso mens acuta non venit.
Cado effluenti quidquid infundis perit.
Castum esse nescit obrutum corpus cibis.
Cui cura ventris mentis illi incuria est.
Deus profecto est v nter helluonibus.
Differre ventrem non decet cum iam latrat.
In ventre pleno Cypris est, non in fame.
Mentem atq; ventrem nemo curauit simul.
Ob emperare non solet ventri probus.
Quocunq; venter mpleatur, id coquit.
Qi id misera pellis debeo me vt nutriam.
Quo plenior quis ventre, eo ieiunior.
Semper male audit corporis repletio.
Seruire ventri morbus est turpiss. mus.
Subtilem obesus venter haud mentem parit.
Venter Deorum est maximus rapacibus.
Ventris voluptas fons malorum est omnium.

VERBI.

In sacris sonare verbum turpe, dedecus Dei est.
Apta pinnis continere verba, opus perarduum est.
Item, quot de breu perenna nata sunt verbo mala.
Non semel verbo perenne de breui natum est malum.
Sape de breui perenne nascitur verbo malum.

Sensuum egens pax medullam spuma verborum perit.
Nec incipit loqui Deus nec desinit.
Parum est polire verba si ior non nitet.
Quacunque fatur rex, habe pro legibus.
Verbum Dei esto opinionis regula.
Verbum Dei Lucerna gressibus pii est.

VENDITIONIS.

Non diu regunt honesti venditores aut pij.
Cuncta venduntur labore, cuncta venduntur prece.
Optimum emere veritatem, vendere est turpissimum.
Venditur carissime omne venditur quidquid prece.

VERITATIS.

Quouis loco tenerrima est res veritas.
Ratio amici habenda, veri sed tamen multo magis.
Rei quod est, tenore vocis veritas quaq; explicat.
Saepe lenocinio ab oris veritas conuellitur.
Semper vnum idemq; fari veritatis est nota.
Sermo simplex veritati conuenit, tortus minus.
Simplici sermone constat veritatis indoles.
Subruit clam veritatem qui minus potest palam.
Talis est verax, dialis qualis est serenitas.
Tempus est, quo veritatis fontem ad ipsum ducimur.
Tolle veritatem, & orbis auferes Solem è pila.
Vana cuncta, falsaque ore cordeque odit veritas.
Veritas abominatur duplicis linguae sonos.
Veritas, absinthij instar, est amara, sed iuuat.

Veritas clauda omne tandem strangulat mendacium.
Veritas comes perennis legitima est prudentia.
Veritas cuicunq; fuco detrahit tectorium.
Veritas dictum omne facto prosequi statim solet.
Veritas est semper vna: multiplex opinio est.
Veritas est vniformis, multiplex mendacium est.
Veritas ficto atq; falso detrahit tectoria.
Veritas fundamen acre est omnium virtutium.
Veritas lucem requirit: noctem amant furunculi.
Veritas opinione qualibet praestat magis.
Veritas orationum non requirit purpuras.
Veritas parens & altrix omnium virtutium est.
Veritas partes in omnes semper & compar sibi.
Veritas se dat videndam, sed tamen paucissimis.
Veritas tollit se ad auras, mole viq; stat sua.
Veritas vbi est, ibi esse non potest mendacium.
Veritas vires ab aeuo sumit, & crescit malis.
Veritate destituta vix diem constant sibi.
